BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
27 — A
40

Digitized by Google

A

P 27-A 40

R. P. JACOBI

PLATELIJ

è SOCIETATE JESU

SS. Theolog. in Univerſitate Duacena Profeſſoris

SYNOPSIS

TOTIUS CURSUS THEOLOGICI
accuratiſsima,

Omnem Theologiæ Speculativæ, & Practicæ,
Moralis & Polemicæ, nova convincendi arte ac
methodo, miraq; addiſcendi & retinendi facili-
tate Nucleum adminiſtrans:

AC PRÆTER TRACTATUM

DE INCARNATIONE VERBI DIVINI

Theologis ac Concionatoribus perutilem,
nec minus neceſſarium.

Alia ejuſdem Synopſios ad expeditiorem utentium commo-
ditatem breviori Synopſi vel compendio locupletata,
& plurimorum deſiderio expetita.

PARS QUARTA.

Bibl. Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud SEBASTIANUM KETTELER 1694.
Sumptibus Andreæ Poleti.
CUM PRIVILEGIO.

R. P. JACOBI
PLATELIJ
è SOCIETATE JESU
SS. Theolog. in Univerſitate Duacena Profeſſoris
SYNOPSIS
TOTIUS CURSUS THEOLOGICI
accuratiſsima,

Omnem Theologiæ Speculativæ, & Practicæ, Moralis & Polemicæ, nova convincendi arte ac methodo, miraq; addiſcendi & retinendi facilitate Nucleum adminiſtrans:

AC PRÆTER TRACTATUM
DE INCARNATIONE VERBI DIVINI
Theologis ac Concionatoribus perutilem, nec minus neceſſarium.

Alia ejuſdem Synopſios ad expeditiorem utentium commoditatem breviori Synopſi vel compendio locupletata, & plurimorum deſiderio expetita.

PARS QUARTA.

Bibl. Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud SEBASTIANUM KETTELER 1694.
Sumptibus Andreæ Poleti.
CUM PRIVILEGIO.

8 - 27 - A - 42

Digitized by Google

ɩPPROBATIO

ɩmpliſsimorum & Eximiorum Dominorum Doctorum ac Profeſſorum Vniverſitatis Duacenæ.

QUarta hæc Theologiæ pars variis in locis locupletata ac illuſtrata, præſern in materiis, hodieque etiam inter Caolicos non parum controverſis, in nullo dere debet prioribus: quare ſicut Author ıi conſtans eſt in clara ac ſolida doctrinæ æ expoſitione, ita & nos conſtantes eſſe ortet in laudabili ejus approbatione, ut ınes, quod optamus, pari conſtantia fruım faciant ex conſtanti ejus lectione. num ſane dolemus, virum tantum morte empeſtiva ſublatum priuſquam univern Synopſim ſuam in multis auctam daret blico, precamurque ut à laboribus ſuis in ɜrna pace quieſcat.

ıtum Duaci Kalendis Septembris. 1681.

ATTHIAS GERTMAN
SS. Th. D. & Profeſſor Primarius.

ɩCOBUS RANDOUR
ƽS. Theol. Doct. & Profeſſor Regius.

PETRUS DE LALAING.
SS. Th. D. & Profeſſor Regius.

HENRICUS DE CERF
SS. Th. D. & Regius Profeſſor.

NICOLAUS DERREZ
SS. Th. D. & Regius Profeſſor.

THEO-

THEOLOGIÆ
PARS QUARTA
DE VERBI DIVINI
INCARNATIONE.
CAPUT I.

Incarnationis poſſibilitas, Exiſtentia, modus quo facta eſt, ejuſque neceſſitas, & valor meritorum Chriſti.

§. I.

Incarnationis poſſibilitas, Exiſtentia & modus quo facta eſt.

INCARNATIO, ſeu, ut loquitur Damaſ. 3. de fide cap. 6. In humanatio, eſt aſſumptio, naturæ humanæ à Verbo Divino facta in unitatem Perſonæ. Sumitur iſta appellatio ex Ioan. 1. *Verbum caro factum eſt.* Et Symb. Nicen. *Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto*. Incarnationem eſſe poſſibilem, fide certum eſt ex Ioan. 1. aliiſque Script. CC. ac PP. infra citandis uno ore docentibus, tanquam præcipuum fidei noſtræ fundamentum, hoc myſterium eſſe peractum. — Incarnatio eſt aſſumptio naturæ humanæ a Verbo in unitatem perſonæ

2. Non poteſt tamen ejus poſſibilitas ſolo lumine naturali poſitivè cognoſci; ne quidem probabiliter. Hoc enim evincunt Script. & PP. dum hoc myſterium appellant *ſacramentum & myſterium abſconditum à ſa-* — Ejus poſſibilitas cognoſci poteſt lumine fidei, non naturali, ſaltem poſitive.

à ſæculo. Epheſ. 2. *Sapientiam in myſterio quæ abſcondita eſt*. 1. Cor. 2. *Omni intelligentiæ ipſiſque Angelorum primati ignotum*. Dyoniſ. de div. nom. c. 2. *Opus Divinæ ſapientiæ*. Cyril. l. 5. in Iſai. cap. 52 *Omnium novorum maximè novum* Damaſ. l. 2. de fid. c. 1.

Et ratio eſt quod cum unio hypoſtatica ſit maximè ſupernaturalis in ſubſtantia, adeoque infinitè ſupereminеat omni naturæ debito, & exigentiæ cauſarum naturalium, nullum detur ens naturaliter cognoſcibile, quod tanquam cauſa, effectus, aut ſignum ducere poſſit in ejus cognitionem etiam probabilem.

Suppoſita tamen fide poteſt per vim naturalem intellectus creati probabiliter cognoſci tum negative, tum poſitive

3. Suppoſita tamen fide poteſt intellectus creatus, vi ſua naturali, probabiliter cognoſcere hujus myſterii poſſibilitatem: tum negative, probabiliter ſolvendo argumenta in contrarium. Tum poſitive, argumentando a pari ex myſteriis SS. Trinitatis, Euchariſtiæ &c. Quod verò ſolo lumine naturali probabiliter ſolvi poſſint omnia quæ huic myſterio opponi poſſunt, atque ita ejus poſſibilitas defendi, patet 1. quia cum falſi non poſſit dari demonſtratio, ex iis nullum eſt verè demonſtrativum. 2. Quia ex hactenus excogitatis nullum eſt quod intellectum ita convincat, ut non ſolvatur valde probabiliter, licet non omnino evidenter.

4. Declaratur magis, & ſimul firmatur noſtra concluſio: unio hypoſtatica non importat intrinſecam Verbi mutabilitatem, aliamve imperfectionem, ejus infinitati repugnantem: etſi enim per hanc ſubſtantialiter & intrinſece uniatur humanitati: id eſt, non ſolùm impropriè & modo faciente compoſitum per accidens, qualiter objectum cognitum unitur cognoſcendi, ſed proprie perfectè, intimè & modo ipſum trahente ad conſtituendum unum per ſe ſubſtantiale, æque ac fit per unionem animæ cum corpore, non tamen unione ſubſtantiali in ſe ſubjective recepta, qualiter ipſa humanitas unitur intrinſece Verbo: aut unione ſibi advenienti te per modum perfectivi, quo perficiatur in ſuo intrinſeco eſſe aut operari, qualiter anima rationalis intrinſece unitur corpori ſibi connaturali: licet

unio

Unio in illa non ſubjectetur ut in ſuſtentante.

5. Vnde verbum unitur quidem intrinſece ſive ſic ut fiat intrinſece & ſubſtantialiter homo: at per modum puri termini imperfectibilis, non verò, per modum ſubjecti aut termini perfectibilis, ac proinde nullo modo mutatur intrinſecè, cum ſic mutari ſit aliter ſe habere, vel quoad entitatem ſuam, vel quoad aliquid in ea receptum, vel quoad aliquid eam complens, aut intrinſece perficiens in ſuo intrinſeco eſſe aut operari, quorum nihil convenit Verbo, utpote independenter ab omni unione completiſſimo, ac in ſuo intrinſeco eſſe & operari perfectiſſimo. Ex his.

Verbum rectè dicitur uniri intrinſece; at non per modum ſubjecti, ſed puri termini.

6. Sequitur 1. hanc denominationem; *Verbum eſt ſubſtantialiter unitum humanitati*: eſſe intrinſecam, non hoc ſenſu, quod ſit à forma ipſi inhærente ut ſubjecto informationis, vel termino perfectibili: ſed ſolum hoc ſenſu, quod ſit à forma intrinſece ad ipſum pure terminata.

Hæc denominatio: Verbum eſt ſubſtantialiter unitum humanitati: eſt quodammodo intrinſeca.

Vnde non eſt ita ſtricte intrinſeca, ut eſt denominatio uniti reſpectu humanitatis, aut hominis reſpectu Petri, qui eſt homo intrinſece per humanitatem ſibi identificatam, quod ſolum vult S. Thom. cum ſubinde videtur indicare eſſe ſimpliciter extrinſecam: nec eſt omnino extrinſeca, ut eſt denominatio viſi, voliti, agentis &c. ſed intrinſeca medio quodam modo.

2. Verbum poſſe dici mutatum ſecundùm aliquod eſſe ſubſtantiale quod cum humanitate aſſumpta de novo conſtituit; quia hoc non eſt mutari intrinſece & ſecundùm ſe, ſed ſolum extrinſece & improprie.

Verbum poteſt dici mutari improprie extrinſece.

3. Verbum incarnari ſeu uniri, eſſe Verbum pati, non phyſice, ſed ſolum grammaticaliter, ſicut amari.

Vti & pati grammaticaliter, non phyſice.

4. Etiam Angelum non mutandum intrinſece, ſi hypoſtatice uniretur naturæ humanæ per modum puri termini ſicut Verbum: quod fieri poſſe tenet Albertinus; alii tamen communius negant: quia cum Angelus ſit natura ſua limitatus & perfectibilis non videtur poſſe hypoſtatice uniri per modum

Angelus non mutaretur intrinſece, ſi ut Verbum incarnaretur, quod probabilius repugnat.

puri termini, ipſa unione nullo modo intrinſece mutati.

7. 5 Verbum per unionem hypoſtaticam fieri quidem potens exercere operationes Theandricas, quas abſque illa non poſſet: non propterea tamen perfici in ſuo intrinſeco operandi modo; quia iſtæ operationes non ſunt propriæ Verbi elicitive, ſed ſolum denominative.

6. Verbum eſſe intrinſece unibile & componibile cum altero: ad illud tamen non ordinari ordinatione indigentiæ tamquam ad compartem, ſed ordinatione ſuperabundantiæ perfectionis per meram terminationem, alteri communicabilis.

7. Poſſe quidem verbum ſupplere ſubſiſtentiam creatam, tribuendo ejus effectum formalem primarium qui eſt complere naturam in eſſe ſuppoſiti: non tamen præſtando quidquid ipſa præſtat, cùm dare non poſſit naturæ humanæ ſubſiſtere in ſe illam modificando & informando ut facit creata, ſed ſubſiſtere in alio illam pure terminando.

8. Verbum non poſſe ſupplere albedinem, per ſe ipſum formaliter conſtituendo album, ſicut poteſt ſupplere ſubſiſtentiam; quia non habet in ſe formaliter rationem albedinis aut aliquid inſtar albedinis, ſicut habet rationem ſubſiſtentiæ. An poſſit ſupplere alios modos v.g. durationem, ubicationem, alij affirmant, alij communius negant; quia cæterorum modorum effectus formales non videntur poſſe tribui per meram terminationem abſque informatione: quod tamen valde dubium eſt.

Natura humana non ſubſiſtit in verb. ut ſubjecto ſuſtẽtationis.

8. Natura humana non ſubſiſtit in Verbo, hoc ſenſu quod ſit in illo ut ſubjecto ſuſtentationis: ſed quod ſubſiſtat vi ſubſiſtentiæ Verbi, id eſt, quod à Verbo ſupplente defectum ſubſiſtentiæ propriæ accipiat ultimum complementum ſubſtantiale, ſine quo ei non debetur conſervatio: à quo proinde non pendet niſi à poſteriori. Vnde Verbum per Incarnationem præcisè ut terminans unionem hypoſtaticam non exercet ullum genus cauſalitatis in naturam aſſumptam.

9. Ver-

9. Verbum & natura humana in hoc myſterio conſtituunt unum per ſe, non in eſſe naturæ ſed in eſſe ſuppoſiti, ſub qua ratione natura aſſumpta ſine propria ſubſiſtentia eſt incompleta, quare hic non fit unum per ſe ex pluribus actibus completis in ea ratione in qua conſtituunt quid unum: neque ex pluribus nullam inter ſe habentibus proportionem; cum enim Verbum habeat formaliter ſubſiſtentiam infinite perfectam in ratione ſubſiſtentiæ, adeoque naturaliter capacem ſupplendi defectum cujuslibet ſubſiſtentiæ creatæ: & natura humana potentiam paſſivam obedientialem ut terminetur ſubſiſtentia aliena, ſaltem increata, quippe quæ non ſubſiſtit ſeipſa formaliter poſitive, ſed ſolum negative & radicaliter; habent inter ſe proportionem ſubordinationis in ratione perfectivi & perfectibilis per moram terminationem, licet non in ratione actus & potentiæ per informationem.

Conſtituit cum illo unum per ſe in eſſe ſuppoſiti, non in eſſe naturæ.

Poteſt tamen ſubſiſtentia Verbi aliquo modo dici concurrere in genere cauſæ formalis quatenus per modum determinativi à quo ſumitur denominatio, intrinſece conſtituit Chriſtum in eſſe hujus perſonæ, quod, cum abſtrahat ab informatione, nullam dicit imperfectionem Verbo repugnantem. Eodem ſenſu dici poteſt humanitas concurrere in genere cauſæ formalis, quatenus conſtituit Chriſtum in eſſe hominis.

10. Incarnationem de facto exiſtere certum eſt, & præcipuum fidei noſtræ myſterium prænuntiatum à Iacobo Gen. 49. *Non auferetur ſceptrum de Iuda & Dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium*. Dan. 9. *Septuaginta hebdomades* (ſcilicet annorum) *abbreviatæ* (id eſt definitæ) *ſunt* &c. *ut deleatur iniquitas, & adducatur juſtitia ſempiterna*. Et infra: *& poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt*: Mich. 5. 2. ubi Chriſtus naſciturus in Bethleem. Ierem. 31. ubi ſignificantur innocentes Chriſti occaſione occidendi, aliiſque prophetis, qui tam multa prædixerunt adeo aperte Chriſto convenientia, ut etiam Ethnici Scri-

Incarnationem exiſtere conſtat ex pluribus ſcripturarum teſtimoniis, & ex motivis credibilitatis noſtræ fidei.

pturarum infallibilitatem non agnoſcentes, iis convinci poſſint: & à Chriſto prædicatum ac innumeris miraculis confirmatum, de quibus Chriſtus Ioan. 10. *Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me.*

Denique ab Evangeliſtis aliiſque Chriſti Diſcipulis, toto orbe annuntiatum cum Evangelio, in quo locis plurimis explicatum habetur & peractum eſſe docetur hoc admirabile myſterium, ut Ioan. 1. *Et Verbum caro factum eſt.* Difficultates adverſus Scripturas jam cit. præſertim ex veteri teſtamento videri poſſunt apud Cornel. Bonfre. & alios interpretes, quibus diſcutiendas relinquimus.

Vnio verbi non eſt facta in natura cum ex Seri. & PP. conſtet duas eſſe in Christo naturas.

11. Vnio Verbi incarnati non eſt facta in natura, id eſt ſic ut poſt unionem in Chriſto unica ſit natura ex duabus, divina ſcilicet & humana per quandam confuſionem conflata ut impie aſſeruit Eutyches, volens per unionem hypoſtaticam, vel humanam naturam converſam eſſe in divinam, vel divinam in humanam, vel ex duabus tranſmutatis, & ſua differentia ac proprietate ſpoliatis tertiam eſſe conflatam.

Quod impie negavit Eutyches damnatus à Concil. Chalced.

Huic blaſphemiæ in Concil. Chalcedon. celebrato anno Chriſti 451. ſub Leone Magno Catholicam de duabus naturis veritatem opponit. Act. 5. his verbis; *Confitemur in noviſſimis diebus Filium Dei unigenitum in duabus naturis inconfusè, immutabiliter, inſeparabiliter agnoſcendum, nunquam ſublata differentia naturarum propter unionem*, & probat ex illo Ioan. 1. *Verbum caro factum eſt*, & pluribus aliis Scriptur. locis infra citandis aperte docentibus, Chriſtum fuiſſe verum Deum, ac verum hominem, ad quod neceſſariò requiritur ut perfecta utriuſque naturæ proprietas poſt unionem remanſerit; quod ſemper agnoverunt & docuerunt PP. Dionyſ. Iren. Cyrill. Baſil. aliique apud Valent. ac præcipuè Athan. in Symbolo, ubi Chriſtus dicitur, *unus omnino non confuſione ſubſtantiæ ſed unitate perſonæ*. Quibus adde Eutychianam illam naturarum confuſionem; quocumque modo ex tribus ſup. allatis explicetur, eſſe aperte chymericam.

12. Nec obſtat quod Ioan. 1. eodem modo dicatur

Ver-

Verbum caro factum, quo Ioan.2.9. *Aqua* (quæ per converſionem mutata eſt in vinum) dicitur *Vinum facta*: licet enim dicatur eodem modo quoad formam verborum; non tamen dicitur eodem modo quoad ſenſum qui in ſimili forma ſæpe diverſus eſt pro diverſitate materiæ, ut patet ex 3.ad Galat. ubi dicitur Chriſtus factus maledictum, non tamen ſignificatur in maledictionem converſus.

Verbum dicitur caro factum eodem modo quo aqua vinum facta quoad formam verborum, non quoad ſenſum.

Cum Iuſtinus ſignificat verbum eſſe carnem factum, ſicut in Euchariſtia panis fit Caro Chriſti, ſolum vult in Euchariſtia eſſe vere Carnem & Sanguinem Chriſti ſicut Verbum vere habet Carnem & Sanguinem.

13. Athan. verò dum in ſymbolo ait *ſicut anima & caro unus eſt homo, ita Deus & homo unus eſt Chriſtus*: Non intendit (uti nec Aug. Cyrill. aliive PP. eodem exemplo utentis) comparare compoſitionem unius naturæ in homine cum compoſitione unius naturæ in Chriſto, ſed compoſitionem unius ſuppoſiti creati ex anima & corpore cum compoſitione unici etiam ſuppoſiti in Chriſto ex duabus naturis.

Refertur in Concil. Chalcedon. actione 1. Cyril. dixiſſe, idque ex Athan. *Non oportet igitur intelligere duas naturas* (ſcilicet in Chriſto) *ſed unam naturam Verbi Incarnatam*. Verum hoc refertur ut aſſertum ab Eutychianis ſuum errorem Cyril. adſcribentibus, ſed falsò, ut patet ex ejus Epiſt. 28. ubi ab hac calumnia ſe purgans, ait *ego autem in tantum ab his longè abſum ut nihil tale ſentiam, uſque adeo, ut inſanire putem, qui hoc de me ſuſpicati ſunt*: dixit quidem Cyril. l. 1. de fide ad Reginas ſub initium, idque ex Athan. l. de Incar. *Confitemur Chriſtum eſſe Filium Dei ſecundum Spiritum & Filium hominis ſecundum carnem, non duas naturas unum filium, unam quæ adoratur & unam quæ non adoratur: ſed unam naturam Verbi Incarnatam & adorabilem cum carne una adoratione*. Quibus verbis non negat ſimpliciter duas eſſe in Chriſto naturas, cum contra duas agnoſcat eo ipſo quo agnoſcit divinam eſſe incarnatam id eſt humanitati unitam: ſed ſolum vult non poſſe humanitatem ſeorſim coli, ut ſuppoſito diſtinctam.

Cyril. dixit unicam in Chriſto naturam eſſe incarnatam non unicam eſſe natura, & l. 1. de fide ſolum vult non poſſe humanitatem coli ſeorſim, ſuppoſito diſtinctam.

Damaſc. c. 63. dialec. non dixit: *Illud ſcire attinet hypoſtaticam unionem unam compoſitam hypoſtaſim*; ut bene oſtendit Vaſquez ex textu græco, quem male vertit Billius.

PP. nomine mixtionis hic intelligunt unionem ſubſtantialem.

Cyprian. & Auguſt. nomine mixtionis aut mixturæ, quo hic ſubinde utuntur, non intelligunt confuſionem naturarum cum Eutychete; ſed veram ac ſubſtantialem unionem in eſſe perſonæ contra Neſtorium.

Humanitati Verbi ſupernaturalia debentur moraliter.

14. Ex natura humana & divina aut hypoſtaſi Verbi non reſultat in hoc myſterio novum principium ejus operationum ſupernaturalium, cui phyſice debeantur habitus ſupernaturales: cum iſti habitus naturæ aſſumptæ ſolum debeantur per quandam decentiam ſeu exigentiam moralem, ſicut impaſſibilitas beatis: non male tamen à Lugo & aliis dicuntur deberi phyſice compoſito ex natura humana & ſubſiſtentia Verbi, quod non eſt principium quo ſed quod ſeu ſuppoſitum.

Vnionem Verbi incarnati factam eſſe in perſona ex ſcripturis & ſymbolis fides docet contra Neſtorium cujus errore æque Pater eſt incarnatus ac Filius B. V. non Deipara, &c.

Vnio Verbi Incarnati facta eſt in perſona id eſt ſic ut compoſitum inde reſultans ſit una perſona, ac proinde in Chriſto unicum ſit ſuppoſitum.

15. Eſt de fide ex Conc. Epheſ. ſub Cœleſt. Papa anno 431. celebrato contra Neſtor. qui impie docuit 1. humanitatem Chriſti per Incarnationem non fuiſſe perſonaliter unitam Verbo: ſed ſolum accidentaliter, & extrinſece adeoque unum & eandem non fuiſſe Deum & hominem, ſed alium fuiſſe Deum, alium hominem.

2. Hunc hominem Chriſtum fuiſſe purum hominem, ac proinde Virginem Mariam non eſſe dicendam Deiparam ſed Chriſti param.

3. Non poſſe dici Deum eſſe paſſum, mortuum, & ſimilia, quæ vides docet, Deo tribuenda per communicationem idiomatum.

4. Iſtum tamen Hominem Chriſtum habuiſſe quandam ſpecialem conjunctionem cum Divinitate, non Phyſicam, & realem ſecundum hypoſtaſim, ſed moralem: & accidentariam per inhabitationem & effectuum operationem.

5. Denique ex hac conjunctione ortam eſſe communem

nem honoris & dignitatis æquivocationem nonum, qua dicitur Emanuel, Dei Filius, Deus &c.

16. Oppoſitam huic blaſphemiæ Catholicam noæ concluſionis doctrinam aperte tradunt Script. centes unum eundemque Chriſtum eſſe Deum & ominem Ioan. 1. *Verbum caro factum eſt*, atqui Verum fieri carnem non eſt coniungi cum homine per fectum, alioqui in quolibet iuſt dici poſſet Deus ncarnari: ergo &c. Ioan. 3. *N 10 aſcendit in Cœlum, niſi qui deſcendit de Cœl Filius hominis, qui t in Cœlo*. Io. 9. *Credis in Filium Dei? quis eſt Domine t credam in eum: Vidiſti eum & qui loquitur tecum ipſe ſt*. Ioan. 10. *Ego & Pater unum ſumus*. Luc. 1. *Quod nim ex te naſcetur Sanctum, vocabitur Filius Dei* ad Rom. 9. 5. ad Philip. 26. 1. Ioan. 5. Vbi Ioannes it patet ex ipſo textu, hoc unum intendit probare, iſtum hominem, quem contractaverunt manus hominum, & qui pro nobis vitam poſuit, eſſe Verbum, verum Deum, & vitam æternam.

Quas blaſphemias efficaciter refellunt Ser. Verbum caro factum eſt: quod ex te naſcetur, vocabitur Filius Dei Symbola PP. & CC.

Eadem veritas omnibus credenda proponitur in Symbolis Apoſtolorum, Niceno, & præcipuè Athanaſii his verbis: *Qui licet Deus ſit & homo, non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus; unus omnino non confuſione ſubſtantiæ, & unitate perſonæ*. Quibus conſonant PP. Dionyſ. Iren. Baſil. & alii apud Vaſq. & Valent. ac præcipuè Cyryl. Alex. in ſuis 12. Anathematiſmis contra Neſtorium, ex cuius ſententia ſequeretur Patrem & Spiritum S. æque incarnatos eſſe ac Verbum, cum iſta accidentalis conjunctio per inhabitationem & affectum ſit communis tribus perſonis.

17 Cum ad Philip. 2. 7. Chriſtus dicitur *in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo*, agitur de ſimilitudine ſubſtantiali, & humanitas comparatur veſti, non in modo conjunctionis; cum veſtis ſolum jungatur accidentaliter & extrinſecè; ſed in eo, quod ſicut homo veſtem aſſumens propriè non mutatur, ſed veſtem mutat eam conformando ad figuram ſuam: ita verbum aſſumens humanitatem non fuerit mutatum, ſed illam mutaverit in melius, eam ſibi conformando. Adde quod litteraliter ibi per habitum non ſignificetur veſtis, ſed figura exterior,

Chriſtus ſpecie externa viſus eſt purus homo.

terior, ſecundum quam Chriſtus viſus eſt eſſe talis, quales ſunt puri homines.

In eo tamen habitavit divinitas per conjunctionem ſubſtantialem ſicut anima in homine.

Dum vero ad Coloſſ. 29. dicitur; *in ipſo* (ſcilicet Chriſto) *inhabitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter*, ſignificatur quod Divinitas habitet in Chriſto, ut anima hominis in homine & corpore, ſcilicet per cōjunctionem ſubſtantialem quod colligitur ex Io. 2. 19. ubi Chriſtus dicit de ſeipſo *ſoluite templum hoc* & per quod, ut ipſemet Ioan. interpretatur, intellexit corpus ſuum, in quo ejus anima habitabat ſubſtantialiter, ex quo etiam loco clarè confirmatur veritas Catholica, quia ille idem, qui ibi loquebatur de corpore humano tanquam ſuo, prędicabat ſe triduo poſt mortem illud ſua propria virtute, ſc. Divina, ſuſcitaturum; ac proinde clarè ſignificat ſe verum eſſe hominem & Deum.

PP. docent Verbum aſſumpſiſſe hominem ſcil. impropriè ſumendo concretum pro abſtracto.

18. Sæpius quidem dicunt Cypr. Hilar. Aug. aliiq; PP. Verbum aſſumpſiſſe hominem: verum cū conſtet ex eorū verbis apud Vaſq. Bellar. & alios fuiſſe alieniſſimos ab accidentali unione Neſtoriana, adeoq; in Chriſto duas non agnoviſſe perſonas, locuti ſunt impropriè, ſumendo concretū pro abſtracto, nempe hominem pro humanitate: vel certè ſolum voluerunt ſignificare hominem fuiſſe terminum reſultantem ex aſſumptione.

Baſil. non ipſum hominem Chriſtum, ut objiciebat Theodoret. initio favens Neſtorio, ſed eius carnem ſeu corpus vocavit Deiferam. Damaſc. vero & alii PP. humanitatem Chriſti appellantes inſtrumentum Divinitatis, intelligendi ſunt de inſtrumento conjuncto pertinente ad unitatem perſonæ.

Sunt in Chriſto duæ ſubſtantiæ individuæ, id eſt ſingulares; non duæ incommunicabiles.

19. Sunt itaque in Chriſto duæ ſubſtantiæ intellectuales completæ, & individuæ, ſi individuum ſumatur pro ſingulari, ſecus ſi ſumatur pro incommunicabili alteri ut ſuppoſito, quo ſenſu accipitur à Boetio dante hanc perſonæ definitionem: *natura intellectualis, individua ſubſtantia*. Quamvis B. Virgo nuſpiam in Script. vocetur Mater Dei diſertè & formaliter, ſæpius tamen ita appellatur ęquiualenter, ut cum Mat. 1. & alibi ſæpius dicitur genuiſſe Ieſum aut Chriſtum quem Script. ſupra cit. docent eſſe

Fi-

Filium Dei: ideò autem rectè dicitur Mater Dei, qui terminus reſultans ex ejus actione generativa, qua partes humanitatis prius natura, aut ſaltem eodem inſtanti aſſumptas univit, eſt homo Deus.

20. Nec obſtat quod Chriſto non dederit perſonalitatem & divinitatem Verbi, quia etiam aliæ Matres non dant ſuis filiis animam rationalem, & tamen vere dicuntur mater hominis, eo ipſo quo terminus earum generationis eſt homo, non debet tamē B.V. dici cauſa Dei, quia ly *cauſa* non determinat, ſicut ly *Mater*, generationem humanam; ſed ſignificat generàlem cauſalitatem illius totius, reſpectu cujus dicitur cauſa, ac proinde in rigore loquendo B.V. dici nequit cauſa Dei, licet verè ſit ejus mater.

B. V. in Scrip. dicitur virtualiter Mater Dei; non cauſa.

21 Natura humana non poteſt ſimpliciter dici unita Verbo accidentaliter non ſolū ad ſenſum Neſtorij jam rejectum ut hæreticū; ſed nec ad ſenſum Durandi, qui licet docuerit Verbum ſibi univiſſe humanitatem in unitate perſonę, iſtā tamē unionem cenſuit dici poſſe accidentalem; quam locutiones S.Th. à. 2. q. 3. docet non eſſe ſimpliciter admittendā & meritò.

Natura humana non poteſt dici ſimpliciter unita Verbo accidentaliter, ſeu unione accidentali.

1 Quia, licet quoad rem non repugnet Catholicæ veritati, aliquo modo tamen favet Neſtorio. 2. quia PP. & CC. hanc unionem numquam vocant accidentalem, ſed ſemper *ſecundum ſubſtantiam*, aut etiam expreſsè *ſubſtantialem*, ut patet ex 5. Synod. Act. 8.

Hoc enim favet Neſtorio & repugnat PP.

3. Quia iſta unio eſt de intrinſeca conſtitutione unius per ſe ſubſtantialis nempè ſuppoſiti Chriſti.

4. Quia per illam unionem Verbum acquirit denominationem ſubſtantivam, cum ſubſtantivè dicatur homo, non adjectivè humanatus, ſicut per veſtem accidentaliter ſibi conjunctam homo dicitur adjectivè veſtitus.

22. Poteſt autem iſta unio dici accidentalis cum hoc addito *Logicè*, quia nempe Verbo accidit; qualiter etiam animę & ejus unio dici poteſt accidentalis hoc ſenſu, quod non ſit de ejus eſſentia.

Hinc quod aduenit enti completo non eſt ſimpliciter accidentale, quando iſtud quod aduenit trahitur in communionem iſtius eſſe cōpleti cui aduenit, ut ſit in hoc myſterio, in quo natura ex ſe incomple-

Vnio hyp. eſt accidens logicè, naturalis i. e. phyſica & realis.

pleta in ratione ſuppoſiti per unionem hypoſtaticam trahitur in unum & idem eſſe perſonale cum Verbo. Vnde hæc axioma, *quod advenit enti completo, non facit ens per ſe, ſed per accidens*, non eſt univerſaliter verum niſi in compoſitione naturali, cum in hac compoſitione ſupernaturali patiatur exceptionem.

Dum PP. hanc unionem vocant eſſentialem, ſumunt ly *eſſentialem* pro ſubſtantiali; dum naturalem, ſolum ſignificant eſſe veram, realem ac phyſicam, & non tantum apparentem aut per adjacentiam extrinſecam; qualis eſt veſtis cum veſtito unde ly *naturalem* non opponunt ſupernaturali aut perſonali.

Perſona Chriſti materialiter eſt quid ſimplex formaliter tamen eſt vere compoſita.

23. Licet perſona Chriſti materialiter prout præciſe importat ſuppoſitum Verbi, ſit quid ſimplex, cum verbum nullo modo ſit intrinſecè compoſitum: tamen Perſona Chriſti formaliter ut Chriſti, ſub qua ratione eſt conſtitutum ex humanitate & divinitate, eadem verbi ſubſiſtentia terminatis, eſt verè & proprie compoſita. Ita S. Th. hic q. 2. a. 4. Suar. Lug. & Recent. communiſſime contra Alenſ. Albert. Dur. & plures antiquos, hic ſolum admittentes compoſitionem impropriam hujus ad hoc; non verò ex his.

Prob. 1. ex CC. quæ in Chriſto non ſolum admittunt ſubſiſtentiam eſſe compoſitam cum natura humana, ſed ſimpliciter dicunt Chriſtum eſſe compoſitum ex duabus naturis: ut 5. Synod. Collat. 8. can. 4. ubi dicit anathema, *non confitenti unam eius ſubſtantiam compoſitam, qui eſt Deus noſter Ieſus Chriſtus*, & can. 7. ubi ſimpliciter dicit Chriſtum eſſe compoſitum *ex duabus naturis*. Idem docet 6. Synod. act. 4. & præſertim Act. 11. in epiſt. Sophro. Vbi expreſſe habetur *Perſonam Chriſti ex duabus naturis eſſe compoſitam*, quæ doctrina confirmata eſt ſub Martino I. in Lateran. conſult. 4. can. 4. & 7.

Patet ex PP. & CC. docentibus perſonam Chriſti eſſe compoſitam ex duabus naturis.

2. Ex PP. Dionyſ. l. de divin. nom. c. 1. his verbis: *ex qua* (nempe humanitate) *ineffabiliter compoſitus eſt ſimplex Ieſus*, ubi ly *ſimplex* ſolùm opponitur pluralitati perſonarum. Damaſc. 3. de fide, c. 3. 4. & 5. ubi in Chriſto admittit *unam perſonam ex duabus naturis compoſitam*; & c. 7. ubi expreſſe dicit. *Perſona*

ſona verbi, quæ prius ſimplex erat; facta eſt compoſita ex duabus naturis Aug. epiſt. 3. his verbis, *Perſona hominis mixtura eſt animæ & corporis, perſona autem Chriſti mixtura eſt Dei & hominis*. Boet. l. de duab. nat. ubi ait, naturam divinam cum humanitate ſic conueniſſe: *ut ex duabus naturis una fieret copulatione perſona*.

24. Fauet etiam ratio 1. quia compoſitio non eſt aliud quam realis conjunctio extremorum realiter diſtinctorum ad conſtituendum unum per ſe: atqui in Chriſto habetur talis coniunctio; ergo &c. 2. Quia ut fatentur adverſarij datur in Chriſto compoſitio hujus ad hoc: ergo etiam ex his: cum enim non poſſit dari compoſitio hujus ad hoc, v. g. albedinis ad parietem, animæ ad corpus quin exurgat aliquod tertium ex illis conſtitutum, implicat compoſitio hujus ad hoc ſine compoſitione ex his. 3. Quia omnis unio ex eſſentia ſua ordinatur ad faciendum aliquod unum ex extremis; non unum ſimplicitate; ergo unum compoſitione.

Compoſitio eſt diſtinctorum unio, compoſitio hujus ad hoc quam hic admittunt adverſarij, non habetur ſine compoſitione ex his.

Confirmatur ſpecialiter contra Tiphan. qui licet admittat hanc propoſitionem, *Chriſtus eſt Compoſitus*, nunquam fide certam; hanc tamen *Perſona Chriſti eſt emendata*, rejicit ut intolerandam; ſed immeritò, cum CC. & PP. ſup. cit. tam perſonæ Chriſti, quam Chriſto compoſitionem ſimpliciter tribuant, eamque ratio æquè probet convenire perſonæ quàm Chriſto, quia ex perſonalitate Verbi, humanitate Chriſti inter ſe unitis reſultat aliquod unum conſtans pluribus; adeòque non ſimplex, ſed compoſitum; non unum per accidens, cum extrema uniantur ſubſtantialiter, ergo unum per ſe: non in eſſe naturæ; ergo in eſſe perſonæ, adeòque persona compoſita; ut agnovit Damaſc. l. 3. de fide c. 3. ubi ait: *Chriſti vocabulum, perſona eſſe dicitur, ut quod non unimodè dicatur, ſed duplicem naturam ſignificet*.

Deus non poteſt componere nec ut actus, nec ut potentia.

Dicit quidem S. Th. 1. p. qu. 3. a. 8. *O. Neque eſt poſſibile Deum aliquo modo in compoſitionem alicuius venire*, verum ſolùm vult, quod non poſſit venire in compoſitionem, ut ibidem ſubdit, *nec ſicut principium*

cipium formale, nec ſicut principium materiale. Vnde ut patet, ibi nihil dicit contra nos licet in 3. diſt. 6. q. 2. a. 3. oppoſitæ ſententiæ non parum faveat.

Chriſtus non poteſt materialiter cauſari, formaliter tamen cauſatur.

25. Quamuis eſſe Chriſti materialiter non poſſit cauſari, cum ſit ens à ſe æternum & independens: formaliter tamen cauſatur à ſuis componentibus, tanquam à cauſis intrinſecis: cum enim Chriſtus ut ſic, ſeu ut ſubſiſtens ex duabus naturis, non fuerit ante unionem hypoſtaticam, ſed ex illa reſultaverit, ut ſic eſt quid cauſatum & dependens à ſuis componentibus, ſicut cætera compoſita. Idem dicendum de perſona Chriſti in eadem formali acceptione.

Quare hoc axioma; *compoſitum eſt perfectius ſuis componentibus*; non eſt univerſaliter admittendum; cùm non ſit verum, quando (ut hic contingit) unum ex componentibus eſt infinitum in omni genere, adeoq; eminenter continet totam perfectionem alterius ſecum componentis: tunc enim compoſitum nõ eſt perfectius ſuo componente intenſivè, ſed ſolum extenſivè, ut dici ſolet de aggregato, ex mũdo & Deo.

Perſonalitas Verbi eſt pars Chriſti latè non ſtrictè.

26 Licet perſonalitas aut divinitas Verbi rectè dicatur componens Chriſtum duabus naturis conſtantem: non poteſt tamen dici pars niſi latè & impropriè, cum pars ſtrictè & propriè dicta importet imperfectionem incompleti, perfectibilis & aliquo modo dependentis ab altera comparte, & à toto ut à cauſa finali. Subinde tamen à Damaſc. Nicet. & aliis PP. apud Vaſq. Verbum & Divinitas dicitur pars, ſcilicet latè, prout idem eſt quod intrinſecè conſtituens aliquid unum, abſtrahendo ab omni imperfectione actus aut potentiæ rationi partis intrinſeca.

Ex hac compoſitione in hoc myſterio reſultat perſona nova ſecundũ quid, non nova ſimpliciter.

27 Quod ex hac compoſitione reſultat, non eſt noua natura; hoc enim eſt error Eutychetis: nec perſona noua ſimpliciter, ſic enim in Chriſto duæ eſſent Perſonæ, nempe prior Verbi, quæ per incarnationem deſinere non potuit, & noua ex compoſitione reſultans, quod eſt error Neſtorii: ſed eſt perſona noua ſecundum quid: nam formale conſtitutivum perſonæ novæ ſimpliciter, eſt nova perſonalitas; quæ hic non habetur, ſed ſolum natura noua, antiqua perſonalitate terminata & completa in eſſe perſonæ.

Vnde

Vnde per unionem facta eſt nova perſona ſecundum quid ; quatenus perſona, quæ ante erat ſimpliciter, per unionem facta eſt compoſita & humana, quod antè non erat : non tamen facta eſt perſona nova ſimpliciter. Ita etiam paries, quando dealbatur, fit novus ſecundum quid, quatenus de novo fit paries albus : non tamen novus, aut alius paries ſimpliciter.

Poteſt itaque admitti in Chriſto perſona humana ; ut Damaſc. Marſil. Amic. & alii ſimpliciter admittunt, nullo modo tamen admitti poteſt duas eſſe in Chriſto perſonas, quia perſona humana, & divina in Chriſto eſt ſimpliciter una & eadem perſona ob unitatem & identitatem perſonalitatis, quæ ſignificatur hac voce, *Perſona*. Similiter paries eſt ſimpliciter unicus, licet à variis qualitatibus variè denominetur. Poteſt in Chriſto admitti perſona humana ſed indiſtincta à divina.

28. Quod ſi opponas : compoſitum reſultans ex hac compoſitione eſt perſona ; ſed iſtud compoſitum eſt novum & diſtinctum à perſona Verbi : ergo eſt nova perſona diſtincta à perſona Verbi. Negabitur conſequentia, eo quod mutetur appellatio ; cum in minore ſignificetur novitas & diſtinctio ex parte naturæ, quæ hic non habetur, & tamen habenda eſſet, ut poſſet dici nova, & alia perſona. Quod declarari poteſt à contrario in divinis, ubi perſonis realiter multiplicatis non multiplicatur Deus, ob immultiplicitatem, & indiſtinctionem Deitatis.

Sicut quælibet unitas de novo addita facit formaliter numerum alium & novum, ita quælibet ſubſtantia intrinſecè conſtituens perſonam de novo addita, facit perſonam aliam & novam, loquendo in ſenſu formali, & de alietate & novitate inadæquata, ſeu ex parte ejus quod de novo additur ; cum hoc tamen diſcrimine, quod unitas de novo addita variet ultimam unitatem, quæ eſt forma numeri, adeoque faciat numerum novum ſimpliciter, hic subſtantia de novo addita non variet perſonalitatem, quæ eſt formale conſtitutivum perſonæ ut ſic, adeoque non facit perſonam novam ſimpliciter, Quælibet unitas de novo addita facit numerum novum ſimpliciter ; non tamen quælibet ſubſtantia de novo addita perſona nova ſimpliciter.

ſed ſolum ſecundum quid, nempe quatenus eſt humana & compoſita.

29. Hinc perſona Chriſti ſub diverſa ratione & acceptione eſt ſimplex & compoſita; ſimplex materialiter & ſecundum ſe; compoſita, formaliter & reduplicative, ut eſt perſona Chriſti, ſub qua ratione diſtinguitur realiter inadæquatè à ſeipſa materialiter. Similiter album materialiter, prout dicit ſolum ſubjectum, non eſt compoſitum accidentale, quale eſt ſumptum formaliter prout dicit ſubjectum & albedinem.

Perſona Chriſti eſt ſimplex materialiter, & compoſita formaliter, & reduplicative.

Licet homo non poſſit dici compoſitus accidentaliter, ſeu compoſitum accidentale ex eo quod faciat cum albedine hoc compoſitum accidentale *album*; rectè tamen dicitur perſona Verbi eſſe compoſita ſeu perſona compoſita ex eo quod cum natura humana componat hunc hominem, *Chriſtum*. Hujus autem diſcriminis ratio eſt, quod compoſitio hominis cum albedine non fiat in genere hominis, nec per eam homo fiat alio modo homo: at verò compoſitio perſonæ Verbi cum natura humana fiat in genere perſonæ, ſic ut per eam fiat, non quidem ſimpliciter alia, ſed alio modo perſona, nempe ſubſiſtens in natura humana, quod ei ante non conveniebat. Cujus ulterior ratio eſt quod perſona ſumpta completè non ſit ſola perſonalitas in abſtracto ſecluſa omni natura, ſicut homo ſecluſa qualibet qualitate eſt homo: ſed ſit conſtitutum ex perſonalitate & natura in obliquo importata.

Non debet ſimpliciter admitti: Perſona Verbi eſt compoſita, debet tamen ſimpliciter admitti facta eſt compoſita.

30. Hæc propoſitio *Perſona Verbi eſt compoſita*; non eſt ſimpliciter admittenda: quia cum perſona Verbi, ut ſic, nullum importet ordinem ad humanitatem, per illam propoſitionem ſignificatur, quod perſona Verbi ſecundum ſe, ſeu præcisè ut terminans naturam verbi, ſit compoſita, quod falſum eſt. Simpliciter tamen admittenda eſt hæc, *Perſona Verbi facta eſt compoſita*: quia per ly *fieri factum eſſe*, ſatis indicatur prædicatum non convenire ſubjecto ſecundum ſe. Etiam hæc ſimpliciter admittitur, *Perſona Verbi poſt carnem aſſumptam ſubſiſtit ex humanitate & divinitate*, quia per ly *poſt* &c. determinatur

natur ad ſenſum æquiualentem, huic *Perſona Verbi prout eſt perſona Chriſti*.

Hinc nulla eſt conſequentia hujus ſyllogiſmi, *Perſona Chriſti eſt compoſita; ſed perſona Chriſti eſt perſona Verbi, ergo perſona Verbi eſt compoſita*: quia nempè perſona Chriſti in majore ſumitur formaliter, in minore verò materialiter.

31. Eſt autem perſona Chriſti compoſita, immediatè quidem ex natura humana & perſonalitate Verbi, cum inter illas immediatè ſit unio: mediatè autem ex divinitate & humanitate inter ſe unitis, mediante perſonalitate Verbi cui divinitas unitur impropriè per identitatem, humanitas propriè per veram unionem. Patet ex Damaſc. & alijs PP. ſup. nu. 23. cit. utramque compoſitionem agnoſcentibus, licet contra Eutych. & Neſtor. ſæpius exprimant compoſitionem ea ex duabus naturis, quæ cum non poſſit eſſe immediata, quia alioqui deberet facere unum in natura, quod repugnat; aliam ſupponit immediatiorem; quæ ſit in perſona.

Perſona Chriſti componitur immediatè ex humanitate & perſonalitate.

Vnde perſona Chriſti ſumpta materialiter, prout idem eſt quod verbum, eſt extremum componens; ſumpta verò formaliter, prout eſt conſtitutum ex Verbo & humanitate eſt terminus ex compoſitione reſultans, ſeu compoſitum.

Perſona Chriſti materialiter eſt extremum componens: formaliter eſt terminus ex compoſitione reſultans.

32 Neque hic obſtat, quod tres Perſonæ Divinæ non faciunt unum, licet uniantur in eadem natura: inde enim non ſequitur, quod humanitas & divinitas non faciant unum, licet uniantur in eodem ſuppoſito: nam diſparitas eſt, quod Perſonæ Divinę proprie non uniantur in eodem ſuppoſito: nam diſparitas eſt, quod Perſonæ Divinæ propriè non uniantur inter ſe; non enim immediate, cum ſibi opponantur. Nec etiam mediante divinitate, cum enim ab ea non diſtinguantur realiter, ei propriè non uniuntur, & conſequenter nec inter ſe illa mediante, qualiter tamen in Chriſto humanitas unitur divinitati.

Perſona humana, ſeu ut loquitur Ambroſius *Perſona hominis* in Chriſto eſt ejuſdem rationis ac in nobis ſecundum conceptum confuſum, repræſentantem hanc perſonam humanam abſtrahẽdo à talitate per-

Perſona humana confusè concepta eſt in nobis, & in

Chriſto eiuſdem rationis.

perſonalitatis, qua conſtituitur: non tamen à parte rei, & ſecundum conceptum diſtinctum, cum in Chriſto dicat perſonalitatem Verbi; quæ ſolum eſt hominis accidentaliter & denominativè.

Perſona Chriſti materialiter non eſt creata, ſecus ſumpta formaliter pro compoſito reſultante ex unione hypoſtatica.

33 Perſona Chriſti ſumpta materialiter & ſpecificatiuè; & etiam formaliter, reduplicando ſolam rationem perſonæ, non poteſt dici creata, & materialis, cum ſic non ſit aliud quam perſona Verbi: ſumpta tamen formaliter pro compoſito reſultante ex unione hypoſtatica, poteſt dici creata creatione ſumpta latè, pro actione qua aliquid fit, quod ante non erat, cum per veram actionem in tempore factum ſit hoc compoſitum, *Chriſtus*, quod ante non erat, & hoc ſufficiat ut ſimpliciter dicatur creatum, licèt alterum componentium, nempè Verbum, ſit increatum ſicut homo ſimpliciter dicitur generari, licet nec eius materia, nec ejus anima generetur, ſed creetur.

Eodem ſenſu dici poteſt materialis: ad id enim ſufficit alterum componentium eſſe materiale, ut patet in homine. Et ratio eſt; quod denominatio materialis, uti & denominatio producti, ſit poſitiua, ad quam proinde ſimpliciter habendam ſufficit, ut in eo, quod per illam denominatur, vere reperiatur forma denominans, nempe materialitas & productio, licet iſta forma non conveniat rei denominatæ, ſumptæ adæquate ſecundum quidlibet ſui: ſat eſt enim ut ſecundum aliquid ei conueniat, ut non habeat ejus negationem, ex qua oritur denominatio oppoſita.

Chriſtus eſt divinitas & humanitas collectivè non diſtributivè.

34. Hæc propoſitio *Chriſtus eſt Divinitas & humanitas*, eſt ſimpliciter vera in ſenſu conjuncto ſeu collectiuo: nam ſicut homo eſt ſuæ partes collectiue, ita *duæ naturæ*, inquit Damaſc. l. 2. de fide, cap. 19. *Vnus Chriſtus eſt & unus Chriſtus duæ naturæ*, quod etiam docet Auguſtin. Enchir. cap. 38. *utraque ſubſtantia, divina ſcilicet & humana, Filius eſt unicus Dei Patris*. Non eſt tamen vera in ſenſu disjuncto ſeu distributivo, quo ſenſu Conc. Conſtant. ſeſſ. 15. damnavit hanc propoſitionem Ioan. Hus, *Duæ naturæ, humanitas, & divinitas ſunt unus Chriſtus*: quia nempe Christus non est divi-

nitas

nitas & humanitas ſeorſim; licet enim ſumptus materialiter ſit divinitas in ſenſu identico, cùm hæc identificetur ſubſiſtentiæ Verbi, quam ſolam in recto importat Chriſtus materialiter; nullo modo tamen eſt humanitas ſeorſim.

Lugo & quidam alij volunt hanc propoſitionem, *Chriſtus eſt divinitas & humanitas*, eſſe veram non ſolum in ſenſu identico, ſed etiam in ſenſu formali, quia prædicatum exprimit quidquid importat ſubjectum ſumptum formaliter & reduplicatiuè. Quod tamen æquè probabiliter negat Amic. quia, licet prædicatum exprimat ſubjectum, illud tamen non exprimit eodem modo, cum illud non exprimat in abſtracto per modum formæ conſtituentis.

35. Licet Chriſtus ſit divinitas & humanitas, non ſequitur quod divinitas ſit paſſa ex eo quod Chriſtus ſit paſſus.: quia eſſe paſſum non convenit Chriſto ſumpto adæquatè & reduplicativè prout includit utramque naturam, ſed ſolum inadæquatè & ſpecificativè, prout includit ſolam humanitatem.

Vnde hic ſyllogiſmus: *Chriſtus eſt divinitas & humanitas, Chriſtus eſt paſſus: ergo divinitas & humanitas eſt paſſa*: non concludit, eo quod conſtet quatuor terminis, in maiore enim *Chriſtus* ſumitur, formaliter & reduplicatiuè, prout dicit utramque naturam; in minore vero materialiter & ſpecificatiuè; non quidem pro ſola ſubſiſtentia, ut in hac propoſitione, *Chriſtus eſt Deitas*, ſed pro ſubſiſtentia ut ſubſiſtente in natura humana præcisè, in qua acceptione ſumitur quidem formaliter ut homo, non tamen formaliter ut Chriſtus, ſed ſolum materialiter, quatenus ſumitur pro homine, qui realiter eſt Chriſtus. Ex his facile ſolues alia ejuſmodi ſophiſmata, quæ hic fieri poſſunt.

Eſſe paſſum Ieſum convenit Chriſto ſumpto inadæquatè prout includit humanitatem.

36. Vnio hypoſtatica eſt aliquid realiter diſtinctum ab extremis. Ita S. Thom. Scot. Suar. Lug. & alij communiſſime contra Greg. Bac. Tiph. VVading. Martinon, & nominales communiter, à quibus tamen illorum princeps Occham. diſſentit in 1 diſt. 30. qu. 4. & in 3. diſt. 1. qu. 1. ubi hæc habet: *dico quod unio*

Vnio hypoſtatica realiter diſtinguitur ab extremis.

unio addit aliquid ultra extrema unita, quia hic non poteſt evadi per negationes & connotationes.

Ratio eſt, quia poteſt eſſe Verbum & ſimul hæc Chriſti humanitas, & tamen hæc humanitas non eſſe unita Verbo; ergo hanc humanitatem & Verbum, ſimul exiſtentia. Conſequentia patet, quia idem non poteſt ſimul eſſe & non eſſe, quod tamen ſequeretur ex antecedente, ſi humanitatem eſſe unitam Verbo, non eſſet aliquid ſuperadditum humanitati & Verbo ſimul exiſtentibus.

Verbum & humanitas ſunt per ſe immediate unibilia, ut quod, non ut quo.

37. Hinc 1. Verbum & humanitas ſunt immediate & per ſe unibilia ut quod, non ut quo: unde licet Verbum poſſit ſibi aſſumere humanitatem abſque ullo ſuperaddito, quod habeat ſe per modum rationis formalis aſſumendi, quæ ratio, tum ex eſſentia ſua ſit ultima & actualis determinatio Verbi ad aſſumendum hanc humanitatem, non poteſt à Deo poni à parte rei, quin hoc ipſo Verbum aſſumat humanitatem, ad quam, uti ad Verbum, iſta ratio dicit eſſentialem ordinem, tamquam ad terminos actuales, ſic ut proinde ea ſuppoſita nulla ſuperſit tollenda differentia. Quare ea poſita Verbum neceſſitatur, non quidem abſolute (quod Deo repugnat) ſed ex hypotheſi effectus à ſe libere producti id eſſentialiter exigentis:

Ens creatum poteſt exigere divinam perſonalitati ut quod non ut quo.

2. Repugnat ens creatum divinam perſonalitatem pro termino intrinſeco exigens ut quod, non ut quo, ob rationes prima p. pag. 61. nu. 63. allatas in ſimili de lumine gloriæ:

3. Licet Incarnatio non ſit ordinata ad dandum extremis eſſe ſimpliciter, ſed ſolum taliter ſe habere, ut ſint in actuali exercitio ſuæ unibilitatis, non ideo deſinit importare aliquid diſtinctum ab extremis; cum actio pure modificativa ab agente modificante & re modificata realiter indiſtincta, à quibus tamen ſimul exiſtentibus poſſit realiter ſeparari quoad exiſtentiam (qualem hìc fingit Martinon) ſit purè chymerica.

Actio purè modificativa eſt chymerica.

38. Licet PP. unionis realiter diſtinctæ non meminerint explicite, quia ſolùm intenderunt tradere ea, quæ erant fide credenda, quæſtionibus ſubtilioribus

bus ſcholaſticorum diſputationi relictis; illius tamen meminerunt implicite, dum docuerunt eam fieri à tota Trinitate.

39. Vnio hypoſtatica diſtinguitur à productione humanitatis. Ita enim contra Medin. & Gabr. docent Suar. Lug. & cæteri communius, & videtur aperte ſupponi à D. Tho. hic qu. 4. art. 1. O ubi ait: *illud aſſumitur oportet praintelligi aſſumptioni, ſicut illud quod movetur localiter praintelligitur ipſi motioni:* atqui ſi humanitas uniretur Verbo per ſuam productionem, non præexiſteret ſuæ aſſumptioni, cum non poſſit præexiſtere ſuæ productioni.

Vnio hypoſtatica diſtinguitur à productione humanitatis.

Deinde ex oppoſita ſententia ſequeretur 1. creationem animæ Chriſti non eſſe ejuſdem rationis cum creatione aliarum animarum, quod repugnat Aug. ep. 99. ubi ait: *ita ſibi creavit animam Dei filius, ut cæteris creat.* Et Leo ep. 10. ad Flav. ſic loquenti *in integra ergo veri hominis, perfectaque natura verus natus eſt Deus, totus in ſuis, totus in noſtris, noſtra autem dicimus qua in nobis ab initio creator condidit.* 2. corpus & animam Chriſti in triduo mortis accepiſſe nouam unionem hypoſtaticam, & aliam item nouam in reſurrectione, qua iterum inter ſe & cum Verbo unirentur. 3. quod anima Chriſti, ſi dimitteretur à Verbo, non poſſet conſeruari eadem creatione, qua prius conſervabatur.

Alioqui humanitas non præexiſteret aſſumptione

40. Quæ & ſimilia ſaltem probant unionem hypoſtaticam productioni naturæ identificatam, non eſſe connaturalem adeoque non eſſe abſque urgenti neceſſitate, qualis hic nulla reperitur, aſtruendam: non evincunt tamen eſſe impoſſibilem, ut fruſtra conantur probare Amic. Perez & alij cum non videatur repugnare, quod ipſi aſſumunt, ut eadem actio ſit ſupernaturalis ſimpliciter in ſua entitate, quatenus productiva humanitatis, quæ eſt terminus pure naturalis, ut patet in actu ſupernaturali attingente plura objecta, ſiue formalia, ſiue materialis, quorum aliqua ſunt pure naturalia, qui proinde eſt ſimpliciter ſupernaturalis, & naturalis ſecundum quid.

41. Cum S. Leo epiſt. 11. ad Iulian. dicit: *natura noſtra non ſic aſſumpta eſt, ut prius creata, poſt aſſumeretur,*

Non repugnat tamen

retur, ſed ut ipſa aſſumptione crearetur: Et Fulg. lib. de Incarn. Chriſti cap. 3. *una quippe fuit in utero Mariæ Virginis conceptio divinitatis, & carnis, & unus eſt Chriſtus Dei filius in utraque natura conceptus*: ſolum volunt humanam Chriſti naturam, non præceſſiſſe tempore incarnationem, ſed eodem inſtanti reali creatam fuiſſe & aſſumptam. Nec plus requiritur ut B. Virgo ſimpliciter dicatur genuiſſe hominem Deum, ac per couſequens Mater Dei: ad id enim ſufficit, ut ejus actio generativa, qua univit animam corpori, terminata fuerit ad humanitatem eodem inſtanti aſſumptam, licet fortè in poſteriori naturæ.

eam identificari dictæ productioni. Humanitas Chriſti non præceſſit tępore incarnationem.

42. Vnio hypoſtatica diſtinguitur ab actione unitiva, unde actio unitiva non eſt (ut quidam volunt) mere acquiſitiva, ſic ut per eam non producatur aliquis modus, qui ſit ejus terminus immediatus, & habeat rationem nexus formalis; ſed præciſe & immediate hoc compoſitum *Homo Deus*.

Etiam diſtinguitur ab actione unitiva, quæ non eſt merè acquiſitiva.

Ratio eſt quod actio ſit eſſentialiter alicujus rei productio, ac proinde ex proprio actionis conceptu repugnet actio per quam non producatur aliquis terminus. Deinde non videtur poſſe actio intrinſecè ingredi conſtitutionem hujus compoſiti *Homo Deus*, tum quia hoc compoſitum eſt permanens, actio verò ex ſuo conceptu quid tranſiens, tum quia hoc compoſitum, eſt unum per ſe de genere ſubſtantiæ, actio vero de genere accidentis.

Quia actio, eſt eſſentialiter rei alicuius productio.

43. Neque etiam dici poteſt quod unio hypoſtatica ſit modus, ſed qui fiat ſe ipſo adeoque indiſtinctus ab actione unitiva: quia cum modi (excepta actione) non ſint ultima determinatio in ratione dependendi, probabilius eſt quod non fiant ſe ipſis. Adde, quod inde ſequerentur varia abſurda ut 1. quod ſinguli homines per ſuam ſubſiſtentiam & unionem eſſentialiter determinati ad dependendum ab his principiis. 2. Quod ſuppoſita identificatione durationis cum actione, perſona non eſſet ens permanens: Quæ & alia ejuſmodi concluſionem noſtram reddunt valde probabilem, licet non certam.

44. Vnio

44. Vnio hypoſtatica non eſt (ut voluit Gab. in 1. diſt. 30. qu. 4. art. 2.) qualitas ſupernaturalis. 1. Quia ſic unio eſſet accidentalis, adeoque ex ea non poſſet fieri ens unum per ſe in genere ſubſtantiæ. 2. Quia hoc videtur repugnare Con. Later. ſub Mart. 1. in fine conſultationis 5. can. 8. ubi dicitur condemnatus, qui non confitetur propriè & ſecundum veritatem, naturarum ſubſtantialem unionem in hoc myſterio. Gabriel tamen unionem accidentalem aſtruens, cenſeri non debet lapſus in Neſtorianiſmum (ut quidam volunt, quos benè refellit Lugo) quia diſertiſſimè docet humanitatem vi iſtius unionis, quam aſſerit eſſe qualitatem, phyſicè & propriè uniri Verbo, ſicut unica ſit in Chriſto perſona.

Vnio hypoſtatica non eſt qualitas ſupernaturalis quia ſic eſſet accidentalis.

Hinc etiam unio hypoſtatica non eſt formaliter purus reſpectus prædicamentalis naturæ ſuperadditus. 1. Quia ſic eſſet accidens, ac proindè inepta ad unum per ſe ſubſtantiale. 2 Quia ſi ſit relatio prædicamentalis, debet præſupponere aliquam rationem fundandi diſtinctam ab extremis, utpotè indifferentibus, quæ non poteſt eſſe aliud, quàm conjunctio ſubſtantialis, adeoque formalis unio.

Nec merus reſpectus prædicamentalis naturæ ſuperadditus.

45 Quare dicendum eſt cum Dur. & recentioribus communiter, quod unio hypoſtatica ſit entitas modalis, ſubſtantialis, ſupernaturalis, dicens habitudinem tranſcendentalem ad Verbum, in ordine ad quod naturam perficit, quæ proinde rectè appellatur modus inexiſtentiæ in Verbo.

Sed eſt entitas modalis, ſubſtantialis ſupernaturalis: rectèque dicitur modus inexiſtentiæ in Verbo.

Prob. 1. quod ſit modalis, quia eſt ultima determinatio in ratione uniendi extrema. 2. Quod ſubſtantialis; quia facit unum per ſe in genere ſubſtantiæ. 3. Quod ſupernaturalis; quia ſuperat omnem naturæ exigentiam, & vim tum activam, tum cognitiuam: poteſt tamen dici Chriſto connaturalis ut ſic, tum quia eſt forma ejus conſtitutiva, tum quia non excedit vires naturæ divinæ, ex qua inadæquatè componitur Chriſtus formaliter. 4. Quod tranſcendentaliter reſpectiua, quia dicit eſſentialem ordinem ad naturam & Verbum: non eſt tamen merus reſpectus, cum ſuum objectum

valde perficiat in ſe, & non tantum ad aliud; non quidem ut quod, & ratione ſui præciſè: ſed ut quo ratione termini, nempe divinæ ſubſiſtentiæ.

Vnio ſumitur tripliciter cauſaliter formaliter, & conſecutive.

46 Ex his, colliges 1. unionem poſſe ſumi tripliciter. 1. Cauſaliter pro ipſa actione unitiva, ſeu productiva unionis, qualiter vocatur unitio. 2. formaliter pro termino immediato per unitionem producto, qui eſt noſter modus unionis dicens relationem tranſcendentalem ad extrema. 3. Conſecutive pro relatione prædicamentali reſultante in extremis unitis ex formali unione tanquam ratione fundandi. Hinc facile conciliabis authores varie de hac unione loquentes, dum alii dicunt eſſe relationem, alii actionem, alii aliquid ab illis diſtinctum.

Incarnatio ut actio eſt unitio.

Colliges 2. Incarnationem ut actio eſt, eſſe ipſam unitionem, non à ſolo Filio, quem ſolùm reſpicit ut terminum, ſed à tota Trinitate, cujus opera ad extra ſunt indiviſa, effective procedentem.

Colliges 3. Hanc unionem recipi in humanitate, ex cujus potentia obedientiali educitur.

Terminus ad quem incarnationi ut productio eſt totalis eſt Chriſtus formaliter; formalis ſola unio hypoſtatica.

47. Terminus ad quem Incarnationis, ut productio eſt, totalis & ultimus eſt Chriſtus formaliter; cum Chriſtus ut ſic, ſit totum per ſe intentum, quod ex hac actione reſultat, & denominatur fieri: at verò terminus ad quem formalis & immediatus eſt ſola unio hypoſtatica: cùm hæc ſola immediate producatur per Incarnationem præciſè ſumptam, licet non intendatur propter ſe, ſed propter compoſitum, quo proinde eſt poſterior intentione, quamvis prior executione.

Dixi *Incarnationis ut productio eſt*: quia Incarnationis ut eſt aſſumptio terminus ad quem eſt ipſum Verbum; cùm enim hac actione humanitatem trahat ad ſuum eſſe perſonale, eſt id ad quod fit aſſumptio.

Addidi *per Incarnationem ſumptam præciſè* quia ſi ſumatur complete pro aggregato omnium actionum, ad hoc myſterium ſive formaliter, ſive præſuppoſitive, ſive conſecutive concurrentium, uti hac ratione complectitur conſervationem materiæ, qua conſtat corpus; productionem animæ & unionis

ejus

ejus ad corpus, ita illa omnia cum proportione, habet pro terminis immediatis.

48. Terminus quo, ſeu formalis Incarnationis ut ſic, id eſt præciſe ut actio eſt, qua Deus fit homo, eſt humanitas & unio; humanitas quidem terminus formalis ſolùm communicatus, ut eſt eſſentia in divinis productionibus, unio verò etiam productus. Patet: quia humanitas & unio eſt id quo formaliter Deus eſt factus homo.

Terminus quo ſeu formalis incarnationis ut ſic, eſt humanitas & unio.

49. Licet Verbum & Divinitas non dicantur terminus formalis Incarnationis ut ſic; quia nempe, in ea ut ſic, non importantur per modum formæ advenientis, quod requiritur ad terminum formalem, ſed per modum ſuppoſiti præjacentis: recte tamen Verbum, ſeu perſonalitas Verbi dicitur terminus formalis communicatus Incarnationis, ut eſt imperſonatio, & ſimiliter Divinitas terminus formalis Incarnationis, ut eſt divinizatio; quia per Incarnationem ſpectatam ſub his rationibus importantur per modum formæ conſtituentis realiter communicatæ.

Poteſt etiam tam Verbum, quàm humanitas dici terminus formalis Incarnationis, ut generaliter habet rationem communicationis, cum in quolibet compoſito utrumque componens, ipſa compoſitione alteri ſe communicet ad faciendum totum.

50. Terminus à quo velut totalis reſpondens termino totali ad quem, eſt negatio Dei Hominis: & terminus à quo, quaſi formalis reſpondens termino formali acquiſito, eſt negatio inexiſtentiæ humanitatis in Verbo. Eodem modo cum proportione aſſignandus eſt terminus à quo hujus actionis ſub aliis conſiderationibus: in quo tamen advertendum eſt, non haberi hic tranſitum proprie dictum ex parte humanitatis: cum enim illa unioni hypoſtaticæ non præexiſterit, in ea factus non eſt tranſitus realis à privatione unionis ad ejus habentiam, ſed ſolum tranſitus rationis, à ſtatu præciſionis ad habentiam.

Terminus à quo velut totalis, eſt negatio Dei hominis.

51. Vnio Verbi Incarnati & aſſumptio in variis differunt. 1. In eo quod unio dicat relationem, aſſumptio verò actionem vel paſſionem, ad quam con-

Vnio Verbi incarnati & aſſumptio differunt.

conſequitur relatio: 2. Quod unio importetur ut aliquid in facto eſſe, aſſumptio ut in fieri: 3. Quod unio ut ſic æqualiter ſe habeat ad utrumque extremum. Vnde tam Verbum dicitur unitum humanitati, quàm contra: aſſumptio verò cùm dicat actionem vel paſſionem, diverſimode ſe habeat ad utrumque extremum, unum denominat active ut principium & terminum ad quem fit aſſumptio, nempe Verbum, quod tantum dicitur aſſumens non aſſumptum; alterum paſſive tantùm, nempe humanitatem, quæ ſolum dicitur aſſumpta.

Vnitio, aſſumptio, & incarnatio diſtinguuntur ſolum inter ſe formaliter.

Vnitio, aſſumptio, & Incarnatio non diſtinguuntur inter ſe materialiter & intrinſece cum entitative ſint eadem actio, ſed ſolum formaliter & connotative, ſeu quoad modum extrema ſignificandi, in quantum unitio præcisè ſignificat actionem; qua ab aliquo agente inter ſe conjunguntur extrema, abſtrahendo ab eorum conditione; aſſumptio autem inſuper connotat unum extremorum, habens ſe mere paſſive, nempe naturam, alterum vero, nempe Verbum, habens ſe per modum principii & termini, eſt enim aſſumptio, alterius rei ad ſe ſumptio. Denique Incarnatio præter actionem unitivam connotat certam conditionem naturæ quæ unitur, nempe quod ſit caro, & inhumanatio quod ſit humanitas. Tota Trinitas dicitur unire, incarnare, ſolum Verbum aſſumere, incarnari.

Vnio hypoſtatica eſt maxima unionum quoad vim uniendi non abſolute quoad firmitatem.

52. Vnio hypoſtatica eſt maxima unionum quoad vim uniendi: cùm vim habeat perfecte connectendi inter ſe extrema maxime ab invicem diſtantia. Non eſt tamen abſolute & poſitive maxima quoad firmitatem; quia licet nulla virtute creata diſſolvi poſſit, variæ tamen dantur uniones naturales, eandem habentes firmitatem, quales ſunt unio animæ cum ſuis potentiis, quantitatis cum materia, quæ ſola virtute divina ſolvi poſſunt.

Non eſt maxima unionum quoad unitatem compoſiti ex ea reſultantis: quia, ut recte Dur. contra Bonav. compoſitum naturale reſultans ex materia & forma, eſt magis unum, quam compoſitum ſupernaturale reſultans ex natura divina & humana unitis in per-

perſonalitate Verbi: quandoquidem hoc ſolùm ſit unum in eſſe ſuppoſiti, illud verò etiam in eſſe naturæ.

53. Bern.l.5. de conſid. ad Eugen. loquitur de præcellentia quoad dignitatem, & mirabilitatem modi faciendi unum, cùm ait: *Inter omnia quæ rectè unum dicuntur arcem tenet unitas Trinitatis, quâ tres Perſonæ una ſunt ſubſtantia. 2. Loco illa præcellit, quâ è converſo tres ſubſtantiæ una in Chriſto Perſona ſunt.*

54. Vnio hypoſtatica eſt maxima unionum dignitate, & in ratione doni: hoc enim aperte docet Aug. l.de prædeſt.SS c.15. ubi ait: *prædeſtinata eſt iſta natura humana, tanta & tam celſa & ſumma ſubvectio, ut quò attolleretur altius non haberet.* Et ratio eſt quod per eam natura intellectualis creata, perfectiſſime participet eſſe divinum, cùm per eam elevetur ad idem eſſe perſonale cum Deo, ratione cujus ei debetur cultus latriæ, qui ratione nullius alterius doni, creaturæ deberi poteſt. Eſt etiam maxima dignitate, & in ratione doni cùm per eam perfectius participatur divinitas, quam per viſionem.

Quare licet viſio Dei ſit perfectiſſima poſſeſſio vitalis ſummi boni ut objecti, non eſt tamen perfectiſſima poſſeſſio abſolute; cum enim per unionem licet mortuam, ſummum bonum ita poſſideatur ut perſonaliter fiat proprium poſſidentis: unio eſt ſimpliciter perfectior poſſeſſio, quamvis ſit imperfectior ſecundum quid, nempe quatenus non eſt vitalis. Adde quod unio ſit radix viſionis, non contra, radix autem ſemper eſt perfectior eo, quod in illa radicatur: Vnde licet juxta Auguſt. majus ſit Verbum concipere mente per gratiam, quàm carne per generationem, qua illud concepit B. V. eſt tamen abſolute minus, quàm illud concipere carne per unionem & identitatem perſonalem. Cujus eſt radix.

§. II.

Incarnationis neceſſitas, & valor infinitus ſatisfactionum & meritorum Chriſti.

55. DEcretum de reparando genere humano per incarnationem, fuit Deo liberrimum. Decretum de reparan-

1. Quia

do homine per incarnationem fuit Deo liberrimum.

1. Quia abſolute potuit nolle reparare genus humanum. Cum, excepto Anſel. l. 1. *cur Deus Homo*, hoc non conſenſu pro certo habeant cæteri DD. ac PP. & meritò: id enim apertè docet Script. Sap. 12. *quis tibi imputabit ſi perierint nationes, quas feciſti?* Ioan. 3. *ſic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret*. Rom. 5. *commendat autem charitatem ſuam, Deus in nobis*, &c. & alibi ſæpius reparationem generis humani uni miſericordiæ & liberalitati divinæ tribuens.

Quia cum Deus ſit ſibi ſufficientiſſimus non eſt unde potius neceſſitetur ad reparandum hominem, quam ad ipſum creandum.

Idem demonſtrat ratio evidens, tum à priori; quia cum Deus ſit ſupremus omnium dominus, ab intrinſeco beatus, ſibique ſufficientiſſimus, non eſt unde neceſſitetur ad hominem reparandum potius quàm creandum, tum à poſteriori; quia de facto Angelos malos deſtituit omni remedio, & facta redemptione plurimos ſinit perire, quos facile poſſet ſalvare; potuit ergo ſimiliter permittere omnes perire: cùm enim hanc pœnam eſſent promeriti, id non fuiſſet imperfectionis, ſed juſtitiæ, neque fuiſſet contra inclinationem, quam habet Deus ad miſericordiam, at ſolùm non ſecundum illam; ſed ſecundum aliam; quam ex infinita juſtitia æque habet ad puniendum.

56. Cum ergo Athan. dicit indignum eſſe Dei benignitate hominem lapſum relinquere abſque remedio, loquitur oratorie per exaggerationem, declarando ſummam reparationis humanæ convenientiam, cùm infinita Dei bonitate & miſericordia: unde non vult hoc eſſe poſitive inconveniens hominem non reparare; ſed ſolùm negative, id eſt carens inſigni congruitate, licet indebita, & non neceſſaria.

Ipſumque potuit reparare abſque incarnatione.

2. Quia ſuppoſito decreto hominem reparandi, potuit nolle per incarnationem eum reparare; ſed cùm ſit ſupremus omnium dominus, vel omninò gratis peccatum remittere, vel ſatisfactione imperfecta, ſibi ab homine, aut Angelo exhibita, contentus eſſe. Quod aperte docent Athan. Greg. Leo, aliique PP. apud Vaſq. ac nominatim Auguſt. l. de agone Chriſtiano c. 11 ubi eos ſtultos appellat, qui dicunt

non

non poterat aliter ſapientia Dei homines liberare, niſi homines ſuſciperet.

Cùm Vigil. Fulg. Procul. aliique PP. relati à Vaſq. videntur cum Anſelm. tueri contrarium, intelligendi ſunt, vel de neceſſitate orta ex immutabilitate divini decreti; vel de neceſſitate ſecundum quid, ſeu ad reparandum hominem certo modo, id eſt per ſatisfactionem condignam, quo ſenſu Ambr. in cap. 9. ad Hæbr. dicit mortem Chriſti fuiſſe neceſſariam ex hypotheſi decreti de non acceptandis Chriſti meritis, niſi ut per ejus mortem conſummatis. Anſel. aliiq; PP. in ſpeciem contrarij explicari poſſunt de neceſſitate ſecundum quid.

§ 7. Hinc Deus non facit ſemper optimum quantum eſt ex parte operis, neque ad id ulla ratione neceſſariò determinatur; talis enim determinatio repugnat ſummæ ejus libertati, & infinitæ perfectioni, quia ſibi eſt ſufficientiſſimus ut hic multis declarat Lug. & ante ipſum Hug. Vict. his verbis: *Deus nihil ex debito; ſed ſola bonitate facit, homines ex debito faciunt, quia meliores inde fiunt aut deteriores, ſi non faciunt*, quibus inſinuat diſcrimen inter creatam voluntatem & divinam, quod nempe hæc noſtro modo concipiendi accipiat omnem ſuam honeſtatem ac perfectionem intrinſecam a ſola bonitate divina ex cujus infinito, ac proinde ſemper æquali amore operatur quidquid operatur, ſic ut nullo modo reddatur imperfecta, per hoc quod objectum extra ſe minus perfectum eligat relicto perfectiori, cùm à creaturis, quantumlibet perfectis, nullam accipere poſſit perfectionem: ſecus autem creata, quæ per ordinem ad objectum extrinſecum, intrinſecam accipit perfectionem objecti melioris, ac perfectioris, majorem perfectionem: & per conſequens imperfectionem moralem, ſeu carentiam majoris honeſtatis, ac perfectionis, per electionem, objecti imperfectioris. Deus non neceſſitatur ad faciendum optimum quantum eſt ex parte operis à quo nihil perfectionis intrinſecæ accipere poteſt ut accipiunt agentia creata.

58. Facit tamen Deus, idque ex intrinſeca determinatione, ſemper optimum tùm negative, quatenùs ſemper operatur, abſque omni inordinatione, malitia, imprudentia; aut alia imperfectione poſitivè 1. Quoad electionem mediorum quatenus Semper tamen facit optimum quantum eſt ex parte

ſemper

modi operandi ex ſumma ſapientia bonitate, &c.

ſemper operatur & vult optimum in ordine ad finem à ſe efficaciter intentum, ut ſic vel ſic conſequendum. 2. quoad modum operandi, quatenus ſemper operatur, ex ſumma ſapientia ac bonitate, quoslibet effectus ordinatiſſime ad ſuos fines referendo.

Hoc ſolum volunt PP. in contrarium adducti.

59. Aliquo ex his ſenſibus intelligendi ſunt PP. Dionyſ. de div. nom. c. 4. *Optimi eſt optima adducere* Cyrill. l. 2. Theſau. cap. 1. *quia igitur & omnia Pater poteſt, & meliora ſemper vult, conſubſtantialis ſibi ex Deo naſcitur Filius*. Baſil. hom. 9. ex variis ſub initium: *Vnum quidem hoc habere in mentibus noſtris præſumptum oportet, quod nihil eorum quæ nobis accidunt malum ſit, aut tale, ut melius illo aliquid excogitare queamus*. Item Aug. licet fortiter loquatur l. de quantitate animæ c. 33. *juſtitia ſummi Dei factum eſt, ut non modo ſint omnia, ſed etiam ſic ſint, ut omninò melius eſſe non poſſint*. lect. 3. de liber. arbit. cap. 5. *quidquid tibi vera ratione melius occurrerit, hoc ſcias feciſſe Deum, tanquam bonorum omnium conditorem*, & l. 1. contra adverſarium legis & prophetarum cap. 4. *uſque adeo deſipiendum eſt, ut homo videat melius aliquid fieri debuiſſe, & Deum credat facere noluiſſe*.

Non habet itaque Deus ex ſua bonitate infinitam inclinationem ad optima extrinſeca, ſicut ad intrinſeca; cùm ad hæc habeat inclinationem tanquam ad aliquid ſibi neceſſarium, adeoque cum indiſpenſabili eorum exigentia, ad illa vero tanquam ad aliquid ſibi liberrimum abſque ulla eorum exigentia, quæ inclinatio ſi de innata agatur, aliud non eſt quam potentia illa producendi; ſi de elicita non aliud quàm cognitio proponens eorum bonitatem, varijs imperfectionibus & malis admixtam, & complacentia iſti cognitioni proportionata.

Neceſſario fuit unio hypoſtatica ad ſatisfactionem condignam pro mortali.

60. Neceſſaria fuit unio hypoſtatica ad ſatisfactionem condignam id eſt, ſua bonitate morali adæquantem peccati mortalis maliciam: quare non potuit purus homo aut Angelus, quantavis gratia præditus, pro ulla mortali offenſa condignam exhibere Deo ſatisfactionem. Hoc enim conſtanter

docent

docent PP. Baſil. in hæc verba pſalm. 43. *Frater non redimit, redimet homo: non homo nudus*, inquit, *ſed Homo Deus*. Aug. Enchir. c. 108. *neque per ipſum Chriſtum liberaremur* (ſc. condignè) *niſi eſſet Deus*. Leo ſerm. 1. de Nat. *niſi eſſet Deus non adferret remedium*. Quæ PP. Doctrina fundatur in Script. ad Galat 2. *ſi enim per legem juſtitia, ergo gratis mortuus eſt Chriſtus*. Anſelm. l. 2. *cur Deus homo* cap. 6. *non poteſt fieri Deo condigna ſatisfactio, niſi ſit qui Deo ſolvat aliquid majus, quàm omne quod non eſt Deus*.

Ita docent Baſil. Aug. aliique PP.

61. Ratio eſt autem quod peccatum mortale, quatenus gravis eſt offenſa Dei habeat malitiam, quamvis non ſimpliciter infinitam, tamen ſupremi ordinis in ratione malitiæ, adeoque infinite excedentem valorem ſatisfactionis cujuslibet creaturæ quantalibet gratia præditæ; ſic, ut proinde, quamvis in infinitum creſcat puri hominis ſatisfactio, numquam poſſit eo pertingere, ut ejus bonitas adæquari poſſit malitiæ peccati; uti nec poteſt bonum fortunæ & ſi in infinitum creſcens, adæquari bono famæ aut vitæ, quod eſt ſuperioris ordinis.

Quia peccatum ut eſt offenſa Dei eſt ſupremi ordinis in ratione malitiæ, & ideo infinite excedit valorem ſatisfactionis puræ creaturæ.

Prob. aſſumpt. quia (ut in humanis videtur lumine naturæ notum, cùm id agnoverit Ariſtot. 5. Ethic. cap. 5. & legum conditores. L. *prætor*, ff. §. 8. *de injuriis*, & L. *aut facta*, §. 3. *de pœnis*) quantitas injuriæ ſeu offenſæ petitur, ex dignitate perſonæ læſæ, quæ quanto major eſt, morali æſtimatione tantò gravior eſt offenſa & indignitas injuriæ, contra vero valor ſatisfactionis petitur ex dignitate perſonæ ſatisfacientis, nullo modo ex dignitate perſonæ cui ſatisfit, cùm ex ea parte potius decreſcat ſatisfactionis æſtimatio: igitur peccatum mortale quo Deus ſupremæ majeſtatis offenditur uſque ad diſſolutionem amicitiæ, habet malitiam ſupremi ordinis, in ratione offenſæ, & injuriæ, adeoque excedentem infinite bonitatem ſatisfactionis à puro homine ponibilis: cùm enim purus homo quantalibet gratia donetur, ſemper infinite diſtet à dignitate Dei; dignitas ſatisfactionis puri hominis, quæ menſuratur dignitate ſatisfacientis, ſemper infini-

infinite diſtat, ab indignitate peccati mortalis, quæ menſuratur dignitate Dei per illud offenſi, ac proinde illa nunquam poteſt huic adæquari.

Purus homo poteſt condignam, exhibere ſatisfactionem pro peccato gravi gravitate philoſophica Id eſt ſpecta. to præciſe pro ut graviter repugnat naturæ rationali qua tali; ſic enim non habet malitiam theologicam ſupremi, ſitam in ratione offenſæ Dei.

62. Poteſt tamen purus homo condignam exhibere ſatisfactionem, pro peccato gravi gravitate Philoſophica ſeu ſpectato præciſe quatenus repugnat graviter naturæ rationali qua tali, cujuſmodi foret homicidium, cum Dei ignorantia invincibili patratum; tale enim peccatum non haberet malitiam ſupremi ordinis, quam appellamus Theologicam conſiſtentem in ratione offenſæ Dei, uſque ad diſſolutionem amicitiæ; quam quia non diſſolvit peccatum veniale juxta Suar. Lug. & alios valde probabiliter, poteſt per puri hominis juſti ſatisfactionem adæquari, ita ſc. exigente lege amicitiæ, ut pro levibus offenſis moraliter inevitabilibus (quale eſt veniale nullum proprie includens Dei contemptum) poſſit amicus condigne per nova obſequia ſatisfacere.

Poteſt etiam plebejus multiplicatis obſequiis adæquate ſatisfacere pro offenſa qua Regem ſuum graviſſime offendit quia nempe Rex non excedit infinite dignitate plebeium, ſicut creaturam excedit Deus, qui licet non influat adæquate dignitati ſuæ in malitiam peccati; ſed limitate pro ratione cognitionis & voluntarii: in eam tamen influit ut perſona infinita, & ſupremæ dignitatis, ſic ut proinde illam conſtituat in ordine ſupremo offensæ, & infinitam ſecundùm quid, quatenus illam reddit dignam pœna, & inimicita Dei æterna, & conſequenter graviorem quovis alio malo, quantumvis creſcente in infinitum.

63. Hinc licet bonitas amoris Dei adæquet malitiam odij Dei, ſi uterque actus ſpectetur Philoſophice, ſeu ſecundum bonitatem & malitiam, velut intrinſecam & abſolutam, ortam ex tendentia intrinſeca in objectum, & conformitate & difformitate cum natura rationali qua tali; eam tamen non adæquat, ſi uterque actus ſpectetur Theologice, ſeu ſecundum bonitatem & malitiam, velut extrinſecam & reſpectivam, petitam ex dignitate perſonæ ſatis-

ſatisfacientis & offenſæ, in ordine ad concipiendam ex uno actu rationabilem placationem, ex altero juſtam averſionem: ex his:

64. Sequitur 1 ad malitiam peccati condignè compenſandam, requiri ſatisfactionem infinitam, non quidem per ſe, ut requireretur ſi malitia peccati eſſet ſimpliciter infinita, ſed per accidens; quia nempè cum mortale ſit ſupremi ordinis, in ratione offenſæ non poteſt adæquari, niſi per ſatisfactionem ſupremi ordinis in ratione ſatisfactionis, qualis dari nequit, niſi ſit à perſona ſatisfaciente infinita, & dignitate perſonam offenſam æquante, à qua (ut mox patebit) neceſſario infinitatur dignitas & valor ſatisfactionis.

Ad malitiã peccati condigne compenſandam, requiritur ſatisfactio infinita non per ſe, ſed per accidẽs.

2. Purum hominem non poſſe alteri antecedenter injuſto gratiam ſanctificantem mereri de condigno licet eam de potentia abſoluta probabiliter mereri poſſit antecedenter non injuſto.

Quia debet eſſe à perſona infinita.

3. Purum hominem, etiam gratia infinitè intenſa præditum non poſſe alteri condigne mereri remiſſionem peccati mortalis, quia eſt præmium ſuperioris ordinis, ad quod extendi nequit gratia puræ creaturæ etiam infinita, licet ſit principium connaturale meriti infiniti in ſuo ordine.

65. Satisfactio Chriſti pro peccatis hominum fuit ex natura rei & non ſolum per extrinſecam Dei acceptationem condigna, eorumque malitiæ adæquata, imò ita ſuperabundans, ut fuerit pluſquam ſufficiens ad infinitorum mundorum redemptionem. Colligitur ex Apoſt. ad Rom. 5. *ſi enim unius delicto multi mortui ſunt; multò magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Ieſu Chriſti in plures abundavit*. Et clarius ex PP. Chryſoſt. in 5. ad Rom. *multò plura quàm debebamus pro nobis ſolvit, tantòque plura, quantò guttulam exiguam excedit pelagus immenſum*, aliiſque num. ſeq. citandis: unde etiam peti poterit evidens ratio hujus aſſertionis, ex qua non ſequitur ſatisfactiones noſtras eſſe ſuperfluas, & Chriſto injurioſas, ut impie inferunt hæretici; quia ſatisfactio Chriſti licet condigna & ſuperabundans, ex Dei tamen ordinatione nobis non applicatur, niſi

Satisfactio Chriſti pro peccatis hominum, fuit ex natura rei condigna, imò & ſuperabundans.

mediante noſtra cooperatione, juxta illud Apoſt. ad Colloſ. 1. *Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea.*

Hinc pridem docuerunt antiquiores Theologi Chriſtum pro omnibus abundè ſatisfeciſſe, & omnibus ſalutem promeruiſſe, quoad ſufficientiam, non tamen omnibus quoad efficaciam defectu conditionis requiſitæ ad applicationem.

Merita Chriſti ſunt infiniti valoris etiam intrinſecè, & in ſe.

66 Merita Chriſti ſunt infiniti valoris, non ſolùm extrinſecè & ex divina acceptatione, ut vult Scot. ſed ut S. Th. etiam intrinſecè & in ſe. Hoc enim apertè ſignificat Clem. VI. extravag. Vnigenitus *de pœnit. & remiſſ.* ubi docet theſaurum ſatisfactionum Chriſti Eccleſiæ relictum, exhauriri non poſſe; *quia*, inquit, *infinita ſunt Chriſti merita*, & paulò ſuperius addit Chriſtum non effudiſſe *guttam ſanguinis modicam, quæ tamen propter unionem ad Verbum pro redemptione totius generis humani ſuffeciſſet.*

Ita Clem. Anſelm. aliique PP. ac DD. paſſim.

Idem tradunt Script. & PP. n. præced. ac nominatim Anſel. c. 14. ubi de Chriſti ſatisfactione dicit, *poteſt ſufficere ad ſolvendum quod debetur pro peccatis totius mundi, & uſquam in infinitum*: Quibus & ſimilibus PP. teſtimoniis, apud Lug. & alios ſignificantur Chriſti merita fuiſſe ſufficientia, imò in infinitum ſuperſufficientia; ad condignè delenda quotlibet & quantalibet peccata, quod eſt eſſe infiniti valoris ſimpliciter, in ratione meriti & ſatisfactionis; ſicut pecunia, quæ ſufficeret ad emendas res in multitudine & valore quantumlibet creſcentes, eſſet infinita in ratione pretii.

Operationes ut meritoriæ & ſatisfactoriæ, dignificantur maximè à dignitate perſonæ à qua procedunt.

67. Ratio à priori eſt, quod operationes præcipuæ accipiant ſuam dignitatem & æſtimabilitatem moralem in ordine ad merendum & ſatisfaciendum, à dignitate perſonæ à qua procedunt: id enim patet tum in humanis: cùm prudenti hominum judicio, aliud duci, aliud gregario militi in pari fortitudinis facinore præmium decernatur tum etiam in ſupernaturalibus, cùm aliam habeant vim actus ſupernaturales in juſto, aliam in peccatore, licet honeſtate, intenſione, duratione &c. pares ſint. Quare cum operationes Chriſti quamvis à ſola humanitate proce-

procedant, ut à principio quo, ſeu elicitivo formali & proximo, ſint tamen perſonæ Verbi, ut principii quod. tum activi, tùm aliquo modo paſſivi, eo quod in ipſius perſona immaneant, ſic ut a PP. meritò dicantur Theandricæ, neceſſariò accipiunt dignitatem & æſtimabilitatem moralem, non tantum ſuperioris ordinis; ſed ſimpliciter infinitam ab infinita dignitate Verbi, cujus ſunt tanquam proprii ſuppoſiti, illas per ſuam humanitatem, & in ſua humanitate operantis, adeoque per illas ſe Deo cui exhibentur, offerentis ac ſubſternentis.

Vnde ut rectè Suar. Amic. & alii dignitas perſonæ operantis in obſequium alterius, cui ſe per obſequiū ſubmittit, moraliter informat opera in alterius obſequium præſtita, iiſque quodammodo ſe tribuit, dum perſona operans, non ſolum ea exhibet velut in abſtracto, ſed per ea ſe ſubmittit ei, cui obſequium præſtatur, ac proindè illa ſignificat, non ſolùm per modum termini extrinſeci objectivè & limitate, juxta limitationem actus quo attingitur, qua ratione dignitas Dei auget bonitatem actus boni, & malitiam actus mali in ipſum tendentis; ſed per modum formæ moraliter intrinſecæ adeoque illimitatè & ex tota ſua latitudine ſic ut illis tribuat dignitatem ſibi adæquatam. Quia nempe per illas perſona infinitè digna ſe ei ſubmittit, in cujus obſequium exhibentur. Atq; ita infinitam ei tribuit dignitatem.

68. Hinc perſona Chriſti infinita infinitam tribuit dignitatem, æſtimabilitatem, ac valorem operibus, quæ in Dei obſequium exhibet, idque independenter ab eorum conditione intrinſeca, dummodo in illis reperiat capacitatem velut obedientialem, ideſt, laudabilitatem in genere moris. Hinc probabiliter etiam actus naturales moraliter boni in Chriſto fuerunt infinitè meritorii.

69. Sunt itaque merita Chriſti infiniti valoris, non ſolùm extrinſecè, eo quod (ut volunt adverſarii) ratione divini ſuppoſiti, à quo procedunt ſupra ſuam æſtimabilitatem a Deo acceptentur pro infinito valore: ſed intrinſecè, cùm dignitas infinita perſonæ Verbi, ſit realiter intrinſeca meritis Chriſti, non ſolùm ſumptis materialiter, pro entitate actuum meritorum; ſed ſumptis formaliter in ratio- Quare merita Chriſti ſunt infiniti valoris, non ſolùm extrinſecè: ſed etiam intrinſecè quatenus nempe

moraliter informantur ab infinita dignitate perſonę Verbi quatenus à Deo acceptantur pro infinito valore.

ne meriti, ſeu habentis vim movendi ad præmium, cùm in ea ratione conſtituantur intrinſecè per dignitatem Verbi, ſic ut ex ipſa & actu meritorio integretur objectum adæquatum divinæ complacentiæ, vi cujus movetur Deus ad præmiandum.

Adde quod moraliter loquendo eadem dignitas dici poſſit intrinſeca Chriſti meritis, etiam ſumptis materialiter, ſeu actibus meritoriis, qui mediante humanitate phyſicè uniuntur perſonæ Verbi, unde fit ut etiam materialiter dicantur infiniti valoris ab intrinſeco, ſumendo ly ab *intrinſeco* paulo latius, velut fundamentaliter, & comparativè ad Dei acceptationem merè extrinſecam.

70. Fatendum tamen valorem meritorum Chriſti ſpectatum præciſe prout partialiter oritur à bonitate morali ejus operum finita & limitata, eſſe finitum; cum quo ſtat eſſe ſimpliciter infinitum, quatenùs oritur ex dignitate operantis, cùm pars finita, non poſſit finitate alteram compartem infinitam nec totum inde conflatum, ut patet in aggregato ex Deo & mundo.

Merita Chriſti ſunt æque digna ac perſona Verbi, non tamen æquali modo.

71. Hinc 1. Opera Chriſti meritoria, ſunt æquè digna, ſancta, & Deo grata, ac ipſa perſona Verbi, id eſt infinitè digna ſicut illa, non tamen æquè id eſt æquali & eodem modo, cùm perſona Verbi ſe ipſa ſit infinitè ſancta ſanctitate increata, ſibi per identitatem intrinſeca, illa autem modo inferiori, ſcilicet per formam ſuperadditam unitam humanitati à qua procedunt, & qua mediante ſanctitatem participant.

Singula Chriſti opera tantum habuerunt valoris in actu 1. quantum omnia collectivè, non tamen in actu 2.

2. Singula Chriſti bona opera etiam minima ſecundùm ſe & in actu primo tantum habuerunt valoris ad merendum, quantum omnia collectivè; cum ex dictis ſingula fuerint infiniti valoris, & non detur infinitum infinito majus, dixi *in actu primo* quia in actu ſecundo nulla Chriſti opera ſeorſim moverunt ad ullum præmium, ſed omnia ſimul ut morte conſummata, qua ſolùm ratione à Chriſto oblata fuerunt, & a Patre acceptata, ut paſſim colligunt Theologi ex Scriptura & PP. paſſioni Chriſti noſtram redemptionem tribuentibus, & nomina-

minatim ex illo Iſa. 53. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam* &c.

3. Chriſtus ſatisfecit & meruit ut homo, non ut Deus, ſi ly *ut* reduplicet principium quo, ſi tamen reduplicet principium quod, ſeu ſuppoſitum ſatisfactionem exhibens, ſatisfecit ut Deus. Vnde perſona Verbi aliter ſe habuit ad ſatisfactiones Chriſti, quã Spiritus S. ad actus ſupernaturales juſtorum, quos non dignificat infinite; quia licet ſit eorum cauſa principalis per gratiam; non eſt tamen perſona illos per naturam ſibi unitam eliciens, & ſuo nomine Deo exhibens.

Chriſtus ſatisfecit ut homo ſi ly, ut, reduplicet principium quo, ut Deus, ſi principiũ quod.

4. Dignitas Dei non infinitat valorem operationum ejus ad extra, eo modo quo perſona Verbi merita Chriſti; quia Deus ad iſtas operationes ſolùm concurrit ut agens phyſicum, ejus infinita dignitate mere materialiter ſe habente, ut ad valorem tritici materialiter ſe habet dignitas Regis illud venale exponentis.

72. 5. Infinita ſanctitas Chriſti, cùm ſit ſubſtantialis & perſonalis, eſt neceſſariò prior natura omnibus Chriſti operationibus, ſicut ipſa perſona cui identificatur; ac proinde illas neceſſariò informat moraliter ac dignificat quantum poteſt. Secus gratia, puri hominis juſti, quæ cum ſit accidentalis, non eſt neceſſariò prior natura omnibus ejus operationibus, ſed ijs tantũ, in quas mediantibus habitibus infuſis phyſice influit, quas proinde ſolas dignificat; & quidem probabiliter, non adęquate ad ſuam intenſionem; ſed ea ſolùm proportione, qua in illas influit.

Dignitas Dei habet ſe materialiter ad ejus operationes ad extra ideo illas non dignificat.

6. Non poteſt dari ullum præmium pure creatum, ulli merito Chriſti, ſpectato in actu primo, adæquatum, cum nullum poſſit eſſe infinitum, ut eſt quodlibet Chriſti meritum; poteſt tamen dari adæquatum, non pure creatum, id eſt intrinſece involvens aliquid increatum ut unio hypoſtatica, qua perſona Patris v.g. uniretur alicui naturæ humanæ, quæ eſſet formaliter communicatio perſonæ Patris, adeoque ut ſic infinita in ratione præmii, ſicut ſunt opera Chriſti in ratione meriti. Item obſequium à Patre incarnato exhibitum Chriſto in compenſa-

Sanctitas Chriſti moraliter informat omnes ejus operationes.

tionem unici ejus actus meritorij, cum quo indubie æqualis eſſet valoris.

Merita Chriſti non habuerunt vim efficaciter movendi in actu 2 ad ullum præmiũ independenter in acceptatione Dei.

73. Quamvis merita Chriſti fuerint infinita in actu primo, & de ſe proportionata cuilibet præmio; ad hoc tamen ut in actu 2. habuerint vim Deum efficaciter movendi, ad certum præmium, neceſſaria fuit acceptatio, & determinata promiſſio præmij. 1. Quia ſecluſo pacto nemo tenetur alteri dare rem ſuam, etiamſi alter exhibeat pretium aut obſequium æquivalens; ergo multo minus potuit Deus obligari ad reddendum præmium Chriſti meritis, ſibi aliunde debitis, ex quibus nullam in ſe percipiebat utilitatem.

2. Quia ſi ad merendum in actu ſecundo, ſufficeret ſola exhibitio operis ex ſe æquivalentis, non eſſet cur beati in cœlis non mererentur. Similiter neceſſaria fuit acceptatio divina, ut ſatisfactiones Chriſti habuerint vim in actu ſecundo ſatisfaciendi Deo, ut judici pro pœna à peccatoribus debita; quia cùm juſtitia punitiva ex ſe non ſolùm exigat pœnam, ſed inſuper eam exigat à certa perſona, nempe à reo; poteſt judex ſatisfactionem, quantumvis æquivalentem, ab alio oblatam non acceptare, ac proinde ut in reo extinguat debitum pœnæ, debet gratis acceptari.

Deus ſecluſa promiſſione, non acceptavit neceſſariò Chriſti merita & ſatisfactiones pro redemptione generis humani.

74. Deus ſecluſa promiſſione explicita, aut implicita, non acceptavit neceſſario Chriſti merita & ſatisfactiones pro redemptione generis humani. Ita Suar. contra Sot. & ratio eſt quod iſta acceptatio ſit de genere actionum ad extra, ac proinde ſecluſo pacto explicito aut implicito ad eam neceſſitari non poſſit Deus in operationibus ad extra, abſolute per eſſentiam ſuam liberrimus.

Suppoſita tamen promiſſione illa acceptandi explicite vel implicite, incluſa in decreto Dei ordinantis Incarnationem ad perfectam redemptionem & ſalutem generis humani, Deus illa non potuit non acceptare, cum ex fidelitate obligetur promiſſa ſervare, & ex conſtantia decreta non mutare, hoc ſenſu, inquit Mendoſa intelligendus eſt Anſelm. l. 2. cur Deus homo cap. 19. ubi ait: *neceſſe*

eſſe

eſſe video ut Pater Filio retribuat, aliquin aut injuſtus eſſe videretur ſi nollet aut impotens ſi non poſſet. Rationes adverſariorum contra 1. partem hujus aſſertionis, ſolùm probant fuiſſe valde conveniens ut Deus acceptaret tam abundantem ſatisfactionem ſibi à Chriſto oblatam, non verò fuiſſe neceſſarium.

75. In Chriſti ſatisfactione non intervenit perfecta & ſtricta juſtitia ex parte Dei, ſic ut condonans peccata propter Chriſti ſatisfactionem, exercuerit actum juſtitiæ ſtrictæ. Ratio eſt; quia in Deo repugnat ſtricta juſtitia erga Chriſtum, tùm qua Deum defectu alteritatis phyſicæ, tùm quia hominem defectu alteritatis moralis, ſeu alteritatis jurium 1. pars pat & 2. prob. quia cum Chriſtus qua Homo ſit magis Dei quam ſuus, etiam omnia ejus jura ſunt magis Dei, cujus alto & inabdicabili dominio ſubjecta ſunt, quam ipſius Chriſti; ac proinde repugnat Deum iis obligari ex juſtitia proprie dicta & per actionem iis juribus commenſam exercere actum juſtitiæ ſtrictæ, quæ eſſentialiter reſpicit jus ita alterius, ut nullo modo ſit ejus qui juſtitiam exercere dicitur: cùm ad juſtitiam requiratur, & in ſubjecto cum exercente debitum, & in altero jus activum exigendi iſtud debitum. In Chriſti ſatisfactione non intervenit juſtitia ſtricte ex parte Dei.

76. Neque intervenit juſtitia ſtricta ex parte Chriſti; quia licet Deus, quantum eſt de ſe, habuerit ſtrictum jus à Chriſto qua homine exigendi ſatisfactionem: Chriſtus tamen qua homo non habet reſpectu Dei ſufficientem alteritatem moralem ad juſtitiam ſtricte dictam: cùm enim omnis Chriſti poteſtas phiſica & moralis, ſit magis Dei quàm Chriſti, repugnat ut aliquid quod eſt ſubjectum poteſtati Chriſti, ſit materia juſtitiæ, aut injuſtitiæ reſpectu Dei, quandoquidem Chriſtus per ſuæ poteſtatis exercitium, non poſſit magis aut minus illud conſtituere in pleniſſimo dominio, & perfectiſſima Dei poſſeſſione, quàm ſit, eo ipſo quo ſubeſt poteſtati Chriſti. Suppoſita tamen ordinatione Incarnationis ad reparationem generis humani, intervenit juſtitia latè ſita in obligatione fidelitatis, tum ex parte Dei, tùm ex parte Chriſti qui paſſionem & mortem, quam primo in- Neque etiam ex parte Chriſti qua hominis. Intervenit tamen utrinque juſtitia latæ ſumpta.

ſtanti ſuæ conceptionis pro reparando homine acceptaverat, fideliter ſubiit. Deinde etiam hoc ſenſu, quod utrimque ſervata ſit perfecta æqualitas, quatenus & Chriſtus ſatisfactionem exhibuit condignam, offenſæ æqualem, & Deus retributionem ſatisfactioni & meritis in actu ſecundo adæquatam.

CAPUT II.

Motivum Incarnationis, Merita illam præcedentia, conſequentia: & merita B. Virginis & antiquorum Patrum.

§. I.

Motivum Incarnationis.

Motivum principale incarnationis fuit reparatio hominis.

77. REparatio generis humani ita fuit principale motivum Incarnationis, ut ſi homo non peccaſſet, Incarnatio facta non fuiſſet vi præſentis decreti. Ita S.Tho. & alii communius contra Scot. probabiliter ſentientem, in dicta hypotheſi Chriſtum fuiſſe venturum; ſed non in carne paſſibili.

Prob. 1. ex Scriptura, quæ ſæpiſſime adfert hoc unicum Incarnationis motivum ſc. humani generis redemptionem, aliud nunquam; quod tamen ad majorem tanti myſterii notitiam, & commendationem ſilere non debuiſſet, ſi ex alio motivo fuiſſet peractum Matth. 18. *Venit enim filius hominis ſalvare quod perierat*, quod etiam habetur Luc. 19. v. 10. Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipſum non pereat*, 1. Ioan. 3. *in hoc apparuit Filius Dei, ut diſſolvat opera diaboli*. 2. Ex ſymbolo Nicæno, *qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis &c.*

Venit enim ex Script. & PP. ſalvare quod perierat.

78. Ex PP. Iren. l. 5. c. 14. adverſus hæreſes, *ſi non haberet caro ſalvari, nequaquam Verbum caro factum eſſet*. Athan. ſerm. 3. cont. Arian. *Vt Verbum fieret homo, nunquam deſtinatum fuiſſet, niſi hominis neceſſitas id poſtulaſſet*. Amb. l. de Incarn. c. 6. *quæ erat cauſa incarna-*

Digitized by Google

carnationis, niſi ut caro, quæ peccaverat, redimeretur. Cyril. dial. 5. de Trin. *ſi non peccaſſemus, neque factus eſſet ſimilis nobis*. Nazianz orat. 36. *quæ humanitatis à Deo propter nos ſuſceptæ; cauſa extitit? profectò ut nobis ſalus pararetur: quid enim aliud cauſa adferri poſſit.* Auguſt. ſer. 1. de verbis Apoſt. *ſi homo non periiſſet, Filius hominis non veniſſet.*

79. Dices Script. PP. & CC. ſolùm adferunt motivum Incarnationis quoad modum, ſeu cur Chriſtus venerit in carne paſſibili, non verò Incarnationis quoad ſubſtantiam, ſeu cur ſimpliciter venerit R. N. aſſ. & dico hoc non poſſe dici. 1. Quia iſta explicatio, ut per ſe patet eſt violenta, & aliena à mente PP. pro motivo Incarnationis ſolam generis humani redemptionem ita aſſerentium, ut omne aliud motivum clara excludant.

Reparatio hominis non ſolum eſt ratio cur Chriſtus venerit in carne paſſibili; ſed eſt ratio cur abſolute venerit, hoc enim clare docent Script. & PP. dum ajunt venturum non fuiſſe ſi homo non peccaſſet.

2. Quia in eo quod Script. & PP. abſolute pronuntiat, nempe Chriſtum veniſſe propter noſtram ſalutem, aut venturum non fuiſſe. *Si homo non peccaſſet*, admittit hanc reſtrictionem (*in carne paſſibili*) pure mentalem, nec ullis circumſtantiis exterioribus manifeſtatam, qualem non poſſe à mendacio excuſari, communis docent Theologi.

3. Gratis aſſerit Chriſtum ſecluſo peccato venturum fuiſſe in carne impaſſibili, cum etiam in illa hypotheſi æque venire potuiſſet in carne paſſibili, nec ullum habeamus in Script. aut PP. indicium de contrario 4. Symb. Nicæn. ſup. n. 78. clare agit de Incarnatione quoad ſubſtantiam.

5. Alioqui hæc propoſito *Chriſtus non venit propter noſtram ſalutem*, contradictoria huic revelatæ, *venit propter noſtram ſalutem*, eſſet ſimpliciter vera; quod enim ſolùm eſt cauſa cur aliquis veniat certo modò v. g. curru, aut navi, aut ſic vel ſic veſtitus non eſt ſimpliciter cauſa cur veniat.

80. Illud Prov. 8. *Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret*, non ſignificat ut volunt adverſarii Sapientiam incarnatam, ſeu Chriſtum fuiſſe creatum, in æterna Dei prædeſtinatione, ante res omnes, adeoque ante præviſum Adæ peccatum.

Prov. 8. ſolum ſignificatur, vel quod ſapientia ſecundum

1. Quia

ſc. aut ſapientia increata, ſuperior omnibus creatis, & quod ſapientia incarnata ſit in Dei prædeſtinatione prior actuali rerum creatione.

1. Quia ut recte Ianſ. Gand. Vaſq. & recent. communiùs, literaliter non intelligitur de Sapientia incarnata; ſed de ſapientia in genere abſtrahendo à creata vel increata, quæ per proſopopeiam inducitur laudans ſe ipſam, ut priorem rebus omnibus quas per ipſam fecit Deus, qui ſumma ſapientia operatus eſt omnia.

2. Quia commode explicari poteſt de Sapientia increata, quam Pater æternus, ante res omnes, per æternam generationem *poſſedit*, cujus loco 70. poſuerunt *creavit*, pro *genuit*, eodem ſenſu quo dixit Horat. *Fortes creantur fortibus*, in qua acceptione, hic ſumendum eſt ly *creavit*, ut docent Orig. Hilar. & alii PP.

Adde quod ly *creare* etiam in Script. ſubinde ſumatur generaliſſimè pro quacumque ratione cur aliquid ſit, ut cum Iſaiæ 45. 6. Deus dicitur *creans tenebras*.

Vel quod Chriſtus ſecundum humanitatem ſit via ad beatitudinem & ad eam ante omnes prædeſtinatus.

3. Quia intellectum de Sapientia incarnata (ut intellexerunt Baſil. Hilar. Athan. aliique PP. ad plenius ſatisfaciendum Arianis) & admiſſa integra iſtius loci verſione ut habetur in 70. *Dominus creavit me in initium viarum ſuarum ad opera ſua*, ſolùm ſignificat Chriſtum, ſecundùm humanitatem, eſſe creatum ut electis eſſet via ad beatitudinem, ad quam ante omnes fuit prædeſtinatus, licet non ante omnes ad exiſtentiam. Vel certè ſolum ſignificat Chriſtum fuiſſe prædeſtinatum ab æterno, ante realem mundi creationem, abſtrahendo à prioritate in Dei decreto: quod licet commune ſit omni creaturæ; ſubinde tamen ſpecialiter commemoratur à Scriptura ad deſignandum ſingularem Dei amorem ut ſit ad Epheſ. 1. v. 4. cùm dicimur *electi ante mundi conſtitutionem* quod utique ſignificare non poteſt, ante decretam creationem mundi, ſaltem, ut comprehendit hominem.

Chriſtus Coloſſ. 1. v. 14. dicitur primogenitus, vel quatenus Ver-

81. Ad Colloſ. 1. v. 14. Chriſtus dicitur *primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipſo condita ſunt univerſa*, non quatenus homo in divina prædeſtinatione; ſed, ut intellexerunt Athan. Vmb. & alii apud Raguz in æterna generatione quatenus Verbum, de quo, inquit Vaſquez omnes intelligunt ly *quoniam in*

in ipſo, quod non ſignificat propter ipſum, ut finem, ſed propter ipſum ut cauſam efficientem, ut fere omnes interpretantur. Vnde ſenſus eſt Chriſtum ut Deum genitum eſſe prius quam conderetur ulla creatura.

bum in æterna generatione, quatenus homo; eo quod cæteris creaturis præcellat.

Nec obſtat quod Concil. Sardic. & Epheſ. variique PP. dicant Chriſtum ut Deus eſt, dici unigenitum; ut autem homo eſt dici primogenitum: ſolùm enim volunt quod ly *unigenitus* tantum tribuatur Chriſto, ut Deo, & quod ly *primogenitus* ei tribuatur etiam ut homini, præſertim cum additur ly *ex mortuis*, vel ly *in multis fratribus:* non verò quod ly *primogenitus*, nunquam intelligatur de Chriſto ut Deo, cùm Eccl. 24. 5. Sapientia increata dicatur primogenita ante omnem creaturam, & à multis PP. poſt illa CC. ly *primogenitus* tribuatur Chriſto ut Deo.

Adde quod ly *primogenitus omnis creaturæ*, poſſit intelligi de Chriſto ut homine, hoc ſenſu quod cæteris creaturis præcellat: ſæpe enim ly *primogenitus* in Script. (per hebraiſmum fundatum in prærogativis filiorum primogenitorum) ſignificat præſtantiſſimum in ſuo genere, ut cùm Iob 18. 13. dicitur *primogenita mors*, id eſt funeſtiſſima. Iſai. 14. 30. *primogeniti pauperum*, id eſt pauperrimi.

82. Dum Apoſt. 1. Cor. 13. dicit: *omnia enim veſtra ſunt; vos autem Dei*: non vult ſignificare nos eſſe Chriſti ut cauſæ finalis ſeu nos volitos & creatos propter Chriſtum ut finem, ſicut omnia inferiora creata ſunt propter nos, ſed ſolum nos eſſe Chriſti ut Redemptoris, ac proinde nos debere ejus honori ſervire, ſicut res inferiores, ad noſtros uſus deſtinatæ, nobis ſerviunt, uti & Deo Chriſtus qua homo.

Scriptura non docet nos eſſe Chriſti, ut cauſæ finalis; ſed ſolum ut redemptoris.

Neque docet omnia eſſe propter Chriſtum ut finem, ad Hebr. 2. his verbis: *decebat eum propter quem omnia, & per quem omnia qui multos filios adduxerat au'horem ſalutis eorum, per paſſionem conſummari*; cùm ut manifeſtum eſt ex Græco & Syriaco legendum ſit (ut etiam habetur in Sixtina) *conſummare*; ita ut ſenſus ſit: decebat ut Deus Pater per quem, & propter quem ſunt omnia, conſummaret per

Neque omnia eſſe propter Chriſtum ut finem, ſed propter Deum, nec Chriſtum fuiſſe prædeſtinatum ante decretum

creationis mundi ; ſed ante ejus creationem.

per paſſionem & mortem, & ad gloriam adduceret Chriſtum qui tanquam author ſalutis hominum jam multos filios ſpirituales adduxerat & adducturus erat in gloriam per tribulationes &c.

83. Dum verò Ioan. 17. Chriſtus qua Homo dicit: *clarifica me tu Pater apud temetipſum, claritate quam habui prius quàm mundus eſſet, apud te* : non ſignificat ſe in mente Dei fuiſſe prædeſtinatum ad exiſtentiam ante mundum : cum ly *apud te* debeat referri ad ly *habui*, non ad ly *eſſet*, poſt quod ideo in Sixtina ponitur comma, ac proinde faciat hunc ſenſum : Pater clarifica humanitatem meam in cœlo, & fac ut illi, quæ jam paſſibilis eſt, communicetur, quantum fieri poteſt, gloria, quam ut Deus apud te, habui ab æterno, reddendo illam impaſſibilem &c. Vel certè hunc, confer in cœlo illam gloriam, quam mihi ut homini apud te prædeſtinati, priuſquam re ipſa mundus crearetur ſc. ab æterno.

Gloria Chriſti accidentalis eſt finis noſtræ juſtificationis ſecundariò intentus, eſſentialis nullo modo.

84. Trid. ſeſſ. 6. c 7. his verbis : *noſtra juſtificationis cauſa finalis eſt gloria Dei & Chriſti, ac vita æterna* : nobis non adverſatur, cùm ſolum velit gloriam Chriſti accidentalem, ex noſtra juſtificatione, per ejus merita reſultantem, eſſe finem noſtræ juſtificationis intentum ſecundariò, & velut ex conſequendi, non per ſe primò ; cum quo non pugnat Incarnationem & gloriam Chriſti, quaſi eſſentialem ordinari ad noſtram juſtificationem, ut ad finem per ſe primò intentum ; adeoque in mente divina eſſe abſolute priorem Incarnatione ſicut recuperatio urbis ab hoſtibus occupatæ eſt in Regis intentione abſolute prior gloria ducis, ad iſtam expeditionem deſtinati, licet interdum gloria, inde duci proventura, ſit finis ſecundariò & ex conſequenti à Rege intentus.

Deinde dici poteſt noſtram juſtificationem, generaliter & efficaciter intentam, fuiſſe rationem volendi Chriſtum cum ſuis meritis, & ſic fuiſſe intentione priorem : eandem verò ſpecialiter & efficaciter intentam fuiſſe poſteriorem Chriſto, & medium ad ejus gloriam, quod magis patebit ex dicendis n. 94.

PP. qui vi.

85. Varios PP. opponunt adverſarii Iren. Cyril.

Aug.

Aug. Rupert. verum illos omnes (excepto Ruperto cujus non eſt tanta authoritas) aperte à nobis ſtare patet ex eorum verbis ſup. nu. 78. Quare cùm, Iren. l. 3. c. 33. dicit : *cùm praexiſteret ſalvans, oportebat quod & ſalvaretur fieri, ut non in vacuum ſit ſalvans*, loquitur de Chriſto qua Verbo, quod antecedenter ad omnem peccati prævifionem, erat ſalvans in actu 1. Vnde moveri potuit Deus ad permiſſionem peccati, vel tanquam à convenienti, ut Verbum eſſet ſalvans in actu 2. vel tanquam à removente prohibens eo quod fortè peccatum permiſſurus non fuiſſet niſi illi prævidiſſet remedium in Verbo : ex quo tamen non habetur exercitium iſtius remedii fuiſſe cauſam finalem permiſſionis iſtius peccati.

dentur nobis contrarii, vel loquuntur de Chriſto qua Verbo, vel de Chriſto in præſcientia Dei ante mundi creationem.

Dum verò Cyril. l. 5. Theſau. cap. 8. ſic loquitur: *præfundatur ante nos Chriſtus, & in ipſo nos omnes ſuperædificamur, idque ante initium mundi in præſcientia Dei* : ſolùm vult Chriſtum fuiſſe præfundatum in præſcientia Dei, antequam mundus eſſet à parte rei : cum ly *initium mundi* denotet realem mundi exiſtentiam, & ipſe contextus hunc ſenſum exigat, ut patet ex his ejus verbis paulò ſuperius : *ſciebat enim Deus nos mortales futuros propter peccatum, ac ideò ex miſericordia conſtituit ante ſæcula, ut Verbum ſuum fieret homo*.

Aug. autem l. 1. de nupt. c. 21. non dixit, ut volunt adverſarii matrimonium in ſtatu innocentiæ futurum fuiſſe in actu 2. ſignum Incarnationis, ſeu conjunctionis Chriſti cum Eccleſia, quamvis Adam non peccaſſet : ſed ſolum de facto fuiſſe ante peccatum, eoque ſtatu futurum fuiſſe vinculum viri cum fœmina, quod Paulus poſtea vocavit *magnum Sacramentum in Chriſto & Eccleſia*.

Hoc ſenſu intellige Cyril. & Aug.

86. Quamvis Chriſtus prædeſtinatus ſit ad exiſtentiam poſt Adamum ejuſque peccatum, abſolutè prævifum ; fuit tamen prædeſtinatus ad gloriam ante Adamum, cùm ſit primus prædeſtinatorum, & cauſa exemplaris ac meritoria noſtræ prædeſtinationis. Vnde Adamus non fuit prædeſtinatus ad gloriam, niſi poſt prævifum ejus pecca-

Licet Chriſtus ſit prædeſtinatus ad exiſtentiam poſt Adamum, eſt tamen prius prædeſtinatus ad glo-

riam, & cauſa prædeſtinationis A. dami & cæterorum electorum.

peccatum & Chriſtum Salvatorem per cujus meritá accepit Adamus gloriam & omnem ſuam gratiam, etiam illam, quam habuit ante peccatum, non quidem ut primò datam; ſed ut pœnitenti reſtitutam, ſub qua ſolùm ratione fuit effectus prædeſtinationis.

Quod etiam à fortiori dicendum eſt de gratia & gloria conceſſa Adæ poſteris: cum enim ex iis plurimi ſint, qui ſecluſo Adæ peccato, nunquam fuiſſent, (ut nati ex inceſtuoſo, aut adulterino concubitu) & contra fuiſſent plurimi qui non ſunt (ut naſcituri ex Abel aliiſque occaſione peccati præmature mortuis) non fuerunt præſciti, & formaliter voliti ſaltem omnes, ante præviſionem peccati ſed ſolum virtualiter & in cauſa. Quo circa ſepoſito Adæ peccato, nec Adam nec ullì ex ejus poſteris fuiſſent vi præſentis decreti formaliter prædeſtinati, ſed ſolum virtualiter per ſeriam voluntatem, quam Deus habuit de danda Adamo & ejus poſteris gloria ſi perſeveraſſet in innocentia, vi cujus voluntatis, in hypotheſi perſeverantiæ, ſecuta fuiſſet alia formalis & efficax electio ad gloriam, ab ea, quæ nunc eſt, diſtincta.

Gratiæ Adami ante lapſum non ſunt ex meritis Chriſti.

87. Adamus ante lapſum accepit gratiam habitualem, & actualem, qua vitare potuit peccatum, non ex meritis Chriſti, cum iſtæ gratiæ præſupponantur peccato, pro quo tollendo decreta fuit Chriſti exiſtentiæ: ſed ex mera Dei liberalitate. Vnde illud Apoſt. ad Epheſ. 1. *Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto*, ſolùm verificatur de gratiis Adamo cæteriſque ejus poſteris, poſt peccatum ipſius abſolutè præviſum, datis per Chriſti merita morte conſummata ut ibid. indicatur v. 7.

Incarnatio potuit revelari Adamo ante ejus peccatum, non eſt tamen ſufficiens ratio

68. Licet Incarnatio non fuerit decreta niſi poſt peccatum abſolutè præviſum, potuit tamen Adamo revelari ante peccatum re ipſa commiſſum: cùm potuerit Incarnationis revelatio uti & ejus præſcientia eſſe prior peccato, quamvis cauſalitate poſterior. An autem de facto fuerit Adamo revelata in illo ſopore, de quo Gen. 2. v. 21. quem varii PP. extaſim vocant, res eſt valde incerta, & meritò negatur

tur à Leſſio & aliis docentibus ſufficere ad ſatisfaciendum Patribus contrarium inſinuantibus, ſi dicatur in iſto ſopore Adamo communicata fuiſſe cognitio quædam confuſa magni alicujus myſterii & arctæ cujuſdam conjunctionis Dei cum homine abſtrahendo ab Incarnatione.

afferendi fuiſſe revelatam.

89. Quod ſi fuerit revelata, dici poteſt Adamus accepiſſe in ſtatu innocentiæ aliquod augmentum gratiæ, per fidem de Chriſto venturo; & per conſequens dependenter à Chriſto ut objecto credito: inde tamen non ſequitur quod iſtud gratiæ augmentum acceperit dependenter à Chriſto ut cauſa meritoria; cùm ſimiliter creſcere potuerit in gratia dependenter ab Anti-Chriſto etſi hic nullo modo poſſit eſſe cauſa meritoria gratiæ; ſi nempe de hoc illi facta fuiſſet revelatio.

Potuiſſet nihilominus in ſtatu innocentiæ Adamus aliquas gratias ejus peccato non præſuppoſitas; ſed illud præſupponentes ex Chriſti meritis accipere; quod tamen de facto nullas acceperit, colligitur ex Script. & PP. ſup. nu. 77. 78. clare docentibus Chriſtum non veniſſe, aut ſaltem mortuum non eſſe, niſi ad hominem redimendum.

90. Quamquam gloria Dei ſit motivum principale omnium decretorum divinorum hoc ſenſu, quod ad eam ultimate omnia referat Deus juxta illud Prov. 16. *Vniverſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*: tamen gloria Dei præciſe ſecundum ſe, abſtrahendo à modis particularibus eam conſequendi, non eſt motivum principale per ſe, aut de ſe ſolo Deum determinans ad decernendum quidquid liberè decernit: alioqui enim, etiamſi nec Adamus, nec ullus unquam peccaſſet Chriſtus veniſſet, etiam in carne paſſibili, fuiſſet crucifixus, mortuus, &c. Item quamvis Angeli mali non cecidiſſent, nec boni ſtetiſſent, hos ſalvaſſet Deus, illos damnaſſet, & ſic de aliis, quia nempe, etiam in iſtis hypotheſibus, ſubſiſteret principale motivum præſentium Dei decretorum, nempe ejus gloria.

Motivum principale & per ſe propter quod Deus decrevit incarnationem eſt gloria Deo reſultans ex noſtra redemptione.

Quare motivum quo pro ſua libertate moveri ac determinari voluit Deus ad decernendam incarnationem,

tionem, quo non ſubſiſtente, præſens Incarnationis decretum ſubſiſtere non poſſet, & quo ſubſiſtente ſubſiſtit, non eſt gloria Dei quaſi in abſtracto; ſed prout conſequenda, per redemptionem generis humani, ut patet ex Script.& PP. ſup.n.77.78

In iis quæ liberum eſt velle & nolle non poteſt abſque inordinatione perfectius ordinari ad minus perfectum.

91. Ordinavit itaque Deus Chriſtum hominem Deum ad purum hominem redimendum & ſalvandum, adeoque perfectius ad minus perfectum; idque abſque ullo inordinationis vitio: non eſt enim ullo ex capite inordinatum (in iis quæ abſolutè liberum eſt velle aut nolle, nec ſunt abſolute ſubordinata inter ſe) perfectius ordinare ad id, quod in ſe eſt minus perfectum tanquam ad finem prius efficaciter intentum. Vnde cum Deus ſit agens ad extra liberrimum, uti ordinate poteſt ſimpliciter nolle exiſtere, id quod in ſe eſt perfectius v.g. Chriſtum, ita poteſt illud ordinare tanquam ad finem immediatum ad id quod in ſe eſt minus perfectum v.g. Chriſtum ad hominem redimendum, & juxta adverſarios, Chriſtum ut paſſibilem, & infinita paſſionis ejus merita ad noſtram ſalutem iis ignobiliorem. Illud autem præcipue verum eſt, quando finis generalis & ultimus omnium mediorum eſt infinita Dei bonitas.

Adde quod ſi decretum Incarnationis propter redemptionem hominum involveret inordinationem, non ſolum de facto non eſſet, ſed foret impoſſibile, quod nemo dixerit.

Deus abſolutè plus boni voluit Chriſto, quàm homini redimendo, licet propter hunc illum voluerit.

92. Neque ex dictis ullo modo ſequitur, Deum abſolute magis amaviſſe hominem redimendum quam Chriſtum: licet enim illum magis amaverit hoc ſenſu, quod vi præſentis decreti magis propter ſe & prius voluerit hominem juſtificare & ſalvare, quam Chriſtum exiſtere, quo ſenſu etiam juxta adverſarios, magis amavit hominem juſtificandum & ſalvandum; quam Chriſtum in carne paſſibili, & infinita ejus merita: abſolutè tamen magis amavit Chriſtum 1. Quia in eo ut paſſibili magis ſibi complacuit, 2. quia infinities plus boni ei efficaciter voluit, eumque ſuper omnem puram creaturam appretiavit. Quare poteſt abſolute loquendo, id quod eſt medium, plus amari quam finis; quando non ſolum amatur ut medium

dium propter bonitatem reſpectivam à fine principatam ; ſed etiam propter ſuam bonitatem abſolutam ut finis, ad quem ultimate refertur finis immediatus, ut hic contigit.

95. Ex dictis pat. & 1. Incarnationem ſecundum ſe, eſſe medium dignitate quidem propinquius fini generali operum Dei, qui eſt manifeſtatio bonitatis & gloriæ quàm Redemptionem ; cum in illa, utpote incomparabiliter perfectiore magis eluceat potentia, ſapientia, & bonitas Dei quàm in hac cauſalitate tamen in intentione, quam pro ſua libertate de facto habuit Deus, eſſe medium remotius. Incarnatio eſt medium fini generali operum Dei dignitate propinquius quam nostra juſtificatio ; ſed cauſalitate remotius.

2. Non poſſe quidem medium propinquius ordinari ad remotius ; quando media illa ſunt ita per ſe & eſſentialiter ſubordinata ut medium remotius non conferat ad finem proxime & per ſe, ſed tantum mediante propinquiori, ut confectio pharmaci quæ ad ſanitatem nihil conferre poteſt niſi mediante ejus ſumptione, medio propinquiori : poſſe tamen, quando media non ſunt inter ſe ſubordinata, quin utrumque poſſit proxime & per ſe ad finem conferre, licet forte unum ex iis præſtantius ſit & efficacius, ut ſumptio pharmaci, & ſectio venæ, eo caſu quo tam hæc quàm illa ad ſanitatem confert, licet forte una ex iis efficacius.

3. Incarnationem eſſe bonum occaſionatum, id eſt de facto volitum occaſione peccati, non tamen occaſionatum id eſt fortuitum, aut non aliter volibile, quàm occaſione alterius.

4. Non videri improbandum quod varii abſolutè admittunt poſſe nimirum Chriſti humanitatem gaudere de peccato Adami ; non ut peccato, ſed præciſè prout per accidens ex mera Dei benignitate fuit illi occaſio tanti boni, & omninò abſtrahendo ab ejus malitia, quo ſenſu canit Eccleſia : *O felix culpa! qua talem ac tantum meruit habere Redemptorem &c.* Ex quo tamen non ſequitur poſſe Chriſti humanitatem agere gratias Adamo ; quia Adamus nullo modo per ſe, nec ex ſua intentione, ſed merè per accidens, ſua malitia occaſionem dedit tanto bono, ſimiliter non debemus, nec honeſte poſſumus agere Poteſt humanitas Chriſti gaudere de peccato Adami ſpectato præcisè ut eſt alii cauſa unionis cum Verbo.

 gratias

gratias Iudæ, Caiphæ & crucifixoribus Chriſti, ut nec martyres ſuis tortoribus.

5. Non eſſe univerſaliter verum, quod prius intendatur bonum, quam permittatur malum, hoc enim ut ſummum ſolum verum eſt de bono, cujus malum permiſſum,eſt privatio, aut impedimentum: non verò (ſaltem univerſaliter) de bono, cuius malum permiſſum eſt mera occaſio, ut peccatum Adæ, quod non fuit Incarnationis privatio, aut impedimentum, ſed per accidens ejus occaſio.

Datur inter actus divinos prioritas rationis.

94. Etſi inter actus divinos ab invicem & eſſentia divina realiter indiſtinctos,nulla poſſit eſſe prioritas ſecundum rem: rectè tamen aſſignatur aliqua ſecundum rationem; in re aliquo modo fundatam, nempè vel in eo quod in noſtris actibus, & conſequenter in Divinis,prout æquivalent noſtris,unus actus ita præſupponatur ad exiſtentiam alterius ut ipſum formaliter non requirat ad propriam exiſtentiam, qualiter intellectio præſupponitur volitioni, aut certe objectum unius præſupponatur objecto alterius. Vnde ſuppoſitis principiis quæ hactenus ſecuti ſumus tum hic nu. 77. 78. tum 1. p. nu. 206. & ſeq de prædeſtinatione ad gloriam ex meritis abſolute prævisis, rectè à Vaſquez & aliis ſtatuitur hic actuum divinorum ordo ſecundum diverſa ſigna rationis.

Deus decrevit Adamū, permiſit peccatum illudque prævidit abſolute futurum prius, quam decrevit Chriſtum.

1. Deus actu ſimplicis intelligentiæ ab æterno cognovit omnes res poſſibiles,modoſque omnes quibus ſe poteſt communicare ad extra.

2. Per ſcientiam conditionatam ſimiliter cognovit quidquid unaquæque creatura eſſet actura aut paſſura, ſi in his aut illis circumſtantiis poneretur.

3. Decrevit creare hoc univerſum, & in eo Angelum & hominem, nempe Adamum, & hunc quidem ut caput morale cæterorum,in ſtatu innocentiæ, volendo illi beatitudinem affectu ſimplici eique ex mera liberalitate præparando auxilia gratiæ quibus illam poſſet obtinere.

4. Præſciens Adamum peccaturum ut caput cæterorum, adeoque in eo omnes ejus poſteros etiam peccaturos, ſi in talibus circumſtantiis relinqueretur, juſtiſſimis, ſed arcanis de cauſis,ſtatuit eum ſibi relin-

relinquere, & peccatum permittere.

5. Per ſcientiam viſionis Adamum vidit peccantem, & in eo omnes ab ipſo per naturalem generationem deſcenſuros, pro eo tamen ſigno necdum determinate & in particulari cognoſcendo quinam ij eſſent futuri: Cum Chriſtum decreverit ad delēdum Adami peccatum.

6. Peccato primi parentis abſolute præviſo cum neceſſitate tranſeundi (ſecluſo ſpeciali privilegio) in omnes ejus poſteros ex infinita miſericordia voluit hominem redimere modo perfectiſſimo, ac proinde in eum finem decrevit incarnationem, Chriſtumque prædeſtinavit ad ſummam gloriam eſſentialem, ſtatim ei dandam.

7. Chriſti jam prædeſtinati merita abſolute prævidit.

8. Propter Chriſti merita abſolute præviſa, decrevit ipſi Chriſto gloriam corporis & nominis exaltationem; hominibus verò varia dona gratiæ ſive habitualis, ſive actualis, quibuſdam efficacis, aliis tantum ſufficientis ad juſtificationem & perſeverantiam finalem: & primùm quidem Adamo, deinde immediatis ejus poſteris, & ſic deinceps per ſequentia ſigna rationis aliis atque aliis, quos abſolute futuros prævidere non potuit Deus, priuſquam gratię progenitoribus eſſent decretæ, à quibus pendebat poſterorum futuritio vel non futuritio, quatenus ab illis dependebat electio ſtatus conjugii aut cœlibatus à progenitoribus facienda, item eorum vitæ longitudo aut brevitas & ſimilia ad poſterorum propagationem pertinentia. Vnde non potuit Deus prævidere Adæ poſteros in particulari, & bona aut mala eorum opera, niſi poſt decretam ex Chriſti meritis eam gratiarum diſtributionem, quæ de facto ſervatur. Deus non prævidit Adæ poſteros in particulari niſi poſt decreta ex Chriſti meritis gratiarum diſtributionem.

9. Poſt præviſa bonorum merita cum perſeverantia finali, & malorum demerita cum impœnitentia finali illos deſtinavit ad gloriam, hos ad gehennam.

95. Ex his porro manifeſtum eſt 1. Chriſtum eſſe primum omnium prædeſtinatorum ad gloriam. 2. Potuiſſe B. Virginem ex Chriſti meritis præſerva-

Digitized by Google

Chriſtus eſt primus prædeſtinatorum.

ri ab actuali infectione peccati originalis: quia nempe Chriſtus fuit prædeſtinatus, & cum meritis infinitis abſolute præviſus, priuſquam Adæ peccatum prævideretur de facto transfuſum; in eo videlicet ſigno rationis, quo ſolùm prævidebatur in omnes neceſſario transfundendum, niſi Deus ſpeciali favore, aliquem propter Chriſti merita præſervaret, ei primo inſtanti animationis gratiam ſanctificantem infundendo, ut immaculatæ Virgini Mariæ infuſam fuiſſe oſtenſum eſt p. 2. num 339.

Potuit ex ejus meritis B.V. præſervari ab originali ejuſque debito.

3. Potuiſſe B.V. ex Chriſti meritis præſervari, non ſolùm à peccato originali, ſed etiam à debito illud incurrendi, ut factum fuiſſet, ſi Deus conſtituendo Adamum Caput morale hominum voluiſſet ejus peccato totam poſteritatem infici niſi aliqua perſona in particulari exciperetur, ac deinde excepiſſet B. V. ex meritis Chriſti, vel ſi diſerte excepiſſet illam, quæ in Chriſti matrem, ex ejus meritis eligeretur, caſu quo decerneretur incarnatio. V. Salazar.

Ordo Decretorum Dei ex principiis Scoti.

4. Alium eſſe divinorum actuum ordinem ex principiis Scoti juxta quem 1. ſuppoſita ſcientia ſimplicis intelligentiæ, Deus, ex voluntate ſe communicandi ad extra modo perfectiſſimo, decrevit ſimpliciter Incarnationem Verbi, & prædeſtinavit Chriſtum eum inſtituendo finem omnium quæ creaturus erat in mundo, & ſpecialiter caput morale omnium hominum, ex quibus quoſdam ante merita efficaciter prædeſtinavit ad gloriam, alios negative reprobavit. 2. permiſit peccatum: 3 decrevit hominem redimere, in eumque finem ſtatuit, ut Chriſtus prius ſimpliciter prædeſtinatus veniret in carne paſſibili. V. Scot. in 3. diſt. 7. q 3. a. *ſed hic ſunt.*

Chriſtus veniſſet vi præſentis Decreti quamvis fuiſſet ſolum originale.

96 Chriſtus venturus fuiſset vi præſentis decreti. quamvis ſolùm fuiſset peccatum originale. ita Vaſq. & alii communius. Ratio eſt 1. quia manſiſset principalius motivum propter quod de facto decreta eſt Incarnatio: ut pat ex Script. ad Rom. 5. 12. 1. ad Cor. 15. 22. *& ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur*. Et ex Cyril. l. 2. in Ioan. cap. 3. *quoniam primus Adam omnes liber-*

libertate ſub malum elegit, atque ideo morti addictus, Spiritum ſanctum amiſerat, de cœlo nobis ſecundum Adam miſericordia miſit, & alii PP. ſup. cit. n. 78. redemptionem per Chriſtum factam præcipue opponentibus peccato Adami.

2. Quia juxta dicta num. præced. decreta fuit Incarnatio prius ratione quam præviſa fuerint ulla actualia, imò priùs ratione quàm præviſi fuerint Adæ poſteri in particulari, adeoque ante præviſum originale reipſa transfuſum: ac proinde primarium ac per ſe motivum Incarnationis fuit ſolum originale à poſteris Adæ necdum actu contractum, ſed (ſecluſo ſpeciali favore) neceſſariò contrahendum. Cum fuerit decretus ante præviſa ulla actualia.

97. Hinc Chriſtus venturus fuiſſet vi præſentis decreti, quamvis nullus ex Adæ poſteris reipſa incurriſſet peccatum originale; ſed ſolùm omnes incurriſſent ejus debitum, de quo ſufficienter explicari poſſunt PP. ſup. num. 78. pro motivo Incarnationis adferentes damnationem noſtram, mortem ſpiritualem &c.

Etiam tamen venit Chriſtus, tanquam propter motivum ſecundarium, ad delenda peccata actualia: hoc enim aperte docet Toletan. VI. c. 1. *Solum Filium fatemur ad redemptionem humani generis propter culparum debita, quæ per inobedientiam Adæ originaliter, & noſtro libero arbitrio contraxeramus, reſolvenda, à ſecreto Patris arcanoque prodiiſſe*. Idem ſignificat Script. 1. Ioan. 1. *Sanguis ejus emundat nos ab omni peccato.* Etiam tamen venit ad tollenda actualia tamquam propter motivum ſecundarium patet ex Conc. Toletan. VI.

98. Quare poſt præviſum peccatum Adami ut capitis, & neceſſitatem illius tranſfuſionis in poſteros cum rebellione concupiſcentiæ, ex qua neceſſariò non quidem neceſſitate phyſica, ſed morali, ſecutura erant actualia, Deus decrevit Incarnationem, primariò quidem ad delendum peccatum originale, ſecundariò verò & velut ex incidenti, ad impedienda per gratiæ adiutorium actualia, eaque delenda, ſi quæ committerentur. Vnde poſt Incarnationem abſolute decretam, Deus ex Chriſti meritis Adæ poſteris deſtinavit gratias ſufficientes ad vitanda omnia

Digitized by Google

peccata actualia, etiam illud quod admiſerunt Iudæi Chriſtum crucifigentes.

Chriſti merita non moverunt in actu 2. ad ullum præmium niſi ut conſummata per mortem, non in re, ſed in Chriſti acceptatione; qua ratione ſunt priora Chriſticidio Iudæorum adeoque potuerunt illud impedire.

99. Nec obſtat, quod ex communiſſimo DD. ſenſu, Chriſti merita in actu 2. non moverint Deum ad ullum præmium eis reddendum, niſi ut per mortem conſummata, qualiter ſunt poſteriora Chriſticidio à Iudæis commiſſo, ac proinde non videantur potuiſſe illud impedire per gratias eorum intuitu collatas; hoc, inquam, nihil obſtat, quia non eſt uniuerſaliter verum quod Chriſti merita non moverint niſi ut conſummata per mortem in re, ſeu ut exercite exiſtentem, qualiter mors Chriſti non eſt meritoria niſi objective, & denominative, nec prior; ſed poſterior Chriſticidio Iudæorum; ſed ſolùm quod non moverint niſi ut per mortem conſummata in Chriſti acceptatione, vi cujus mors Chriſti, ſpectata prout cum illa facit unum in genere moris eſt formaliter meritoria, & in Dei præſentia prior Iudæorum Chriſticidio; cùm potuerit (adeoque ita factum ſit, cum hoc exigat ſpecialis ratio meritorum Chriſti) mors à parte proponi & à Chriſto acceptari, non hæc determinate, ut eſt de facto à Iudæis illata; ſed indeterminate abſtrahendo à naturali & violenta, ab his aut illis, hoc aut illo modo, etiam abſque ullius peccato inferenda.

Potuit acceptatio mortis indeterminatæ eſſe, in Dei præſentia, prior determinata quã ſubiit à Iudæis.

Vnde potuit acceptatio mortis indeterminate à Chriſto facta independenter à morte determinata, quam de facto ſubiit, eſſe hac prior in Dei præſcientia, & conſequenter Iudæis mereri gratiam ad vitandum Chriſticidium.

100. Quod autem hæc ſufficiant ut iſta acceptatio dicatur per mortem conſummata probatur ex Lugo & aliis ex eo, quod Chriſtus Ioan. 17. in ultima cœna dixerit: *Opus conſummavi quod dediſti mihi ut faciam*, cum tamen tunc mortem ſibi imperatam necdum ſubiiſſet, niſi per acceptationem. Quo etiam ſenſu verba Chriſti jam citata interpretatur S. Polycarpus apud Halloix tom. 1. in vita ejus pag. 133. ubi ſic loquitur: *quomodo opus humanæ ſalutis adimpleſſe commemorat, cùm necdum crucis vexillum aſcenderat? ſed definitione voluntatis de qua*

cuncta

cuncta veneranda paſſionis inſignia adire decreverat, jure ſe opus perfeciſſe ſignificat.

Et quamvis phyſice & in rigore loquendo hoc non ſit Chriſtum ſuis crucifixoribus meruiſſe auxilia ad vitandum crucifixionis peccatum per ſuam mortem, ſed ſolùm per ejus acceptationem; rem tamen moraliter conſiderando, id abunde ſufficit ut ſimpliciter dicatur illis meruiſſe dicta auxilia per ſuam mortem, ſicut, inquit Lugo, ſi quis moribundus teſtamento ſuo jubeat fieri eleemoſynas pro ſua & ſuorum hæredum ſalute, & per illam ſuam voluntatem impetraret à Deo gratiam ſuis hæredibus ad fideliter implendum hac ex parte teſtamentum, ſimpliciter dicetur hoc promeritus eleemoſynis licet tempore & executione poſterioribus dicta bona voluntate, ad quam moraliter retrotrahuntur, ut cum ea faciant unum. Et à qua denominative participant rationem actionis meritoriæ & impetratoriæ. Similiter in noſtro caſu de morte Chriſti.

Chriſtus meritus eſt crucifixoribus gratias eorum peccati impeditivas in actu 1. per acceptationem mortis & per ipſam mortem moraliter loquendo.

101. Licet Chriſtus etiam venerit propter actualia modo jam explicato, venturus tamen non fuiſſet vi præſentis decreti ſi fuiſſent ſola actualia, ſive venialia, ſive mortalia. Ita Vaſq. & alii communius contra Valentiam. Ratio eſt quia deſinente motivo principali præſentis decreti, ſtare nequit præſens decretum: atqui ut patet ex dictis nu. 77. & ſeqq. Solius originalis remedium fuit primarium & per ſe motivum incarnationis: actualium verò remedium ſolùm ſecundarium, & velut ex incidenti ut redemptio completa eſſet & perfecta: hoc enim manifeſte colligitur ex PP. ſupra cit. nu. 78. docentibus peccatum primi hominis, fuiſſe rationem Incarnationis, affirmantibuſque Chriſtum non fuiſſe venturum (nempe vi præſentis decreti) ſi Adam non peccaſſet, ut expreſſe Greg. Magn. l. 4. in 1. Reg. cap. 1. ubi hæc habet: *& quidem ſi Adam non peccaret, Redemptorem noſtrum carnem ſuſcipere noſtram non oporteret*; quibus conſonat illud quod canit Eccleſia Sabbatho Sancto: *O certè neceſſarium Adæ peccatum, quod Chriſti morte deletum eſt.*

Chriſtus veniſſet vi præſentis ſi ſolum fuiſſent peccata actualia: eo enim caſu ceſſaſſet principale motivum vi præſentis decreti, nempe remedium peccati originalis.

Vnde ſi in omnibus, aut fere omnibus ſine originali fuiſſent mortalia, manſiſſet quidem neceſſitas redemptionis generis humani, non tamen illius propter quam de facto principaliter decreta eſt Incarnatio; quippe quæ non eſt decreta propter redemptionem quomodocumque, ſed determinate propter redemptionem à peccato originali.

Apoſt. ad Gal. 2. ſolùm vult Chriſti mortem eſſe cuilibet æque utilem ac ſi pro ipſo ſolo eſſet obitat.

102. Apoſt. ad Gal. 2. his verbis: *Qui dilexit me & tradidit ſemetipſum pro me*, non ſignificat quod Chriſtus ita venerit & paſſus ſit pro ſalute ſingulorum, ut fuerit venturus & paſſurus etiam pro ſalute cujuslibet hominis particularis; ſed ſolum quod Verbi Incarnatio & Chriſto paſſio, quamvis decreta & peracta in gratiam, omnium ſimul; ita tamen proſit ſingulis, ac ſi pro ſingulis in particulari decreta ac peracta fuiſſet: vel certè ſolùm ſignificat quod Chriſtus ut homo, ex parte ſua tanto amore, tantaque promptitudine mortem pro nóbis ſubierit, ut libenter pro unico homine mortem pateretur ſi ita vellet Deus, qui tamen hoc re ipſa non voluit.

Eodem ſenſu intelligendum eſt illud Chryſoſt. in act. *unius dumtaxat animæ tanta eſt jactura, ut ob eam Filius Dei fieret homo*, item ſimile dictum Chriſti ad S. Carpum apud Dionyſ. Areop. Epiſt. 8.

§. II.

Merita Incarnationem præcedentia.

Chriſtus ut ſic non meruit ſuam unionem hypoſtaticam conſtat ex PP. ac præcipue ex Aug. id ut indubitatum ſupponente.

103. CHriſtus ut ſic, non eſt meritus ſuam unionem hypoſtaticam quoad ſubſtantiam, eſt S.Th. & aliorum communis imò teſte Vaſq. omnium ſcholaſticorum, & videtur certa 1. ex Aug. tract. 82. in Ioan. *Neque illam ſuſceptionem hominis merita ulla præceſſerunt: ſed ab illa ſuſceptione merita ejus cuncta ceperunt*. Enchir. c. 36. ubi ait: *hic omninò evidenter Dei gratia commendatur, quid natura humana in homine Chriſto meruit, ut in unitatem perſonæ unici Filii Dei ſingulariter eſſet aſſumpta? quæ bona voluntas, cujus boni propoſiti ſtudium, quæ bona opera præceſſere? quibus mereretur iſte homo ut fieret una perſona cum Deo.* Et cap. 15. de prædeſt. SS. *Ea gratia fit ab initio fidei ſuæ homo Chriſtianus, qua gratia ille ab initio ſuo factus eſt Chriſtus*. Et paulò infra,

infra, *quiſquis in capite noſtro præcedentia merita ſingularis iſtius generationis invenerit, ipſe in nobis, membris ejus, præcedentia merita multiplicata regenerationis inquirat*. Quibus locis tanquam omninò certum ſupponit, nulla Chriſti merita præceſſiſſe unionem hypoſtaticam, idque, ut apud omnes indubitatum, aſſumit ad probandam hanc fidei veritatem, quod nempe nulla peccatoris merita, præcedant primam juſtificationis gratiam V. Vaſq diſp. 21. Mendoz. diſp. 25. ſect. 2. ubi oſtendit varia Aug. loca tantum probare Chriſtum non eſſe meritum unionem ex viribus ſolius arbitrii.

2. Etiam hac ratione, quia illam non meruit per merita tempore vel natura antecedentia; cum enim Chriſtus ut ſic, hac unione conſtituatur, implicat Chriſtum ut ſic, & conſequenter ejus meritum eſſe tempore vel natura prius unione hypoſtatica: neque etiam per merita conſequentia; cùm enim principium meriti (quale eſt in Chriſto unio hypoſtatica, aut eſſe perſonale Verbi ipſa unione communicatū) non poſſit cadere ſub meritum, ſaltem connaturaliter, & de lege ordinaria, aſſeri non debet id re ipſa factum eſt ſine urgenti ratione, qualis hic nulla adferri poteſt: præſumendum eſt enim ſervatum fuiſſe in hoc myſterio, modum procedendi maxime connaturalem quamdiu aliunde non conſtat de contrario.

Quia ut ſic conſtituitur unione, ac proindehanc nulla præceſſerint ejus merita.

104. Neque his repugnat illud pſal. 44. *dilexiſti juſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ*. Id eſt juxta Aug. Hilar. & alios, oleo Divinitatis ſeu unionis hypoſtaticæ, quo delibuta eſt Chriſti humanitas.

Chriſto communicata eſt Divinitas propter dilectionem juſtitiæ ut cauſam finalem corporis glorificatio & nominis exaltatio propter dilectionem juſtitiæ ut cauſam meritoriam. Hoc ſenſu Apoc. 5. Agnus occiſus meruit divinitatem id eſt ejus manifeſtationem.

1. Quia ly *propterea*, non ſignificat cauſam meritoriam ſed vel finalem, ita ut ly *propterea* &c. ſignificet & ideo, ſeu ad hunc finem nempe ut diligeres &c. unxit te Deus Divinitate; vel juxta Aug. cauſam quaſi efficientem, ſicut ly *propterea* idem ſit ac *propterea quod*: ita ut faciat hunc ſenſum, *dilexiſti* &c. propterea quod, ſeu eo quod unxit te Deus oleo unionis hypoſtaticæ, quæ in te fuit capax omnis juſtitiæ, vel, ſi ſignificet cauſam meritoriam, per unctionem lætitiæ intelligenda eſt (juxta varios PP.

apud

apud Vaſq.) glorificatio Corporis Chriſti, ejuſque nominis exaltatio, quæ Chriſtum & totum mundum lætificavit.

Hoc poſtremo ſenſu etiam intelligendum eſt illud Apocalyp 5. *dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem & divinitatem*, ita ut ly *accipere Divinitatem* ſignificet Divinitatis præhabitæ manifeſtationem, ac nominis tamquam filii Dei exaltationem, quam Chriſtus ſua morte ſibi promeruit. Adde juxta Riberam & alios locum illum videri corruptum, & pro ly *Divinitatem*, legendum eſſe *divitias* de eadem exaltatione intelligendum eſt illud ad Philip. 2. *humiliavit ſemetipſum &c. propter quod & Deus exaltavit illum*.

Potuit Angelus 1. inſtanti ſuæ creationis, ſibi congruo mereri gratiam qua fuit eodem inſtanti ſanctificatus, quia antecedenter fuit conſtitutus in ſuo eſſe perſonali; non Chriſtus ſuam unionem, ob rationem contrariam.

105. Verum quidem eſt ex probabili multorum ſententia Angelos & Adamum ſibi de congruo promeruiſſe gratiam qua primo inſtanti ſuæ creationis ſanctificati ſunt: Inde tamen ut inferat Chriſtum ſimiliter ſibi meruiſſe unionem hypoſtaticam, nam diſparitas eſt quod illi antecedenter ad gratiam fuerint plene conſtituti in ſuo eſſe perſonali, ac proinde potuerint elicere actum ea priorem natura, ſecus Chriſtus ut ſic antecedenter ad unionem, cum per hanc intrinſece conſtituatur.

106. Nequidem continuationem ſuæ unionis ſibi meruit Chriſtus ut ſic. Ita communius DD. contra Suar. Ratio eſt, quia licet abſolute eam potuerit mereri, id tamen non videtur connaturale: cùm enim hæc unio ſit natura ſua incorruptibilis, poſito quod detur connaturaliter, dari debet ut perpetua & conſervari ob exigentiam naturalem quam habet ab intrinſeco, non ob extrinſecum meritum. Idem ſentiendum de extenſione unionis ad partes alimentitias ſucceſſive per nutritionem acquiſitas: ſecus de unionis reproductione aut replicatione in Venerabili, quam Chriſtus meritus eſt & quidem de condigno, una cum poteſtate inſtituendi Sacramenta.

Humanitas Chriſti non meruit unionem hypoſtaticam per merita illam

107. Fide certum eſt humanitatem Chriſti, non meruiſſe unionem hypoſtaticam per merita tempore priora, cum à CC. Epheſ. Calcedon. Francof. Tolet. XI. definitum ſit cont. Photin, humanitatem non

fuiſſe

fuiſſe ullo inſtanti reali ante unionem hypoſtaticam. Idem docuerunt PP. Aug. de prædeſt. SS.c.15. Enchir. c. 36. Leo Epiſt. 10. 11. & 97.

tempore præcedentia; quia ex definitione CC. eam nullo inſtanti præceſſit.

Humanitas Chriſti non meruit de condigno imo nec de congruo unionem, per opera ſolum ordine naturę priora exercita ab humanitate ut ſignificata per gratiam habitualem prius natura quàm intelligatur habere unionem hypoſtaticam.

Neque per priora ordine naturæ, quin prius eſt naturam ſubſiſtere, quam operari; alioqui anima poſſet intueri ſe ipſam prius quam uniatur corpori.

Prima pars eſt omnium & certa; quia cum unio hypoſtatica ſit communicatio Divinitatis per conjunctionem ſubſtantialem, eſt ſupremi ordinis, adeo que ſuperat omnem vim meritoriam puræ creaturæ etiam infinita gratia præditæ: illa enim gratia ſolùm extenderet ſe ad infinitam gloriam tamquam ad præmium ſibi adæquatum, non ad unionem hypoſtaticam longe ſuperioris ordinis: alioqui enim, cum Deus operibus gratiæ de facto aliud prœmium non retribuat quàm gloriam, ea non compenſaret ad æqualitatem, ſi condigne poſſent extendi, ad præmium ſuperioris ordinis.

2. Pars eſt communis & paſſim habetur certa ex Aug. ſup. n. 102. ac communiſſimo DD. ſenſu. Ratio eſt quod connaturalis modus operandi ſequatur modum eſſendi: unde cùm natura exigat ſaltem connaturaliter prius ſubſiſtere in ſe vel in alio, quam operetur pro illo priori, quo nundum intelligitur ſubſiſtere in ſe vel in alio non poteſt operari, ſaltem connaturaliter, ac proinde dicendum eſt humanitatem Chriſti (in cujus aſſumptione præſumi debet ſervatum eſſe ordinem maxime connaturalem) nullum elicuiſſe actum priorem unione.

Confirm. ex eo quod anima rationalis prius ratione quam intelligatur determinata ad certum genus eſſendi vel in corpore, vel extra corpus, non poſſit operari: alioqui enim cùm priùs natura exiſtat quam uniatur, pro illo ſigno quo intelligitur eſſe & nondum uniri cum corpore, adeoque ab eo non dependere in operando, poſſet operari independenter à ſenſibus, & conſequenter ſe ipſam ut in ſe eſt, intueri, ſicut dum eſt in ſtatu ſeparationis à materia V. Lug.

108. Si

Potuiſſet Chriſti humanitas congrue mereri unionem, ſi illam præceſſiſſet tempore, aut natura cum ſubſiſtentia propria vel aliena.

108. Si humanitas Chriſti ſubſtitiſſet in ſe ipſa cum gratia habituali, prius tempore quàm aſſumeretur à verbo, potuiſſet unionem hypoſtaticam mereri de congruo cum ad iſtud meritum non requiratur æqualitas cum præmio; ſed ſolum bonitas operis ſupernaturalis, aliquo modo apta movere Deum ut recte explicat Lugo Diſp. 8. ſect. 3.

Similiter eandem mereri potuiſſet ſi, quamvis non præexiſtens eodem inſtanti quo aſſumpta eſt, ſimul terminata fuiſſet ſubſiſtentia propria (poſito quod detur & non repugnet cum aliena) aut ſubſiſtentia Angeli: eo enim caſu ut ſubſiſtens, ſubſiſtentia creata potuiſſet elicere actus independentes ab unione hypoſtatica, eaque natura priores, adeoque illius meritorios de congruo.

Potuit humanitas Chriſti, non quidem de lege ordinaria ſed de potentia abſoluta mereri unionem hypoſtaticam ſe cum eodem inſtanti incipientem.

109. Videtur probabilius de potentia abſoluta potuiſſe humanitatem etiam ut exercite exiſtentem, mereri unionem hypoſtaticam, ſecum eodem inſtanti incipientem, per opera ordine naturæ priora, idq; quamvis eodem inſtanti non fuerit terminata per ſubſiſtentiam creatam, ſive propriam, ſive alienam. Ita Beccan. Perez. Arriag. Merat. Iſambert. contra Suar. Vaſq. Lug.

Nempe per operationem natura priorem unione hypoſtatica.

Prob. 1. quia licet forte ſubſiſtentia, aut unio hypoſtatica in actu 1. & quoad exigentiam, ſit eſſentialiter natura prior, quavis operatione humanitatis: nulla eſt tamen neceſſitas aut ſolida ratio dicendi, quòd ſit eſſentialiter prior formaliter & in actu 2. cùm ad hoc ut ſit prior in actu 2. requiratur ut Deus præbeat concurſum conformem naturali exigentiæ humanitatis connaturaliter poſtulantis prius in ſe ipſa compleri per ſubſiſtentiam ſive alienam ſive propriam, quam operari, cui exigentiæ poteſt Deus ſe non conformare, ut cum accidentia contra naturalem eorum exigentiam, conſervat extra ſubjectum, eiſque ita exiſtentibus præbet concurſum ad agendum, quamvis connaturaliter exigant prius in aliquo ſubjecto ſuſtentari.

Et ſi enim humanitas connatura.

110. Prob. 2. quia poteſt anima de potentia abſoluta, primo inſtanti, quo unitur corpori, per operationem natura priorem mereri ultimam diſpoſitionem

nem ad ſui unionem, & ipſam unionem, licet illa connaturaliter præſupponatur ad ejus operationes, & quidem unio, tanquam ejus complementum ſubſtantiale, ergo ſimiliter humanitas per operationem natura priorem, mereri unionem hypoſtaticam: cum enim operatio humanitatis non dependeat à ſubſiſtentia aut unione, ut actus vitalis à principio vitali: imò nec ullo modo ut à principio activo; ſed ut à mera conditione, non apparet cur illa dependentia, ſit ita eſſentialis, ut per divinam omnipotentiam non poſſit ordo ille inverti.

3 Quia eſt valde probabile ſubſiſtentiam creatam non eſſe aliquid poſitivum diſtinctum à natura. Deinde ſi ſit quid poſitivum, ejus diſtinctio non eſt nobis nota, niſi per conſequentiam deductam ex myſteriis Trin & Incar. ex quibus non poteſt colligi tantam eſſe dependentiam naturæ creatæ in operando à ſubſiſtentia propria aut aliena, ut nequidem divinitus elicere poſſit ullum actum prius natura quam ſubſiſtat.

licet exigat prius ſubſiſtere quam operari, hoc tamen non eſt ipſi eſſentiale, ac proinde poteſt Deus contra iſtam exigentiam ei præbere concurſum ad operationem natura priorem quamvis ejus ſubſiſtentia; ſicut poteſt contra naturalem exigentiam accidentia ſervare extra ſubjectum & cum iis concurrere &c.

111. Dices 1. elicitive, *actiones ſunt ſuppoſitorum*. R. hoc ſenſu quod (ut volunt adverſarii) actiones neceſſario procedant a ſuppoſito, illudque eſſentialiter præſupponant, ſic ut etiam de potentia abſoluta, non poſſit ulla actio procedere a natura, niſi in priori rationis aut naturæ fuerit terminata per ſubſiſtentiam propriam vel alienam: N. hoc enim putet eſſe falſum in productione ipſius ſubſiſtentiæ, quæ juxta adverſarios, ſaltem pleroſque, emanative procedit a natura, non prius (ut patet) ſuppoſitata: hoc ſenſu quod actiones ſint ſuppoſitorum denominative C. ſed hoc nihil facit contra nos, eo enim ſenſu etiam paſſiones ſunt ſuppoſitorum, cum tamen generatio paſſiva humanitatis, quæ denominat hominem generari, ſit natura prior ejus ſubſiſtentia.

Dices 2. in Synodo Florent. illud axioma actiones ſunt ſuppoſitorum a Ioann. Theologo fuit uſurpatum nomine ſeu latinorum, ſeu græcorum reclamante R. non fuiſſe uſurpatum, niſi vel ſenſu jam explicato, vel hoc, quod actiones, diſtinctæ à productione ſubſiſtentiæ, connaturaliter

Actiones ſunt ſuppoſitorum denominative non elicitive.

non

non procedant à natura, niſi ut antecedenter ſuppoſitata. Deinde non omnia quæ in CC. aſſumuntur à diſputantibus, cenſeri debent approbata: cum ſæpe concluſio definita ſit de fide, licet ratio, ſaltem partialis, qua probatur non ſit de fide.

Non ſunt eſſentialiter poſteriores, ſubſiſtentia ſed ſolum connaturaliter nec plus ſupponit Aug. dum à Chriſti humanitate excludit meritum.

112. Cum Aug. ſup. num. 102. ab humanitate aſſumpta, excludit omne meritum unionis, procedit ex hypotheſi ejus quod ſit connaturaliter, quod ſufficit ad aliquid indubitanter aſſerendum, quando in contrarium nulla habetur ratio præter meram poſſibilitatem, cùm non ſint adſtruenda miracula, ſeu opera contra naturalem rerum exigentiam ſine neceſſitate. Quamvis humanitas prius natura habuiſſet gratiam habitualem quàm unionem, non propterea potuiſſet pro illo inſtanti naturæ, ſimpliciter dici filia Dei adoptiva: quia iſta denominatio petitur à gratia ſine unione in ſtatu reali, non in ſtatu præciſionis.

Quamvis forte repugnet operationem procedere à natura non prius ſuppoſitata, potuit Chriſti humanitas congrue mereri unionem hypoſtaticam.

113 Etiam in hypotheſi quod implicet operationem procedere à natura, non prius terminata per ſubſiſtentiam propriam vel alienam, potuit humanitas Chriſti, quamvis ſolùm ſubſiſtens in Verbo, per opera tantum natura priora mereri de congruo unionem hypoſtaticam. Ita Amic. diſp. 26. ſect. 7.

Probatur, quia potuit Deus ab æterno decernere, hanc Chriſti humanitatem ponere, cum iis gratiæ auxiliis, cum quibus conditionate præviderat illam, quacumque ſubſiſtentia terminaretur, ſive creata, ſive increata, hos determinate actus meritorios elicituram, priuſquam ipſi decerneret ullam ſubſiſtentiam in particulari; ac deinde in poſteriori naturæ, propter merita vi iſtius decreti præſcindentis à qualibet ſubſiſtentia in particulari, jam abſolute futura, ac intuitive præviſa huic eidem humanitati decernere unionem hypoſtaticam cum Verbo: atqui humanitas Chriſti eo caſu vere ac proprie merita fuiſſet ſuam unionem hypoſtaticam per opera tantum natura priora. Ergo &c. Major patet, quia hujuſmodi decretum nullam involvit repugnantiam.

Minor

Minor probatur, quia eo caſu iſti actus meritorii eſſent in divina præſcientia priores unione tanquam abſolute futuri ac ſuum principium certò redditurì præmio dignum. Ergo in illo priori poſſent tanquam meritum congruum, movere Deum ad unionem hypoſtaticam in poſteriori naturæ ſuo principio decernendam, cùm ad meritorie movendum non requiratur, ut meritum exiſtat à parte rei, eo inſtanti, quo movet, aut ſit prius ſuo præmio in reali duratione; ſed ſolùm ut ſit in Dei præſcientia in eaque prius ſuo præmio; hoc enim ſufficit ad movendum realiter voluntatem præmiantis, ut patet ex eò quod Adamo, Abramo, alijſque antiquis PP. Chriſtus meruerit gratias per merita illis duratione poſteriora.

Cum potuerit decerni abſtrahendo à ſubſiſtentia in particulari & ut ſic decreta mereri ſubſiſtere, in verbo.

114. Confirm. licet natura, ex communiori philoſophorum ſenſu, non poſſit eſſe nec operari abſque ulla preſentia in tempore & loco, ſeu abſque ullo ubi, & duratione: potuit tamen Chriſti humanitas decerni cum his determinate gratijs aliiſque principiis ad bene operandum, & conſequenter prævideri cum his determinate meritis prius, quàm ei decerneretur ulla ſubſiſtentia in particulari.

Licet creatura cum gratiis conditionate prævisis effectum habituris, non poſſit eſſe, nec operari ſine omni vbi ratione, poteſt tamen ſine hac decerni.

Prob. Antecedens: quia ex communi Theologorum ſententia antiqui PP. per gratias ex Chriſti meritis acceptas, meruerunt, aut ſaltem mereri potuerunt accelerationem Incarnationis, ergo, hæc Chriſti humanitas decreta fuit, aut ſaltem decerni potuit, & conſequenter prævideri cum ſuis meritis, antequam ei decerneretur ulla ubicatio aut duratio in particulari. Similiter poteſt hic numero calor decerni cum hac numero calefactione, adeoque & prævideri abſque ullo ſubjecto in particulari, quamvis non poſſit abſque ſubjecto naturaliter exiſtere aut operari.

115. Eo autem caſu 1. decretum ponendi hanc humanitatem, cum his gratiæ auxiliis, abſtrahendo à qualibet ſubſiſtentia in particulari non compleretur in eſſe liberi per poſitionem ipſius humanitatis; hanc enim non inferret immediatè;

Decretum ponendi humanitatem abſtrahendo à ſubſiſten-

ſed

tia non compleretur in eſſe liberi per humanitatem.

ſed mediante ulteriori decreto ei ſubſiſtentiam particularem determinante; at per poſitionem alicujus termini Deo extrinſeci, in quo ut medio, eſſet volita conformiter dictis par. 1. n. 142. & ſeqq.

Opera humanitatis ſic decretæ ſibi merita fuiſſent valorem infinitum, & præviſa fuiſſent eadem quo ad ſubſtantiam, non quo ad circumſtantias.

2. Opera humanitatis ſic decretæ ac præviſæ certò futuræ, præſcindendo à ſubſiſtentia creata vel increata, ut exiſtentia vi prioris decreti, & ut ſic habentia valorem finitum à gratia ſanctificante, ſibi merita fuiſſent valorem infinitum in poſteriori naturæ habitum, mediante unione eorum intuitu humanitati collata, adeoque eadem merita in eodem inſtanti reali fuiſſent præviſa pro priori naturæ, nempe ut exiſtentia vi prioris decreti, præſcindentis ab unione, finite meritoria & pro poſteriori ut procedentia ab humanitate vi poſterioris decreti ſubſiſtente in Verbo, infinite meritoria.

3. Deus vi iſtius prioris decreti prævidiſſet quidem eadem humanitatis Chriſti merita, quæ de facto futura erant in tempore, quoad ſubſtantiam & principia à quibus per ſe pendent; non tamen eadem quoad circumſtantias cum quibus futura erant in tempore: illa enim prior præviſio abſtraxiſſet ab unione hypoſtatica, à qua in tempore erant de facto infinitum valorem acceptura in quo nihil involvitur abſurdi aut repugnantiæ: uti enim potuit Deus ſub condione certorum auxiliorum illa prævidere ut futura conditionate abſtrahendo à modo aut circumſtantiis ita cum eadem abſtractione potuit illa decernere, ſaltem in medio.

Præviſio humanitatis ſic decretæ ejuſque memeritorum pertinet ad ſcientiam viſionis in alio.

4. Illa humanitas, poſito decreto conditionem purificante, prævideretur ut futura abſolute, cum his meritis abſtrahendo a circumſtantiis concomitanter requiſitis. Iſta autem præviſio non pertineret ad ſcientiam ſimplicis intelligentiæ; quia non abſtraheret à rei exiſtentia; nec ad ſcientiam conditionatam, quia repræſentaret rem ut abſolute futuram; ſed ad ſcientiam viſionis, non rei in ſe, ſeu ut exercite exiſtentis; ſed rei in alio, nempe in Dei decreto, vi cujus, non quidem immediate, ſed mediante ulteriori decreto eſſet infallibiliter exſtituta in certa temporis differentia.

116. Vnde

116. Vnde licet in ea hypotheſi iſta præviſio humanitatem ejuſque merita necdum repræſentet, ut exiſtentia in ſe exercite, ea tamen repræſentat ut certò exiſtentia ſeu exſtitura, & quidem (poſito quod decretum non præſcindat ab ubicatione & duratione determinata: ſed ſolùm à ſubſiſtentia determinata) hoc determinato tempore & loco, quod abunde ſufficit ut iſta merita, poſſint moraliter movere Deum ad certum præmium eorum intuitu decernendum; cum eo ipſo prævideantur moraliter reddítura, aut, (quod in re idem eſt) pro futura temporis differentia reddere ſuum objectum præmio dignum.

Nec obſtat quod non prævideantur in ſe; ſed in alio: hoc enim impertinenter ſe habet in ordine ad movendam voluntatem præmiantis, tanquam meritum certo futurum: cùm juxta varios TT. admittentes poſſibilem eſſe anticipatam meriti futuri præmiationem, non aliter certò prævideri poſſint futura contingentia quàm in Dei decreto. Quod ſufficit ad motionem moralem per modum meriti ad hoc enim impertinenter ſe habet prævideri in ſe vel in alio.

5. Prius decretum humanitatis perſcindens à qualibet ſubſiſtentia in particulari, non eſſet adæquatum, quia humanitatem non decerneret cum omnibus complementis & conditionibus ad ejus exiſtentiam requiſitis; ſed inadæquatum & complendum per ulterius decretum humanitati certam determinans ſubſiſtentiam, aliaſque conditiones, ſine quibus haberi nequit exercita ejus exiſtentia.

§. III.

Merita Vnionis ipſam conſequentia, & merita B. Virginis & antiquorum Patrum reſpectu Incarnationis.

117. CHriſtus ut ſic, potuit per merita unionem conſequentia mereri de condigno ſuæ unionis anticipationem ſeu conceſſionem pro tempore anteriori. Ita Ripal. diſp. 86. ſect. 2. Sequitur ex dictis & prob. quia potuit decerni Chriſtus ut ſic, ſeu ut hac unione hypoſtatica conſtitutus, abſtrahendo à quavis duratione particulari, & ut ſic decretus potuit Chriſtus decretus abſtrahendo à quavis duratione potuit condigne mereri

 præ-

anticipatio nem ſuæ unionis per merita illam conſequentia quo caſu viſio, ut vi decreti præciſivi exſtitura eſſet principium meriti ut anticipate conceſſa, prœmium.

prævideri abſolute futurus cum actibus meritoriis, independentibus à circumſtantia temporis, infinite dignificatis à perſona Verbi, ac proinde ejuſdem ordinis cum unione, per quos moveri potuit Deus, tanquam per meritum condignum ad unionem hypoſtaticam Chriſti humanitati concedendam mille anni citiùs quàm de facto conceſſerit: cum nulla appareat ratio id negandi, ergo &c.

Confir. quia hac ratione principium meriti non caderet ſub meritum; nam principium meriti ut infiniti valoris eſſet unio ut abſolute futura vi decreti omnino gratuiti abſtrahentis à quovis tempore: præmium verò eſſet illa anticipata unionis conceſſio: hoc tamen non eſſet mereri unionem ſimpliciter & quoad ſubſtantiam, ſeu mereri ut abſolute exiſteret, ſed ſolum quoad circumſtantiam anticipationis, ſeu mereri ut vi decreti divini, jam abſolute exiſtens aut exſtitura, citius exiſteret.

Non tamen ut prævifus primum exiſtens ſeu exiſtere incipiens in certo & determinato inſtanti alio. qui eo inſtanti cepiſſet eſſe & non cepiſſet eſſe.

118. Potuit etiam ut exiſtens in certo ac determinato inſtanti abſtrahendo ab eo quod iſtud ſit vel non ſit primum inſtans ejus exiſtentiæ mereri unionem hypoſtaticam pro tempore anteriori. Patet quia potuit ita decerni Chriſti exiſtentia pro aliquo determinato inſtanti, abſtrahendo ab eo quod illud eſſet vel non eſſet primum inſtans ejus exiſtentiæ, & conſequenter potuit Chriſtus prævideri, in illo inſtanti cum meritis, quibus moveri potuit Deus ad unionem hypoſtaticam, illi pro tempore anteriori decernendam, ſic ut principium meriti non caderet ſub meritum, nec aliud ſequeretur incommodum.

119. Non potuit tamen Chriſtus ut prævifus primum exiſtere, ſeu incipere eſſe eo determinato inſtanti, quo de facto conceptus eſt, mereri anticipationem ſuæ unionis; alioqui enim iſto inſtanti cepiſſet eſſe, quia prævifus fuiſſet iſto inſtanti incipere eſſe & non cepiſſet eſſe, quia propter actum meritorium iſto inſtanti elicitum prius incepiſſet eſſe, in quo, ut patet, eſt manifeſta repugnantia, hinc Chriſtus ut prævifus in aliquo determinato inſtanti cum certa ætate; non potuit mereri anticipationem ſuæ exiſtentiæ.

120. Chri-

120. Chriſtus ut in ſtatu conditionato prævifus bene operans, non potuit de potentia abſoluta proprie mereri ſuam unionem hypoſtaticam in ſtatu abſoluto. Ita Ripal. & alii communiſſime contra ConinK. Prob. 1. quia licet exiſtentia conditionata ſufficiat ad hoc ut quidpiam habeat rationem cauſæ finalis; non tamen ſufficit ad hoc ut habeat rationem cauſæ meritoriæ, quæ à D.Th.q.29 de verit. a.6. O & Trid. ſeſſ.6.c 7. reducitur ad cauſam efficientem, ad quam proinde requiritur abſoluta exiſtentia pro aliqua temporis differentia, vel in ſe, vel, quod in ordine ad motionem voluntatis æquivalet, in præſcientia præmiantis: alioqui enim poſſet quis re ipſa abſolute conſtitui dignus laude aut vituperio, aut ſupplicio, per opera bona vel mala, quæ nunquam faciet, ſed faceret ſi in certis circumſtantiis poneretur, quod tanquam abſurdiſſimum reiiciunt Aug. Proſp. Fulg & alii contra ſemipelagianos.

Chriſtus ut prævifus in ſtatu conditionato non potuit mereri ſuam unionem in ſtatu abſoluto, quia exiſtentia conditionata ſufficit ad rationem cauſæ finalis non ad rationem cauſæ meritoriæ

2. Quia hoc repugnat rationi meriti, quod (juxta Aug. & alios PP, ac TT. uno ore docentes prædeſtinationem ad gratiam ſaltem primam non fieri ex meritis) debet movere quia eſt, non ut fit: alioqui enim prædeſtinatio ad gratiam eſſet ex meritis, cùm conſtet dari propter bona opera ut ſint.

121. Dices merita in ſtatu conditionato prævifa ſunt priora unione in ſtatu abſoluto, ergo potuerunt movere Deum ad illam Chriſto decernendam ſub obligatione ponendi abſolute merita, quæ erant conditionate prævifa; R. hoc non eſſe movere per modum meriti, ſeu quia eſt, ſed per modum cauſæ finalis, ſive ut ſit.

Deinde dare unionem ſub obligatione meritorum abſolute ponendorum, non eſt remunerari merita jus ad præmium merenti tribuentia; ſed inire contractum *do ut facias*.

122. Hinc meritum non recte à quibuſdam recentioribus dividitur, in remunerandum, quod movet quia eſt, ſaltem objective in præſentia præmiantis, certò ſcientis illud aliquando abſolute futurum, & in compenſativum, ſeu per modum ſolutionis, quod eſt opus bonum ab eo, qui beneficium accepit

Meritum non recte dividitur in remunerandum & compenſativum, cum ſoli remunerando

conveniant proprietates & ratio meriti proprie dicti quæ ſunt a datio. ne tollere rationem gratiæ, eſſe objectum juſtitiæ remunerative obligantis præmiantem&c.

poſitum in recognitionem beneficii antecedenter dati, ſive ſub onere talis operis ponendi, & ſolùm movet ut ſit inſtar cauſæ finalis, ſive ſolum ut eſt in ſpe; & probabiliter futurum per anticipationem præmii: cùm enim proprietates veri meriti, quales ſunt tollere à datione præmii rationem gratiæ, eſſe objectum juſtitiæ remunerativæ, inducere in præmiante obligationem juſtitiæ, ſaltem late &c. ſoli merito remunerando conveniant; non verò compenſativo, quod non inducit obligationem in præmiante; ſed contra in merente anticipate præmiato, ſupponit obligationem ponendi actum meritorium, cui per talem actum ſatisfit, ſoli merito remunerando, non verò compenſativo convenit ratio meriti proprie dicti.

Non potuit Chriſtus mereri ſuam unionem quoad ſubſtantiam & primum eſſe per opera illam conſequentia, quibus ex Aug. repugnat ratio veri meriti quod abſolute negat potuiſſe convenire, Chriſto reſpectu unionis.

123. Non potuit Chriſtus, ut ſic, etiam de potentia abſoluta, mereri ſuam unionem quoad ſubſtantiam, & primum ejus eſſe, per opera illam ordine naturæ conſequentia. Ita S. Thom. Vaſq. Lug. & cæteri communiſſime contra Suar. Perez, Martinon.

Prob. authoritate Aug. ſup. cit. ac præſertim l. 1. de prædeſt SS. c. 15. ubi ait: *eſt etiam præclariſſimum lumen prædeſtinationis, & gratiæ, ipſe Salvator Chriſtus Ieſus: qui ut hoc eſſet, quibus tandem ſuis vel operum vel fidei præcedentibus meritis natura humana quæ in illo eſt, comparavit*. Quibus verbis, & ſimillibus ſup. omne omninò meritum adeoque etiam ſubſequens excludit à Chriſto, reſpectu ſuæ unionis; non alio argumento, quàm quod putaverit eſſe impoſſibile: cum ad id probandum nulla proferat Scripturarum aut PP. teſtimonia, ſed ex eo tanquam indubitato probet, eſſe impoſſibile, ut prima gratia cadat ſub meritum.

Nec refert quod dicat *quibus præcedentibus meritis*: inde enim non ſequitur quòd non excludat meritum conſequens, ſed quod nullum agnoſcat meritum niſi præcedens ſuum præmium, ſaltem ordine naturæ.

Ratio eſt 1. quod alio-

2. Ratione, quia principium meriti non poteſt cadere ſub meritum; atqui unio hypoſtatica in Chriſto

Chriſto eſt principium meriti cum per illam à perſona Chriſti accipiat infinitum valorem, & condignitatem ad præmium, de quo hic, ergo &c.

qui principium meriti caderet ſub meritum quod cenſent impoſſibile PP. & DD. cum S. Th. docentes contra Pelag. non poſſe gratiam cadere ſub meritum.

Prob. major in qua eſt tota difficultas 1. authoritate Auguſt. Proſp. Hilar. & aliorum PP. ac CC. contra Pelag. docentium primam gratiam non cadere ſub meritum eo quod omne meritum præcedat tanquam ejus principium. 2. authoritate TT. fere omnium, hoc ſupponentium tanquam principium indubitatum, ac præſertim D. Th. 1. 2. q. 114. a. 5. ad 3. hic q. 2. a. 11. O. ubi ait: *& ideo omnis operatio illius hominis* (ſc. Chriſti) *ſubſecuta eſt unionem, ergo nulla ejus operatio potuit eſſe meritum unionis*. Et q. 29. de verit. a. 6. ubi noſtram concluſionem, & hanc ejus probationem ita ponit: *quamvis quidam dicant quod aliquis poteſt mereri id, quod jam habet, ſicut dicunt de Angelis, quod beatitudinem, quam ſimul cum gratia acceperunt, meruerunt per opera ſequentia, quæ circa nos faciunt. Sed hoc non videtur eſſe verum propter duo. 1. quia contrariatur probationi Auguſtini, per quam contra Pelag. probat gratiam ſub merito cadere non poſſe; quia ante gratiam nulla ſunt merita. 2. quia eſt contra rationem meriti, nam meritum eſt cauſa præmii; non quidem per modum finalis cauſæ; ſic enim magis ſecundum reductionem ad cauſam efficientem, in quantum meritum facit dignum præmio, & per hoc ad præmium diſponit: id autem quod eſt cauſa per modum efficientis, nullo modo poteſt eſſe poſterius tempore eo, cujus eſt cauſa, unde non poteſt eſſe quod aliquis mereatur quod jam habet.*

124. Prob. 3. eadem major, & ſimul magis explicatur ratio S. Th. jam allata; quia alioqui unio quatenus principium meriti; eſſet realiter prior ſe ipſa quatenus eſt præmium ſecundum eandem exiſtentiam abſolutam; quia cùm meritum, cauſet quia eſt, aut cognoſcitur abſolute futurum, eſt ſecundum abſolutam exiſtentiam prius natura præmio & conſequēter etiam principium meriti eſt ſimiliter prius præmio, cum non poſſit meritum intelligi eſſe, aut futurum niſi prius intelligatur eſſe ejus principium præſertim formaliter & per ſe conſtituens meritum

1. Quia alioqui unio eſſet realiter prior ſe ipſa ſecundum idem eſſe abſolutum.

in eſſe meriti, ut facit unio reſpectu meriti de condigno in caſu noſtræ concluſionis.

3. Meritum condignum mereretur ſe ipſum ut condignum quia meretur unionem à qua habet rationem condigni.

Confirm. ſi ulla potentia principium meriti poſſet cadere ſub meritum, idem meritum condignum poſſet mereri ſe ipſum, ſub formali ratione meriti condigni tanquam præmium, nam in noſtro caſu meritum Chriſti ut condignum, mereretur ſuum valorem, & condignitatem: quia ut condignum mereretur unionem à qua habet valorem & rationem condigni, quod præter prioritatem & poſteritatem reſpectu ejuſdem; ſpecialem dicit repugnantiam non ratione meriti & premii, quæ (ut patebit ex dicendis) debent diſtingui à ſe mutuo realiter adæquate.

Chriſtus ut prædeſtinatus non potuit ſibi mereri unionem hypoſtaticam in executione quia meritum non poteſt compenſari per ſeipſum aut per aliquid ſibi inſeparabiliter annexum, alioqui merens non eſſet ditior cum præmio quam ſine illo, quod repugnat rationi præmii.

125. Dices cum Suar. licet principium meriti non poſſit cadere ſub meritum ſub ea ratione, ſub qua eſt principium meriti, quod ſolùm efficiunt rationes allatæ, poteſt tamen ſub alia ratione, ſub qua non eſt principium meriti; atqui hoc ſufficit ut Chriſtus potuerit mereri unionem per opera eam ſubſequentia: ergo &c. Prob. major, quia potuit unio hypoſtatica (ſeu Chriſtus) duplici decreto decerni: uno prædeſtinante, altero exequente; ergo potuit unio, ut priori decreto prædeſtinata, eſſe principium meriti, & ſub ea ratione non cadere, nec poſſe cadere ſub meritum, & tamen in poſteriori decreto executioni mandanda eſſe præmium & cadere ſub meritum prævisum ut exiſtens, & ut dignificatum per unionem, in decreto illam prædeſtinante.

R. N. màj. ad probationem N. ſequel. quia, præmium ex conceptu ſuo debet eſſe aliquid adæquate diſtinctum, & realiter ſeparabile à meritò cùm meritum non poſſit compenſari per ſeipſum aut per aliquid ſibi omnino inſeparabiliter annexum: alioqui enim merens præmiatus non plus haberet cum ſuo præmio, quam cum ſolo merito, quod rationi & fini præmii repugnat: præmium enim ex hoc fine ordinatur ad remunerationem per aliquod donum merito ſuperadditum; unde ex ſua ratione ſpeciali debet eſſe liberale munus præmiantis,

is, quo præmiatus, fiat formaliter ditior quàm eſſet cum haberet ſolum meritum: atqui unio hypoſtatica eſt aliquid formaliter aut præſuppoſitive ita incluſum in merito Chriſti qua tali, ut ab eo per nullam potentiam ſeparari aut præſcindi poſſit, ſive in executione ſive in prædeſtinatione, ergo non poteſt eſſe ejus præmium.

126. Probabilius quidem eſt, quod dicunt Perez, Martinon, & alii nempe unionem potuiſſe decerni, per duo decreta totalia ob duo diverſa motiva, quorum primum fuerit propter ſolam myſterii excellentiam independenter à meritis Chriſti, ſecundum propter merita vi prioris decreti præviſa, atque ita unionem ut ſubſtantem priori decreto potuiſſe eſſe principium meriti, præmium verò prout ſubſtantem poſteriori.

Nec proprie illam mereri potuiſſet quamvis eſſet decreta dupliciotali, quia præmiatus non plus haberet cum præmio quam cum ſolo merito.

Non tamen omninò ſatisfacit: contra eſt enim 1. quod præmiatus nihil plus, aut fere nihil plus haberet cùm præmio, quam cum ſolo merito, adeoque ſecundum decretum eſſet remunerativum ut ſupponitur, & non eſſet, quia nihil conferret ultra meritum: 2. quod hac ratione omnia bona opera juſtorum, poſſent compenſari per ſeipſa ut ſecundo decreto volita, & conſequenter quod prima gratia ut ſecundum decreto volito poſſet cadere ſub meritum cujus ipſa eſt principium: 3. quod illud ſecundum decretum utpote executivum complendum eſſet per unionis productionem, non per primam, quia illam præſupponeret, ergo per ſecundam; & conſequenter non tam unio eſſet præmium quàm ejus reproductio, ac proinde Chriſtus hoc modo non mereretur ſuam unionem ſimpliciter; ſed ſolum ſecundum quid, ut fatetur Martinon.

227. Dices 1. finis poteſt eſſe cauſa & effectus ſui medii, ergo etiam meritum poteſt eſſe cauſa & effectus ſui principii efficientis ac formaliter dignificantis, ſimul habentis rationem præmii.

Finis poteſt eſſe cauſa & effectus ſui medii; non tamen meritum cauſa & effectus ſui præmii: quia

R. N. ſequel. quia licet finis & meritum in hoc conveniant, quod ut cauſent, non debeant actualiter exiſtere à parte rei dum cauſant, ſed

Digitized by Google

meritum non cauſat ut ſit ſicut finis: ſed quia eſt.

ſolum objectivè in mente, cùm hoc ſufficiat, ut media ſui apprehenſione moveant voluntatem agentis propter finem ad ponenda media, & præmiantis ad dandum præmia: in modo tamen cauſandi valde diſcrepant, cum finis non cauſet quia eſt, ſed ut ſit; ac proinde non cauſet per ſuam exiſtentiam actualem, aut cognitam ut abſolute futuram in aliqua temporis differentia; ſed ſolum per ſuum eſſe apprehenſum ut bonum, & poſſibile, & conſequenter reſpectu ejuſdem medii non ſit cauſans, & cauſatum ſecundum idem eſſe, ſed ſecundum diverſa, nempe cauſans ſecundum eſſe objectivum in mente, cauſatum ſecundum eſſe actuale à parte rei, in quo nulla eſt difficultas.

Vnde ſi illud cauſaret ſecundum idem eſſe actuale foret prius & poſterius exiſtentia ſui principii.

At verò meritum cauſet quia eſt, aut cognoſcitur abſolute futurum in aliqua temporis differentia, ſive ſic ut moveat præmiantem ad dandam exiſtentiam non ipſi merito per præmium, ſed præmio propter præcognitam meriti exiſtentiam in aliqua temporis differentia, unde ſi cauſaret principium à quo procedit in genere cauſæ efficientis aut formalis ſeu dignificantis, cujus exiſtentiam actualem neceſſariò præſupponit, illud cauſaret per ſuum eſſe actuale in aliquâ temporis differentia, adeoque cauſaret id à quo ut præexiſtente accipit idem eſſe actuale in iſta temporis differentia, ac proinde ſecundum idem eſſe actuale foret prius & poſterius exiſtentia àctuali ſui principii; in quo eſt manifeſta repugnantia.

Non poteſt Rex, ſecluſa revelatione abſolute donare militi equum & arma propter facinus per illa patrandum tamquam propter meritum; quia

128. Dices 2. His caſibus 1. cum Rex ſtrenuo militi dat æquum & arma in præmium facinoris egregij, quod per illa tanquam principia inſtrumentalia patraturus eſt. 2. cum foſſori datur ligo, in præmium foſſionis quam per iſtum ligonem poſiturus eſt. 3. quo venditur vinea pro pretio ex ejus fructibus colligendo, principium meriti cadit ſub meritum, verbi gratia, ligo ſub meritum foſſionis, cujus principium: ergo etiam unio hypoſtatica potuit cadere ſub Chriſti merita. R. 1. iſtud argumentum nimium probare; cum enim in iſtis caſibus nihil fiat contra legem ordinariam: nec ſit ulla diver-

diverſitas decretorum, ſequeretur etiam connaturaliter, & de lege ordinaria poſſe principium meriti cadere ſub meritum adeoque hominem poſſe mereri, imo de facto mereri primam gratiam, ſuum primum eſſe, item Chriſtum ſuam unionem hypoſtaticam, etiam quoad primam prædeſtinationem, & ſimilia, quæ nullus adverſariorum admiſerit.

R. 2. n. aſ. & dico caſibus allatis, idem non eſſe præmium & principium meriti, vel quaſi meriti: quod in caſu primo ſic declaro: vel enim Rex dat abſolute militi equum & arma vel ſolum conditionate; ſi abſolute, certum eſt quod non det illa tanquam præmium propter facinus patrandum, ut meritum, ſed tanquam medium propter facinus ut finem obtinendum: cùm enim Rex neſciat utrum de facto à milite iſtis armis ſit patrandum facinus, non poteſt moveri ab eo ut merito, quod ex eſſentia ſua movet ut in aliqua temporis differentia exiſtens, ſuumque ſubjectum re ipſa reddens dignum præmio; ſed ſolum tanquam à fine movente ut poſſibili, & ut per tale medium probabiliter futuro, ſi ſolùm conditionatè, nempe ſi per illa patretur egregium facinus: tunc manifeſtum eſt principium meriti non eſſe ejus præmium, cùm principium meriti in iſto caſu ſit uſus equi & armorum, vel gratis conceſſus propter obſequium ſperatum ut finem, vel titulo oneroſo cauſante obligationem ijs utendi ad præſtandum facinus heroicum; præmium verò ſit abſolutum dominium equi & armorum, quod ſolum finaliter, nullo modo meritorie, poteſt concurrere ad poſitionem egregij facinoris, quandoquidem illam abſolute præſupponat, tanquam id à quo ut conditione prius purificanda dependet abſoluta dominii translatio à Rege facta militi.

Cum Rex neſciat utrum de facto à milite iſtis armis ſit patrandum facinus; non poteſt moveri ab eo ut merito eſſentialiter movente quia eſt; poteſt tamen tanquam propter finem de ſe cauſantem ut ſit, non quia eſt.

Hujuſmodi tamen donatio conditionata locum habere non potuit in unione hypoſtatica, cum enim eo ipſo quo producitur, ſtatim ſit abſolute ejus in quo recipitur, tanquam intrinſecum illius conſtitutivum in ſuo eſſe perſonali, non potuit dari conditionatè ſuſpendendo ejus dominium, phyſicæ illius haben-

Poteſt Rex donare & equum & arma in præmium facinoris per illa patrandi poſito quod

facta ſit abſoluta revelatio facinoris abſolute futuri independenter ab illa donatione.

habentiæ realiter identificatum, donec poſitus eſſet actus præmio dignus, ut ſuſpendi poteſt dominium equi in noſtro caſu.

129. Quod ſi eo caſu Regi facta eſſet revelatio de futuro militis merito omnino abſoluta, & innixa cognitione intuitiva facinoris heroici poſſet in præmium iſtius facinoris jam præexiſtentis in præſcientia Regis ut certò futuri, anticipate dari dominium equi & armorum, ſed in illa hypotheſi illud dominium, nullo modo eſſet principium iſtius facinoris, quippe quod æque patrari poſſet, quamvis equus eſſet commodatitius aut furtivus.

Idem dicendum eſt de uſu ſumpto pro jure utendi, quia æque patrari poſſet facinus, quamvis miles abſque ullo jure, illicite uteretur equo, invito ejus domino; quod verò attinet ad uſum tacti non datur militi, ſed ipſemet ex ſe illum ponit, quatenus equum applicat ad opus V. Raynaud. l. 3. ſect. 2. c. 2.

Si ſolum facta eſſet revelatio conditionata de facinore patrando, ſi arma abſolute donentur, poſſet dominium armorum concedi propter facinus ut finem, non ut præmium.

Si autem ſolùm facta eſſet revelatio conditionata, innixa ſcientia conditionata de heroico facinore a milite patrando, ſi illi equus & arma abſolute donentur: poſſet dominium equi & armorum concedi propter facinus patrandum ut finem, non tamen tanquam præmium propter meritum: cùm ut patet ex dictis ſup. nu. 126. facinus egregium præciſe cognitum ut conditionate futurum non poſſit habere rationem meriti proprie dicti, ſuum ſubjectum abſolute reddentis dignum præmio eique ad illud jus abſolutum tribuentis: ſicut enim demerita conditionate futura hominem non reddunt nec reddere poſſunt hic & nunc abſolute dignum vituperio & pœna; alioqui enim poſſet homo juſte puniri propter peccata quæ nunquam faciet, ſed faceret ſi in certis poneretur circumſtantiis; ſimiliter nec merita conditionate futura &c.

Quia opus bonum aut malum ſolum conditionate fu-

130. Quæ dicta ſunt ad hunc primum caſum applicari debent ad duos alios num. præced. & ſimiles caſus, qui hic poſſent opponi: ſpecialiter tamen dici poteſt in ſecundo caſu abſolute conferri dominium ligonis per modum anticipatæ ſolutionis

nis

Digitized by Google

nis pro futura opera, ad quam foſſor ſe obligat per contractum, *do ut facias*: quæ opera non habent rationem meriti, ſuum ſubjectum reddentis dignum præmio, & præmiantem, ſuppoſita promiſſione præmii, obligantis ad præmiandum, ſed potius finis obtinendi, per uſum ligonis, ſeu præſtationis rei, cum qua ligonis dominium permutatur, aut rei antecedenter debitæ ratione ligonis habentis rationem pretii pro futura opera anticipate ſoluti; nullo modo meriti ſubjectum abſolute reddentis dignum præmio, & ad illud dandum præmiantem obligantis.

turum non poteſt ſuum ſubjectum reddere abſolute dignum laude aut vituperio.

Potuit quidem unio hypoſtatica conferri ſub onere boni operis ponendi, verum iſtud opus ex obligatione ponendum nullo modo fuiſſet meritum, ſed modus donationi adjectus.

131. Pro ſolutione variorum quæ hic poſſent opponi obſervanda ſunt ſequentia. 1. meritum eſt actio ut honeſta & laude digna; adeoque eſt formaliter valor præmii. Rès pretio æſtimabilis eſt omne id quod eſt utile ad uſus humanos qua tale 2. præmium & pretium differunt in eo quod præmium proprie. ſit id quo compenſatur valor actionis quatenus eſt honeſta, & laude digna, adeoque primum propriè ſit laus & gloria, ſeu res aliquid gloriæ & laudis continens; pretium verò ſit id quo compenſatur valor rei vel actionis in ordine ad vitæ humanæ commoda. Vnde patet cur non poſſit dari præmium pro actione necdum exiſtente abſolute; ſaltem in prævisione præmiantis; quia quamdiu non intelligitur re ipſa exiſtere pro aliqua temporis differentia, ſuum principium ſeu objectum necdum reddit laude dignum; nullus enim poteſt eſſe dignus laude aut vituperio propter actionem honeſtam aut turpem ſolùm probabiliter aut conditionatè futuram; ac proinde necdum eſt proprie meritum; poſſit tamen dari prætium pro re vel actione utili ſolùm in ſpe aut probabiliter futura, quia licet actio in ſpe non poſſit habere valorem præmii, cùm non poſſit ſuum prin-

Meritum eſt actio honeſta habens valorem præmii. Præmium eſt id quo compenſatur valor præmii. Pretium eſt id, quo compenſatur valor rei ad vitæ humanæ commoda.

principium de facto reddere laude dignum ; poteſt tamen habere valorem pretii, ſeu æſtimabilitatem in ordine ad commercia humana, quæ (ut patet in jactu retis ſolùm utili in ſe) poſſit eſſe materia contractus & permutationis.

132. Hinc 1. non repugnat eſſentiæ lucri habere rationem ſolutionis pro anticipato lucri pretio, non eſt enim de natura lucri obligare eum à quo operans aliquid lucratur, ſed vel eum obligare, vel ipſum operantem liberare obligatione, quam antea contraxerat accipiendo anticipatum lucri pretium, quod ſimul eſſet lucri comprincipium. 2 Repugnat eſſentiæ meriti habere rationem ſolutionis pro præmio anticipato ; quia meritum ex eſſentia ſua eſt actio honeſta laude digna præmiantem obligans ad recompenſationem, hanc enim ſolam rationem meriti agnoverunt Aug. Hil. & alii PP. unanimiter docentes primam gratiam non poſſe cadere ſub meritum.

B. Virgo & antiqui PP. non potuerunt mereri de condigno incarnationem quoad ſubſtantiam.

133. B. Virgo & antiqui PP non meruerunt nec mereri potuerunt de condigno incarnationem quoad ſubſtantiam : quia nullum meritum puræ creaturæ poteſt eſſe proportionatum tanto præmio quod eſt ſupremi ordinis & valoris.

Neque illam meruerunt aut mereri potuerunt de congruo, poſito quod omnem gratiam ad merendum neceſſariam acceperint ex Chriſti meritis ; quia in illa hypotheſi Incarnatio fuit illis principium omnis meriti, & tam repugnat principium meriti cadere ſub meritum de congruo, quàm de condigno, quandoquidem etiam meritum congruum moveat præmiantem quia eſt.

Potuerunt de congruo per gratias independenter à Chriſti meriti acceptas.

134. Potuiſſent illam mereri de congruo ſi gratiam accepiſſent independenter à meritis Chriſti ; tunc enim principium meriti quo illam meruiſſent, non cediſſet ſub meritum, & opera facta ex gratia cùm ſint ejuſdem ordinis ſupernaturalis cùm unione hypoſtatica, licet ab ea infinite diſtent, quoad dignitatem, ei ſunt ſufficienter proportionata, ut poſſint eſſe illius meritoria de congruo.

Cùm

Cùm S. Th. hic q. 2. a. 11. O, ait: *Ex congruo tamen meruerunt SS. PP. Incarnationem deſiderando & petendo &c.* intelligendus eſt de merito in actu 1. id eſt de actibus aliquo modo aptis ad impetrandam Incarnationem ſi antecedenter decreta non fuiſſet, vel de Incarnatione quoad circumſtantias, vel de merito congruo improprie accepto, pro quadam convenienti diſpoſitione ad Chriſtum antecedenter decretum debite recipiendum: quo ſenſu ibid. ad 3. explicat meritum congruum B. Virginis in hac materia.

S. Th. ſolum vult quod eam meruerint in actu 1. vel quoad circumſtantias.

135. Quamvis ex probabili multorum ſententia B. Virgo meruerit eſſe mater Chriſti, & conſequenter illum producere, non ideo tamen meruit Incarnationem quoad ſubſtantiam, quia ſuo merito Deum non movit ut Chriſtum decerneret ſimpliciter, ſed ſolùm ex hypotheſi quod vi decreti prioris mere gratuiti eſſet abſolute futurus, movit ut decerneret ejus productionem hoc modo, nempe per hanc matrêm &c. quod eſt tantum mereri modum Incarnationis non ejus ſubſtantiam.

Licet B. V. meruerit producere Chriſtum, non meruit ſubſtantiam incarnationis; quia primum ejus producendi decretum.

Dices: ponere phyſice actionem rei productivam eſt phyſice ponere ſubſtantiam rei productæ: ergo ponere moraliter & meritorie rei productionem eſt moraliter ponere rei ſubſtantiam; R. N. ſeql. diſparitas eſt quod phyſica poſitio actionis ſit formaliter poſitio ſubſtantiæ rei, cùm actio ſit id quo formaliter agens conſtituitur in eſſe ponentis rei ſubſtantiam: at vero motio meritoria ad productionem non ſit formaliter motio meritoria ad rei ſubſtantiam, cum fieri poſſit ut rei ſubſtantia ſit antecedenter ex alio motivo abſolute decreta.

136. Triplices ſunt Incarnationis circumſtantiæ de quibus quæri poteſt utrum ceciderint ſub meritum; quædam enim ſunt intrinſecæ Chriſto aut ejus meritò quales ſunt, quæ per ſe aut connaturaliter requiruntur ad ejus dignitatem aut merita, ut quod fuerit liber, paſſibilis, & præſtantiſſimis corporis & animi dotibus exornatus: quædam

Circumſtantiæ incarnationis aliæ ſunt intrinſecæ; aliæ extrinſecæ.

dam extrinſecæ, quarum aliæ habent ſe antecedenter ad Incarnationem, ſic ut hæc in ſua actuali exiſtentia ab illis, tanquam à cauſa vel conditione aliquo modo dependeat, quales ſunt progenitores, & eorum actio generativa, diſpoſitiones, & cæteræ conditiones natura priores animatione corporis Chriſti; aliæ habent ſe concomitanter aut conſequenter ut revelatio futuræ Incarnationis facta Prophetis, illius productio &c.

Antiqui PP. potuerunt mereri circumſtantias incarnationis extrinſecas, non de condigno, ſed de congruo, etiam per gratias ex Chriſti meritis acceptas.

137. Antiqui PP. non meruerunt, nec de lege ordinaria mereri potuerunt ullas Incarnationis circumſtantias de condigno, quia meritum puræ creaturæ ex naturâ rei & de lege ordinaria ſolum ordinatur ad merentis gloriam, & augmentum gratiæ tanquam ad præmium adæquatum, cùm Deus nuſpiam hominum meritis aliud præmium propoſuerit aut promiſerit.

Neque meruerunt, nec per gratias ex Chriſti meritis acceptas potuerunt, ſaltem connaturaliter mereri etiam de congruo circumſtantias Incarnationi intrinſecas; quia eo ipſo quo intrinſece decretæ fuerunt, vel, ſaltem connaturaliter, decerni debuerunt eodem actu & in eodem ſigno quo antecedenter ad omne meritum in remedium peccati, & tanquam primum omnis meriti principium, decreta fuit Incarnatio.

138. Certum eſt eos mereri potuiſſe de congruo certas circumſtantias extrinſecas conſequentes, aut concomitantes: inde enim non ſequeretur principium meriti cadere ſub meritum, nec aliud incommodum.

Potuerunt etiam mereri circumſtantias extrinſecas habentes ſe antecedenter ita Suar. Vaſq. Lug. & alii communiſſime. Ratio eſt, quod, ut patet ex dictis ſup. n. 110. & ſeqq. potuerunt Incarnatio decerni, cùm ea præciſione ab iſtis circumſtantiis, ut PP. eas potuerint mereri, etiam per gratias à Chriſto acceptas, ſic ut principium meriti non caderet ſub meritum.

139. Probabilis eſt, imo ſecluſa authoritate, probabilior ſententia, quam tenent Lorca, Sylvius, & alii

aliî, negans PP. antiquos de facto meruiſſe aliquas Incarnationis circumſtantias ad eam antecedenter ſe habentes, ut eſſe Chriſti progenitores.

Affirmans tamen, ob PP. & DD. authoritatem, apud Suar. Vaſquez, & alios, hoc meritum antiquis PP. communiſſime tribuentium eſt abſolute præferenda.

140. Prob. 1. pars, quia ut pat. ex dictis nu. 136 & ſeqq. non potuerunt iſtas circumſtantias mereri, niſi ſuppoſito decreto Incarnationis præciſivo aut aliquo ſimili intellectu difficili, & minus connaturali, quod (cùm Deus de lege ordinaria in rebus decernendis ac creandis procedat modo maxime connaturali) ſupponi non debet ſine urgenti neceſſitate, qualis hic nulla eſt, quandoquidem loca PP. contrarium ſuadentia facile explicari poſſint conformiter D. Th. hic q. 2. a. 11. ad 3. & de merito impropriè accepto, vel pro congruenti diſpoſitione ad recipiendum iſtud beneficium ipſis ex gratuita liberalitate decretum, vel pro felici conſecutione iſtius gratiæ ipſis indebitæ, quo ſenſu dicitur ab Eccleſia: *Fœlix culpa, quæ talem meruit, habere redemptorem.*

141. Et ad loca Script. quibus Abrahæ in præmium obedientiæ Gen. 22. & Davidi in præmium piæ voluntatis ædificandi templum Domino 2. Reg. 7 videtur promitti Chriſtus ex eorum ſtirpe, rectè reſpondetur à Sylvio & aliis iſtis verbis ſolùm ſignificari, quod Deus promiſſiones antecedenter gratuito factas propter eorum obedientiam & pietatem iteraverit, & juramento confirmarit.

Similiter ad illud Daniel. 9. *ſeptuaginta hebdomadæ abbreviatæ ſunt &c.* dici poteſt Incarnationis accelerationem, non promitti Danieli in præmium precum ejus, ac deſideriorum; ſed ſolùm de ea brevi futura fieri relationem: neque enim illud *abbreviatæ* ſignificat tempus eſſe contractum: ſed, ut ex Hebræo colligunt interpretes, tempus eſſe definitum & brevi futurum.

142. Prob. etiam 2. pars; quia loca Scripturæ jam expli-

Imò de facto aliquas meruiſſe ſuadet PP. ac DD. authoritas.

Licet oppoſitum attentas ſola ratione ſit valde probabile, & Scripturæ ac PP. contrarium ſuadentes ſatis commode poſſint explicari vel de merito impropriè accepto vel pro congruenti diſpoſitione ad iſtud beneficium ipſis gratis decretum, vel pro fœlici conſecutione iſtius gratiæ juxta illud fœlix culpa, &c.

explicata affirmanti valde favent, & paſſim ita intelliguntur a PP. ac TT. ut iis doceant ſignificari Abrahamum & Davidem meruiſſe, ut Chriſtus ex eorum ſtirpe naſceretur, Danielem verò meruiſſe ejus accelerationem: cùm ergo in decidendis quæſtionibus Theologicis PP. ac DD. authoritati plus tribuendum ſit, quàm rationi, quando (ut hic contingit) contrarium evidenter non demonſtrat, affirmans eſt abſolute tenenda.

B. V. non potuit mereri auxilium gratiæ & alia ſui meriti principia abſolute prima, etiam in Dei prævisione: potuit tamen mereri auxilium gratiæ & rationis uſum 1. inſtanti conceptionis acceptum per merita tempore conſequentia item immaculatam conceptionem.

143. B. V. non potuit ulla ratione mereri auxilium gratiæ actualis abſolute primum, etiam in Dei prævisione, uti nec primum ſuum eſſe, primum uſum rationis & ſimilia, quibus 1. inſtanti ſuæ conceptionis elicuit primum actum meritorium; quo ſe diſpoſuit ad maternitatem Chriſti, alioqui enim iſte actus meruiſſet ſua principia.

Non apparet tamen cur de potentia Dei abſoluta non potuerit mereri auxilium gratiæ, & rationis uſum primo inſtanti conceptionis acceptum per merita tempore conſequentia, elicita per gratias independentes à donis iſto primo inſtanti collatis: quæ proinde merita fuiſſent quidem illis donis tempore poſteriora, priora tamen natura & in prævisione divina; quod ſufficit ad rationem meriti proprie dicti ut patet ex dictis n. 112. & ſeqq.

144. Potuit mereri totam ſanctitatem habitualem, & cætera dona ſupernaturalia accepta poſt primam gratiam, quibus decenter diſpoſita fuit ut eſſet mater Dei imo etiam immunitatem ab omni labe originali, quia iſta non fuerunt principium ejus meriti, ac proinde potuerunt eſſe illius præmium.

Probatur ſpecialiter de immunitate a labe originis, quia potuit 1. inſtanti ſuæ animationis elicere actum amoris Dei ſuper omnia, ergo mereri, ſaltem de congruo, gratiam ſanctificantem originalis impeditivam.

Confirm. quia licet conceptio B. Virginis ſumpta materialiter, ſit (ſaltem connaturaliter) neceſſariò prior natura omni ejus operatione & merito, formaliter tamen ut immaculata, potuit eſſe natura poſterior aliquo ejus actu meritorio.

145 Po-

Digitized by Google

145. Potuit B. Virgo de potentia abſoluta, etiam per gratias ex Chriſti meritis acceptas, mereri ejus maternitatem, ſaltem de congruo, nec ſolum quoad executionem, ut vult Suar. ſed etiam quoad electio nem & prædeſtinationem, ut docent Vaſq. Salaz. Lug. Merat. Amic. Iſambert. Ripal. & alii communiſſime contra Lorc. Nazar. & alios cenſentes id repugnare.

Denique etiam per gratias ex Chriſti meritis, ejus maternitatem ſic ut principium meriti non ceciderit ſub meritum

Prob. quia Chriſtus etiam ut conſtans hac numero carne decerni potuit decreto præciſivo, abſtrahendo ab omni concurſu non tantùm hujus aut illius matris in particulari, ſed etiam alicujus in. determinate, & à cæteris circumſtantiis Incarnationi extrinſecis; ſic ut vi talis decreti prævisus ut abſolute futurus & bene operans, potuerit meritorie movere Deum, ad decernendas B. Virgini gratias, quibus mereretur eligi in ejus matrem, qua ratione ut patet, principium meriti non ceci. diſſet ſub meritum; cùm eo caſu principium meriti non fuiſſet Chriſtus, ut ex B. V. naſciturus, quod ſolùm meruiſſet B. Virgo; ſed ut abſolute futurus, abſtrahendo ab omni matre, qualiter non cecidiſſet ſub Virginis meritum.

Prob. antecedens quia Chriſtus ut conſtans hac numero carne non habet neceſſariam connexionem cum materno concurſu B. Virginis aut alterius matris: quandoquidem Chriſtus conſtare potuerit hac numero carne, non deſumpta ex B Virgine, ſed vel ex alia, vel ex nulla matre, ſi nempe res, (quod facile fieri potuit) fuiſſent ita diſpoſitæ, ut ex materia Corporis Chriſti non præextitiſſet in B. Virgine; imò etiam conſtare potuerit hac carne deſumpta ex B. Virgine; ſed abſque ullo ejus concurſu materno; ſi nempe Deus ſe ſolo ex eadem Virginis ſubſtantia Chriſto formaſſet hoc numero corpus, ut Evæ formavit ex coſta Adami: atqui res quælibet decerni poteſt ſine iis cum quibus non habet neceſſariam connexionem: ergo &c.

Potuit enim Chriſtus, etiàm ut conſtant eas numero carne abſolutè decerni decreto præſcinden. te à qualibet matre, & productione in particulari & ut in tali decreto prævisus,

146. Potuit itaque Chriſtus, ut conſtans hac numero carne, præciſive decerni abſtrahendo ab omni productione in particulari, non quidem, (poſito

quod volitiones Dei liberæ compleantur per terminum Deo extrinſecum) in ſe, ſeu decreto ad ipſum, ejuſve productionem immediate terminato; tale enim inferret immediate Chriſti exiſtentiam hac numero productione ab hoc principio determinate, ſed in aliquo medio, v. g. in promiſſione aut revelatione de Chriſto futuro, aut alio ejuſmodi ſigno.

Iſtud autem decretum eſſet efficax exiſtentiæ Chriſti, quandoquidem vi illius Chriſtus eſſet abſolute futurus, adeoque tranſiret à ſtatu meræ poſſibilitatis ad ſtatum abſolutæ futuritionis; non tamen immediate, ſed mediante decreto ulteriori executivo, certam ei productionem determinante, quod prius illud præciſivum neceſſariò inferret.

147. In hac hypotheſi Chriſtus reſpectu ejuſdem cauſat & cauſatur ſecundum idem eſſe, non tamen ſecundùm eundem, ſed ſecundùm diverſum ſtatum iſtius ejuſdem eſſe: nam ut vi decreti, præciſivi exiſtens in Dei prævifione meritorie cauſat electionem B. Virginis in ſuam matrem, à qua realiter dependet in executione, ſeu ut exiſtens in ſe exercite, unde ſecundum ſtatum quem habet in divina præviſione, meritorie cauſat ſe ipſum ſecundum ſtatum quem habet à parte rei, per hanc generationem ab hac numero matre, in quo, ut patet nihil eſt repugnantiæ.

148. Non ideo tamen ſimpliciter dicendus eſt mediate cauſare ſe ipſum; quia hoc modo loquendi ſignificaretur, quod mediate ſe ipſum efficeret aut mereretur quoad ſubſtantiam, quod falſum eſt, cùm hac ratione ſolùm mereatur ſe ipſum ſecundùm quid nempe, qua filium B Virginis.

Simpliciter tamen B V. dicenda eſt mater Chriſti, quamvis fuerit quoad ſubſtantiam decretus independenter ab omni concurſu B. Virginis, tùm morali per meritum, tùm phyſico per generationem: illa enim eſt vera mater, quæ per veram generationem prolem cauſat in eſſe phyſico à parte rei (qualiter Chriſtum cauſavit B. Virgo) licet eam non

cauſet

mereri hanc matrem: decretum autem iſtud præciſivum eſſet efficax exiſtentiæ Chriſti, non quidem immediate, ſed mediante decreto executivo, certam ei productionem determinante, eo caſu Chriſtus cauſaret & cauſaretur ſecundum idem eſſe, ſed ſecundum diverſum ſtatum iſtius ejuſdem eſſe non tamen eſſet cauſa ipſius ſimpliciter ſed ſolum ſecundum quid eſſe: nihilominus B V. Chriſti Mater.

causet quod ad eſſe morale ſeu primum eſſe objectivum in mente prædeſtinantis.

149. In eadem hypotheſi non ſequitur Chriſtum non meruiſſe, quando opera ſua exercite poſuit; licet enim eis præſupponatur decretum eſſe aliquod præmium, priuſquam præviderentur in ſe ipſis: cùm tamen illa exercuit, de facto poſuit opera per quæ in ſtatu præciſionis, à qualibet productione, & matre in particulari, Deum movit, ſaltem mediate, ad hanc ſibi decernendam.

Ea hypotheſi Chriſtus meruiſſet etiam dum opera de facto poſuit, non quidem præmiū ſtatutum meritis in ſtatu præciſionis, ſed alia incarnatione exercita.

Deinde per ipſam realem operum poſitionem, de facto Deum movit, at non ad præmium conſtitutum ejus meritis in ſtatu prævihonis: v.g. ad gratias Virgini dandas pro maternitate promerenda cùm illud præmium prius ſit Chriſto, in ſtatu executionis; ſed ad alia poſteriora Incarnatione exercita & exiſtente in ſe ipſa.

Hinc patet B. Virginem, non accepiſſe gratias ad maternitatem promerendam à Chriſto ut filio ſuo; ſed ut præſcindente ab omni filiatione, à Chriſto tamen ut filio ſuo accepit gratias ad merita, ejus maternitatem, & Chriſti filiationem præſupponentia.

150. Quod paſſim dicitur Chriſti merita non moviſſe Deum, nec fuiſſe acceptata, niſi omnia ſimul per modum unius meriti morte conſummati, verum eſt de motione, & acceptatione, pro totali & completa redemptione mundi, non pro quolibet præmio in particulari, ut pro electione B. Virginis in Matrem, cùm inter Chriſti merita varia ſint eſſentialiter præſupponentia, maternitatem B. Virginis, ut actus obedientiæ ipſi Virgini præſtitæ; quæ proinde non potuerunt movere Deum, ad dandas Virgini gratias pro illa maternitate promerenda.

151. In hac hypotheſi omne meritum B. Virginis fuit poſterius ejus electione virtuali & inefficaci in matrem Chriſti cum ſit poſterius actu, quo Deus ex affectu ſimplici, & inefficaci, B. Virginem eligendi in matrem Chriſti, eas gratias illi decrevit quibus fuerat conditionate prævifa hanc matris dignitatem promeritura: non tamen

Omne meritum B. V. fuit poſterius virtuali ejus electione in Matrem Dei, non formali.

poſterius electione formali ad maternitatem Chriſti; cùm hæc ſupponatur facta ex prævio B. Virginis merito.

152. Ex eo autem quòd Chriſtus, ut præviſus in decreto præciſivo, abſtrahente à qualibet ejus productione, & matre in particulari, potuerit B. Virgini mereri gratias, quibus obtinuit dignitatem matris Dei, non ſequitur ſimiliter potuiſſe hominem in genere & indeterminate per merita in genere ſeu indeterminate mereri Incarnationem, ſeu movere Deum ad dandam huic humanitati in particulari unionem hypoſtaticam: quia licet Deus potuerit decreto præciſivo in aliquo medio decernere unionem Verbi, cum aliqua humanitate indeterminate, & in iſto decreto prævidere hominem in genere, ſeu aliquem ex hominibus poſſibilibus indeterminate, abſolute futurum hominem Deum, & conſequenter aliqua merita in genere & indeterminate infiniti valoris, ab eo certò & abſolute elicienda; non potuit tamen per illa, tanquam per vera merita, moveri Deus ad unionem hypoſtaticam in illorum præmium, huic aut illi humanitati decernendam: quia cùm actiones ſint ſuppoſitorum, ſeu ſingularium, homo in genere & indeterminate, non eſt capax operationis, adeoque nec laudis & meriti, & conſequenter nec premii: unde in quocumque ſtatu vere ac proprie merens debet eſſe ſuppoſitum determinatum, & meritum verum ac proprie dictum debet eſſe actio determinata in individuo, quod convenit Chriſto, & ejus meritis in noſtro caſu, ut patet ex noſtris probationibus n. 144. & ſeqq.

Homo in genere & indeterminate non potuit mereri unionem hypoſtaticam humanitati determinatæ: quia ſicut actiones ita & merita ſunt ſuppoſitorū ſeu ſingularium.

Adde quod ad meritum & præmium proprie dictum, requiratur ut idem ſit merens & præmiatus, quod non contingeret caſu, quo propter merita hominis in genere huic humanitati in particulari, decerneretur unio: merens enim eſſet homo in genere: præmiatus autem hic homo in particulari, cui non magis deberetur præmium, quàm cuilibet alteri.

Vnde homo in genere & indeterminate non eſt capax operationis adeoque nec laudis & meriti & conſequenter nec præmii.

Variis aliis modis probabiliter defendi poteſt hujus

jus meriti poſſibilitas in B.V. pro quibus. Vide Suar. Perez. Lug. Amic.

153. Probabilius eſt, & tanquam menti PP. conformius, abſolute tenendum, B. Virginem de facto ſibi proprie Dei maternitatem meruiſſe. Ita Suar. Vaſq. Lug & alii communiſſime.

Prob. ex PP. Ambr. Epiſt. 82. *Quid loquar quanta ſit virginitati gloria quæ meruit à Chriſto eligi ut eſſet etiam corporale Dei templum*. Hier. de cuſtodia virginitatis ad Euſtoc. *propone tibi B. Mariam, quæ tanta exſtitit puritatis ut Mater Dei eſſe mereretur*. Aug. ſer. 10. in feſto Nativit. *talis eligitur Virgo de toto mundo quæ tantum haberet meritum ut Dei Filium in ſe ſuſciperet*; & l. de nat & grat. c. 36. *concipere meruit & parere*. Greg. Anſel. & aliis apud Suar. & Vaſq. ſimpliciter aſſerentibus B. Virginem eximium divinæ maternitatis privilegium, ſua puritate ac meritis obtinuiſſe.

B. Virgo ſibi de facto meruit maternitatem Dei: id enim clare ſignificatione PP. Ambroſ. Hier. Aug. & alii qui non poſſunt commode explicari de merito improprie dicto oppoſitum tamen eſt probabile.

Hæc & ſimilia PP. dicta non poſſunt commode intelligi de merito improprie accepto pro excellenti ſanctitate ac puritate, qua fuit congrue & apte diſpoſita ut eſſet Mater Dei, aut pro gratia, qua Deus illam dignatus eſt honore Matris Dei: quia dum ſimpliciter agitur de merito puritatis ac bonorum operum, de quo ibi loquuntur PP. meritum in proprio ſenſu eſt accipiendum; alioqui enim non poſſet PP. ſolide probari bona opera juſtorum eſſe proprie meritoria vitæ æternæ.

Oppoſitum tamen, quod abſolute tenent Lorca, Navar. Sylv. Iſambert. & alii, eſt, ſaltem attenta ſola ratione valde probabile. Patet ex dictis ſup. n. 138. & ſeqq.

154. Chriſtus B. Virgini non ſolum mediate per ipſam B. Virginem operantem ex gratia ab ipſo accepta, ſed etiam ſe ipſo immediate, Dei maternitatem meruit; quia nullum donum naturæ indebitum ſaltem ſupernaturale & conducens ad ſalutem, quale haud dubie fuit maternitas Dei, cum donis ſibi moraliter debitis, conceditur hominibus, niſi ex meritis Chriſti, qui ex Dei ordinatione eſt perfectiſſime caput omnium ſalvandorum, & omnis

Chriſtus B. Virgini meruit maternitatem vi cauſa prima meritoria.

gratiæ ipſis collatæ author.

Beata Virgo ut ſecunda.

Neque hoc obſtat merito B. Virginis : Chriſtus enim maternitatem B. Virg. meruit, ut cauſa meritoria prima & univerſalis, B. Vigo autem eandem ſibi meruit, ut cauſa ſecunda & particularis, qualiter juſti gloriam ſibi promerentur ; licet eam ex Chriſti meritis accipiant.

Hinc Chriſtus ut exiſtens vi decreti præciſivi, in eoque prævisus, eſt cauſa moralis ſui ipſius, ut exiſtentis exercite dependenter ab hac matre.

Chriſtus progenitoribus meruit gratias, quibus ipſi meruerunt eſſe ejus Progenitores, per actus illas gratias nullo modo præſupponentes.

155. Porrò Chriſtus ſuæ matri, aliiſque ſuis progenitoribus, meritus eſt gratias, quibus ſibi meruerunt eſſe Chriſti progenitores, & alias Incarnationis circumſtantias, non per actus ex ſuis intrinſecis præſupponentes iſtas gratias, & earum effectus, quales ſunt actus gratiarum actionis pro iſtis gratiis complacentiæ & gaudii de bono illarum uſu : & ſimiles quos Chriſtus eorum occaſione elicuit : ſed per actus ab illis abſtrahentes ac omninò independentes, ut ſunt actus amoris quibus Chriſtus Deum propter ſe dilexit & ejus gloriam in omnibus intendit.

Potuerunt autem juxta Suar. & alios, Chriſti merita ad Dei maternitatem, & alia prævia ſe priora duratione ſufficienter ordinari per hoc, quòd Deus ab æterno ordinaverit ut iſta beneficia conferrentur propter futura Chriſti merita, & in tempore quaſi hac lege unionem huic humanitati contulerit, Chriſtuſque hanc legem, & de ſe ac ſuis meritis Patris ordinationes acceptaverit, ſuaque merita ad fines à Patre intentos, & ad ejus voluntates implendas retulerit.

Chriſtus potuit orare pro donis ejus Matri & antiquis PP. collatis priuſquam productus.

156. Potuit tamen etiam ipſe Chriſtus ſua merita, ſpectata ut futura, præſcindendo à quibuſvis progenitoribus in particulari formaliter ordinare tanquam ad præmium illis proprium, ad gratias quibus Abraham, David, & B. Virgo meruerunt eſſe Chriſti progenitores : imò potuit etiam pro illis, quamvis jam conceſſis ſic orare : Pater ſicut ſcio quod per hanc meam orationem nunc efficiam ut eam prævidebis ab æterno tibique perinde placuerit, ac ſi fuiſſet ab

ſet ab æterno, aut etiam ante æternitatem, ſi hoc eſſet poſſibile: ita rogo, ut per eandem nunc efficiam, ut ab æterno habueris voluntatem dandi tales & tales gratias Abrahamo, Davidi, Mariæ &c. prius tempore quam ſim productus, & prius natura quam fuerim prævisus ex illis naſciturus.

Neque, ſi res bene perpendatur, major eſt difficultas in ejuſmodi oratione ad Deum facta, pro re præterita, quàm pro re futura: qui enim petit ut Deus velit illum cras ſanare, æquivalenter petit, ut Deus ab æterno voluerit illum ſanare, v. pro his Arria. diſp. 17. ſect. 4. & 5. ult. bene advertit Chriſtum in illo priori naturæ, quo orabat ad impetrandas gratias jam conceſſas, non potuiſſe illas cognoſcere ut jam conceſſas; ſed debuiſſe ab earum anticipata conceſſione præſcindere: cum hoc nihilominus ſtat quod Chriſtus gratias illas ut antecedenter conceſſas cognoverit, non tantum in tempore orationem illam præcedente, ſed eo ipſo inſtanti temporis quo orabat, poſterius tamen natura ad actum orationis V. quæ diximus de revelatione damnationis par. 3. pag. 191. n. 343. & ſeqq.

Quia non repugnat petitionem tempore poſteriorem conceſſione doni petiti eſſe illa priorem natura, ſicut oratio hodie à nobis facta eſt prior natura præviſione qua Deus illam ab æterno prævidit & ab æterno motus fuit ad gratias nobis decernendas.

157. Hinc reſpectu Dei non eſt ridiculum, nugatorium aut abſurdum petere ut fiant quæ jam facta ſunt v. g. hodie petere à Deo ut heri aliquid fecerit, aut ab æterno voluerit facere in tuum bonum, ſeu ut jam velit id quod jam vult & ab æterno voluit. Item petere ut nunc velit, quod nunc non vult, & ab æterno noluit, quod quidem eſt petere aliquid impoſſibile, ſed ſolùm impoſſibilitate conſequente: hoc fit in omni oratione qua petitur à Deo gratia non impetranda, ſeu quam Deus ab æterno decrevit non dare, quod Dei decretum, ſi oranti eſſet notum notitia habente ſe antecedenter ad ejus orationem, non poſſet illam gratiam efficaciter petere nec ſperare. Unde omnis oratio noſtra quamvis abſoluta & efficax ex parte noſtra ſeu eorum, quæ à nobis præſtanda ſunt ad rei petitæ impetrationem, eſt tamen aliquo modo virtualiter conditionata ex parte Dei, ſeu ejus ſcientiæ ac decretorum præſertim à noſtra libertate omninò independentium: non

enim poſſumus à Deo aliquid abſolute efficaciter petere quod forte repugnat ejus cognitionibus beneplacitis & decretis omnino antecedentibus. Hoc innixus principio dixit Aug. ſi ſciremus quinam ſint reprobi non magis poſſemus orare pro eorum ſalute, quam pro ſalute damnatorum.

Idque etiam ut conſtans hac numero carne quam de facto ab hac Matre accepit.

158. Dices 1. ad præteritum non detur potentia: R. ad præteritum abſolute neceſſariò præteritum, ſeu quod eſt omnino independens a conditione præſenti aut futura creaturæ libera C. ad præteritum ab ejuſmodi conditione dependens N. hodie enim datur vera potentia ad efficiendum ut iſtiuſmodi præteritum numquam fuerit. Quod manifeſtum eſt ex dictis par. 1. C. 3. §. 2. pag. 105. n. 114.

Dices 2. Chriſtus ut conſtans hac numero carne non fuit indifferens, ut pro alia numero fœmina in matrem eligenda oraret, adeoque non potuit ſua oratione electionem hujus præ alia impetrare: quia ut conſtans hac numero carne non potuit ab alia quam ab hac matre procedere; ſi enim ab alia ortus fuiſſet, alias habere debuiſſet partes materiæ ab iis quas de facto habuit. R. n. aſſ quia ſicut in aliqua ſerie conditionalium B. Virgo erat habitura illas partes materiæ, quibus formatum eſt Chriſti corpus; ita in infinitis aliis conditionalium ſeriebus, Deo notis, erant infinitæ aliæ fœminæ eaſdem partes habituræ; ac proinde potuit Chriſtus etiam ut hac determinata carne conſtans ex illis procedere, & conſequenter oratione ſua ex iis petere quam vellet, v. Arriag. diſp. 18. ſect. 3. de iis fuſe & acute diſſerentem.

B. Virgo prius fuit electa ad Dei maternitatem, quam ad gloriam.

159. B. Virgo prius fuit electa ad Dei maternitatem quam ad gloriam, cùm ex dictis par. 1. pag. 174. 175. num. 205. 206. non fuerit electa ad gloriam niſi poſt præviſa omnia ejus merita, quorum multa ut obſequia Chriſto tanquam Filio præſtita præſupponebant ejus maternitatem: prius tamen fuit redempta, quàm electa in matrem, cum gratiæ & juſtificatio, quibus diſpoſita fuit ad maternitatem fuerint effectus redemptionis: unde ſequitur non fuiſſe redemptam ſaltem adæquate & quoad omnes effectus à Chriſto ut Filio ſuo.

An

An autem maternitas Chriſti ſe ſola, & ſeorſim à gratia habituali potuerit ſanctificare B. Virginem, & dignificare opera ejus ſupernaturalia ad meritum vitæ æternæ, fusè ac eruditæ diſputat Ripald Tom. 2. diſp. 79. ubi plurimis Scripturarum & Patrum teſtimoniis, ac rationibus pro affirmante allatis, ſatis oſtendit ſe toto affectu illi adhærere, licet in fine ſec. 16. diſerte profiteatur, ſe iſtius aſſertionis probabilitatem aliorum judicio relinquere, ſuum verò penitus cohibere. Addit tamen plurimos eoſque graviſſimos ac doctiſſimos TT. ex Academia Salmant. & Complut. hac de re à ſe conſultos aſſertioni annuiſſe, probabilitatemque illius ſanctam certamque ſtatuiſſe. Idem fusè doctè, ac piè tradit Cardenas in gemino ſidere Mariani Diadematis.

Quibuſdam probabile eſt maternitatem Dei ſe ſola ſanctificare.

CAPUT IV.

Modus unionis ex parte Perſonæ aſſumentis & Naturæ aſſumptæ.

§. I.

Modus unionis ex parte Perſonæ aſſumentis.

160. Perſonæ divinæ propriiſſime convenit aſſumere: cum enim unionem hypoſtaticam efficiat ut cauſa principalis illamq; terminet, ei propriiſſime convenit eſſe principium & terminum aſſumptionis, quæ duo requiruntur & ſufficiunt ad hoc ut perſona propriiſſime dicatur aſſumere.

Perſonæ Divinæ naturaliter & propriiſſime convenit aſſumere.

Cum Cyrillus dicit Perſonæ Divinæ non poſſe fieri additionem, loquitur de additione illam perficiente, perſona ſolùm eſt incommunicabilis pluribus ſuppoſitis, non naturis.

Natura divina eſt quidem adæquatum extremum terminationis naturalis; & ejuſdem ſecum ordinis, quam habet perſonalitas Verbi; non tamen terminationis liberæ, & inferioris ordinis.

161. Perſona creata non poteſt, etiam ſupernaturaliter, aſſumere naturam propriiſſime, quia aſſumere propriiſſime eſt per modum principii effectivi principalis

Perſona creata poteſt ſupernaturaliter aſſumere

cipalis in natura aliena producere unionem hypoſtaticam ad ſe terminatam, ſeu qua natura aliena perſonaliter uniatur aſſumenti; atqui nulla creatura poteſt producere unionem hypoſtaticam ut cauſa principalis per potentiam naturalem: cum ut mox declarabitur, omnis unio hypoſtatica ſit ſupernaturalis in ſubſtantia.

minus proprie, non tamen propriiſſime quod ſolum vult S. Tho.

162. Poteſt tamen perſona creata, ut cauſa inſtrumentalis & elevata per potentiam obedientialem ſibi perſonaliter unire perſonam alienam, atque ita illam aſſumere; licet non propriiſſimè.

Quia non eſt cur repugnet Michaelem elevari à Deo ad ſibi uniendum perſonaliter naturam Petri.

Prob. quia ſive perſona ſuperaddat naturæ ſubſiſtentiam modalem, ſive ſolam negationem inexiſtentiæ in alio ut ſuſtentante, nulla eſt repugnantia in eo quod Archangelus Michael v. g. elevetur à Deo ad uniendum ſuæ ſubſiſtentiæ modali, ſi detur, aut, ſi non detur, ſuæ naturæ aut ſubſtantiæ, ut connotanti negationem exiſtentiæ in alio, naturam Petri, atque ita, non quidem propriiſſime ut Verbum, vere tamen illam aſſumere in unitatem perſonæ, ergo &c. Prob. anteced. quia ſi ſubſiſtentia ſit modus naturæ realiter ſuperadditus, non repugnat naturam Petri ea privari & per unionem ſubſtantialem uniri ſubſiſtentiæ Michaelis, nec repugnat iſtam unionem produci à Michaele ut cauſa inſtrumentali, & elevata: cur enim iſta repugnarent? ergo ſaltem in ea hypotheſi non repugnat Michaelem ſibi perſonaliter unire naturam humanam: & conſequenter nec, poſito quod ſubſiſtentia ſeu perſona non ſit aliud, quam natura, & ſubſiſtentia completa non exiſtens in alio ut ſuſtentante; cùm non ſit ratio cur potius in hac hypotheſi repugnet Michaelem modo jam aſſignato aſſumere naturam Petri, quàm in alia.

S. Tho. hic q. 3. a. 1. ad 2. ſolùm vult *proprium eſſe divina perſona propter ejus infinitatem*, *ut* (per aſſumptionem propriiſſimam, & ejus propria virtute) *fiat in ea concurſus naturarum, non quidem accidentaliter, ſed ſecundùm ſubſiſtentiam*.

Vnio hypoſtatica ad perſonam

163. Cujuſmodi unio hypoſtatica ad perſonam creatam eſſet ſupernaturalis in ſubſtantia, hoc ſenſu, quod in entitate ſua ſuperaret omnem exigentiam

activam,

activam, & paſſivam naturæ creatæ & credibilis;non tamen hoc ſenſu quod eſſet ordinis divini, aut per ſe ordinata ad ſuum ſubjectum evehendum ad eſſe ſupernaturale & divinum, hoc eſt, ad Dei amicitiam & viſionem, ut ſunt ea, quæ ad gratiam pertinent.

creatam ſuperaret omnem naturæ exigentiam non tamen eſſe ordinis Divini adeo, que ſolum eſſet ſupernaturalis ſecundum quid.

Perſona creata aſſumens deberet elevari in genere cauſæ efficientis ad producendam hujuſmodi unionem; non tamen in genere cauſæ terminativæ, poſito enim miraculo quo talis unio hypoſtatica eſſet producta illam terminaret ſuam entitatem & virtutem terminandi naturalem, ſicuti albedo plures parietes dealbaret per ſuam entitatem, & vim dealbandi naturalem, poſito quod ſupernaturaliter in pluribus eſſet poſita.

164 Quod ſi ſubſiſtentia creata ſit modus naturæ ſuperadditus, eſt quidem eſſentialiter affixa huic modificato, adeoque per ſe determinata ad modificandam & terminandam hanc naturam eſſentialiter & informative ſeu illi inhærendo ſic ut non poſſit eadem ratione aliam terminare:non tamen ſic ut aliam non poſſit accidentaliter modificare ac terminare, nempe terminando unionem qua accidentaliter uniatur naturæ, cui non inhæret.

Subſiſtentia modalis poteſt terminare naturam alienam accidentaliter, ſicut ubi alienum ſubjectum ubicare.

Hac etiam ratione poteſt ubi conſtituere hic, non ſolum modificatum, cui eſſentialiter affixum eſt, ſed & alienum, cui ſolùm accidentaliter uniatur: actio tamen cum ſit formaliſſimum exercitum dependentiæ, ſeu via, qua eſſe hujus effectus egreditur ab hac cauſa, non videtur poſſe mediante unione accidentali tribuere effectum ſuum formalem dependendi ab hac cauſa, niſi termino, quem intrinſece modificat

165 Verbum non terminat humanitatem per aliquid abſolutum; ſed per ſolam proprietatem relativam. Ita S. Tho. Bonav. Suar. Vaſq. & cæteri communiſſimè contra Duran. in 3. diſt. 1. q. 2. ponentem in Chriſto duas uniones ad Verbum: unam primariam ad aliquid abſolutum & commune tribus perſonis, nempe ad ſubſiſtentiam abſolutam & eſſentialem, alteram verò ſecundariam ad perſonalitatem Verbi. Primam requirit ut humanitas fiat ſubſiſtens,

Verbum immediate terminat humanitatem per ſolam proprietatem relativam eſt D.Th & cæteri contra Dur.

ſiſtens; putat enim in divinis non dari ſubſiſtentiam niſi abſolutam, tribus Perſonis communem, poſteriorem vero ut habeatur complete unio perſonalis cum perſona Verbi.

Pater ex C. Tol. 6. VI. Synod. Dionyſ. Anſel. &c.

Prob. noſtra concluſio, quam Suar. cenſet eſſet ita certam, ut oppoſita non ſit habenda probabilis, 1. ex Conc. Tolet. 6. quod in confeſſione fidei hæc habet: *ſolus Filius ſuſcipit humanitatem in ſingularitate perſonæ, non in unitate Divinæ naturæ*, id eſt, ut explicat Concilium *in eo quod proprium eſt Filii non quod commune eſt Trinitati*, Item ex VI. Syno. act. 8. ubi dicitur: *ſolum Verbum eſſe incarnatum, quia Pater & Spiritus S. nihil incarnatione habent commune, niſi benigniſſimam voluntatem*. 2 ex Dionyſ. Damaſc. Anſel. & aliis PP. apud Suar. diſp. 12. ſect. 2.

Si eam terminaret per aliquid abſolutum etiam Pater & Spiritum S. eſſent ſimpliciter incarnati, ſicut ſunt ſimpliciter Sancti.

166. 3. Ratione: quia Verbum per id formaliter & immediate terminat naturam humanam, per quod formaliter terminat divinam, cum duæ naturæ in Chriſto uniantur in eodem termino: ſed Divinam formaliter terminat per proprietatem relativam, qua illam ut ſic terminatam reddit aliis perſonaliter incommunicabilem: deinde quia ſi aliquid eſſentiale & commune tribus Perſonis per ſe primò & immediate terminaret humanitatem, ſequeretur etiam Patrem & Spiritum Sanctum eſſe incarnatum quod eſt hæreticum. Sequela patet, quia quod convenit naturæ aut uni perſonæ ratione alicujus attributi eſſentialis & communis, neceſſario convenit tribus Perſonis.

Dices cum Duran. inde ſolum ſequitur Patrem ut Deum eſſe incarnatum, & hominem, non verò ut Pater eſt, cum tamen Filius: R. hoc admitti non poſſe, quia Pater ut Deus eſſet homo, ſimpliciter & abſolutè, ſicut ſimpliciter & abſolute eſt æternus Creator, Sanctificator, &c. quæ ei ut Deo conveniunt; ratio eſt quod ly *ut Deus* in iſtis propoſitionibus non ſit particula diminuens aut alienans, ſed explanans. Vt in hac propoſitione: *Pater ut Deus eſt ubique*. Vnde etiam ut Pater eſſet homo ſimpliciter, ſicut eſt ſimpliciter Creator &c.

Adde hanc propoſitionem *Filius ut Deus eſt homo*

paſſim

paſſim reiici ut alienam à mente & locutionibus PP. ac CC. ergo multo minus admittenda eſt hæc *Pater ut Deus eſt homo.*

167. Illa autem proprietas relativa per quam præciſe verbum terminat unionem; non eſt etiam partialiter virtus ſpirativa, ſeu ſpiratio activa, cum enim hæc ſit communis Patri & Filio, non dat ſimpliciter eſſe incommunicabile perſonaliter, ac proinde non eſt formaliſſime perſonalitas, ſeu id quo Verbum formaliſſime conſtituitur ſecunda perſona ut diſtincta à reliquis; ſed eſt quiddam ſubſtantiale relativum commune Patri & Filio, quod etiam per eorum perſonalitates terminatur, ſicut natura terminatur perſonalitatibus trium Perſonarum, unde ſi illud Patris & Filio commune unionem immediate terminaret, etiam Pater eſſet incarnatus.

Non terminat unionem per relationem Spiratoris, ſed vel per filiationem ut exigentem Spirationem activam, vel per generationem ut eſt illius acceptio.

168. Quare id quo præciſe & immediate Verbum terminat unionem eſt vel filiatio, prout ex parte ſua inſeparabiliter exigens relationem ſpiratoris ut ſibi communicatam à Patre vel generatio paſſiva prout eſt actualis recepto, non ſolum eſſentiæ divinæ, quæ ipſi à Patre communicatur, ſed etiam ſpirationis activæ ſeu relationis ſpiratoris; cum filiatione aut generatione paſſiva ſic ſpectata formaliſſime conſtituatur in eſſe ſecundæ perſonæ ut à prima & tertia diſtinctæ, v. dicta par. 1. pag. 221. n. 265.

169. Cum perſonalitas Verbi immediate terminans unionem hypoſtaticam, identificetur naturæ realiter inadæquate modo explicato par. 1. pag. 192. n. 225. etiam natura divina prout identificata perſonalitati Filii eandem terminat id enim diſerte fatentur Bernard. & Epiſcopi Gallicani in Concil. Rhemenſi contra Gilbert. his verbis apud VeKen. *Credimus & confitemur ipſam divinitatem, ſive ſubſtantiam divinam, ſive naturam divinam dicas incarnatam eſſe, ſed in filio*, videlicet intranſitive, hoc eſt in Filio, non ut alio, ſed ut realiter identificato.

Natura Divina ut eſt in Filio ſeu ut eſt identificata Verbo mediate terminat unionem hypoſtaticam.

Vnde admitti poteſt & debet, quod eſſentia ſeu

potius

potius entitas, quæ eſt eſſentia ut identificata perſonalitati Verbi, terminet unionem, adeoque ſit incarnata, ſcilicet mediante perſonalitate, medio à natura, ut eſt in Filio, ſolum ratione aut virtualiter diſtincto, modo explicato par. 1. pag. 27. n. 28. & pag. 192. n. 225.

Non poteſt tamen ſimpliciter dici incarnata.

170. Non poteſt tamen eſſentia aut natura Divina ſimpliciter dici unionem terminare aut eſſe incarnata quia nomine naturæ aut eſſentiæ, ſimpliciter deſignatur entitas divina prout eſt in tribus perſonis illiſque identificatur eſſe incarnata: quod falſum eſt, alioqui enim tres Perſonæ eſſent incarnatæ.

Quare licet quod convenit uni identificatorum, etiam ſimpliciter conveniat alteri, quando identificantur inter ſe realiter adæquate, hoc tamen non eſt univerſaliter verum, quando ſolùm identificatur realiter inadæquatè, qua ſolum ratione eſſentiam Divinam perſonalitati Verbi identificari patet ex dictis par. 1. locis n. præcedenti citatis.

Adde juxta pleroſque TT. in materia de Trin. ſufficere diſtinctionem rationis; aut virtualem, ut quod uni identificatorum realiter competit, alteri non conveniat, v. g. ut eſſentiæ Patris conveniat communicari, non ejus perſonalitati; perſonalitati Filij conveniat produci, non ejus eſſentiæ.

Quod convenit divinitati ſumptæ inadæquate, ſeu prout identificatur uni ex perſonis non convenit omnibus perſonis; quia ſicut identitas naturæ cum una ex Perſonis non convenit aliis perſonis ita nec illa quæ ei conveniunt ratione iſtius identitatis.

171 Quod convenit naturæ ratione ſui præciſe, ſeu ſumptæ ſecundum ſe, & adæquate convenit omnibus perſonis, ut bonitas &c. non verò quod ſolum convenit naturæ ſumptæ inadæquate, ut eſt in aliqua perſona, ſeu ratione identitatis cum una ex Perſonis.

Ratio eſt 1. quod ſicut iſta identitas naturæ cum una ex perſonis non convenit alijs perſonis, ita nec illa, quæ naturæ conveniunt ratione iſtius identitatis 2. quod ea, quæ conveniunt naturæ ſolum ratione unius perſonæ, formaliter ut talis, ei ſolum conveniant ratione ejus, per quod perſona illa formaliter aliis opponitur relative; jam autem manifeſtum eſt, id quod convenit uni oppoſitorum ratione ejus per quod formaliter opponitur alteri, non poſſe illi alteri oppoſito convenire; licet utrumque eidem naturæ identificetur.

172 Adde

Digitized by Google

172 Adde, quod non ideo præciſe natura ſit mediate incarnata, quia eſt realiter identificata Verbo ſed ut habet S.Th.hic q.3. a.2.ad 1. quia ab eo non differt ſuppoſito. Quam ob cauſa madhuc diceretur mediate incarnari; licet ab eo realiter differret ex eo præciſe quod incarnaretur ſuppoſitum, cujus eſt natura, ideo enim vere incarnaretur natura angelica, quamvis ſupponatur realiter diſtincta a ſua ſubſiſtentia, ſi huic uniretur natura humana.

Cum igitur Pater & Spiritus S. ſuppoſito differant à Verbo, non poſſunt dici mediate incarnari, eo quod natura ut eſt in ſuppoſito Verbi, ſit mediate incarnata.

173 Dices 1. Natura divina communicatur Filio, eidem non communicata Paternitate: ergo poteſt ſecundum ſe immediate uniri humanitati, eidem non unitis perſonalitatibus. R. N. ſequel. diſp. eſt, quod inter perſonalitates divinas & humanitatem nulla ſit oppoſitio, ratione cujus, natura per unionem humanitati communicata, eidem perſonalitates non communicentur: at verò inter perſonalitates divinas ſit realis oppoſitio, ratione cujus perſonalitates non poſſunt per identitatem communicari Perſonæ ſibi oppoſitæ, licet ei natura communicetur.

Licet Natura Divina poſſit communicari Filio, Paternitate eidem non communicata: non poteſt tamen immediate uniri humanitati niſi perſonæ eidem uniantur.

174 Ideo autem Verbum non facit humanitatem formaliter referri ad Patrem & Spiritum S. licet ei uniatur ſecundum proprietatem perſonalem, quæ eſt formalis relatio ad Patrem & Filium: quia illa Verbi relatio non eſt relatio informans, cujus proprium eſt referre ſuum ſubjectum; ſed ſolum eſt relatio terminans perſonaliter, cujus proprium eſt referre ſolam Perſonam quam conſtituit, non autem naturam quam terminat.

Hinc etiam naturam divinam, quam per identitatem terminat, non reddit formaliter relatam ad Patrem & Spiritum S. ſed ſolam Perſonam Filii, quam cum illa conſtituit.

Dices 2. bene ſequitur: *Deus creat, Filius eſt Deus, ergo Filius creat*: ergo etiam bene ſequitur: *Deus aſſumit humanitatem, Pater eſt Deus, ergo Pater aſſumit*

In hac propoſitione Deus creat,

Deus diſtribuitur, non in hac Deus aſſumit.

mit humanitatem: R. N. ſeq. diſp eſt, quod in poſteriori ſyllogiſmo ly *Deus* quod eſt medium; non diſtribuatur, in priori verò diſtribuatur: cum enim *aſſumere humanitatem* non conveniat Deo ratione ſui, ſicut *creare*, ſed ratione Perſonæ Verbi, non poteſt dici *omne quod eſt Deus aſſumit*, ſicut rectè dicitur, *omne quod eſt Deus creat*.

Poteſt natura Divina per ſubſiſtentiam communem, ſi detur immediate humanitatem terminare.

175. Si in Deo detur ſubſiſtentia communis, poteſt per eam natura Divina ut abſtracta à tribus Perſonis ſed prout eſt hic Deus, immediatè humanitatem terminare. Ita Suar Tan. contra Vaſq. Becan.

Prob. quia ſubſiſtentia communis ſi detur, eſt tam vera & proprie dicta ſubſiſtentia, quam relativa: ergo ſi relativa poſſit immediate humanitatem terminare, etiam id poteſt abſoluta, ſic quemadmodum Deitatem, in ea hypotheſi, vere facit ſubſiſtere, ſeu exiſtere per ſe, licet communicabiliter, ita idem præſtet humanitati: eo caſu hic Homo Deus ex illa unione immedite exurgens, non eſſet proprie Perſona, ſi ut nec Deus ipſe per illam ſubſiſtentiam communem & abſolutam, habet eſſe perſonam.

Dices: CC. & PP. non agnoſcunt aliam unionem ſubſtantialem poſſibilem quam in natura vel perſona R. 1. inde, ut ſummum habetur non dari in Deo ſubſiſtentiam abſolutam & communem, ut docui par. 1. pag. 222. num. 268. 2. Dici poteſt cum Suar. Vnionem terminatam ad ſubſiſtentiam communem reduci ad unionem in perſona; quia ſubſiſtentia illa communis eſt quædam inchoata perſonalitas; cum juxta ſuos Authores, conferat unum ex iis, quæ propria ſunt perſonæ nempe exiſtere per ſe, non tamen alterum, quod eſt exiſtere incommunicabiliter.

Non tamen immediate per ſeipſam.

176 Poſito autem quod non detur ſubſiſtentia abſoluta, non poteſt natura Divina immediate aſſumere aut terminare humanitatem. Ita Bonav. Suar. Vaſq. contra Argant. Val. Præpoſ.

Quia quæ ex illa viſione ſubſtantiali exur.

Prob. quia neque id poteſt ratione exiſtentiæ, ut volunt quidam Thomiſtæ; cum enim, ut ſuppono ex Metaph. exiſtentia non diſtinguatur ab eſſentia, implicat rem exiſtere per exiſtentiam alienam, etiam incre-

increatam: neque etiam ratione ſui, ſeu ſub ratione eſſentiæ vel naturæ; quia, quod exurgeret ex illa unione, utpote ſubſtantiali, eſſet ens ſubſtantiale unum per ſe, & non eſſet; neque enim eſſet unum in natura, cum ex pluribus naturis completis non poſſit fieri ens unum in natura; neque in perſona aut ſubſiſtentia, cum natura ut præciſa à quavis ſubſiſtentia non poſſit dare ſubſiſtere, ſeu eſſe perſonæ, ergo nullo modo eſſet unum per ſe, cum ens unum per ſe in genere ſubſtantiæ adæquate dividatur in unum in natura & unum in perſona, ſeu ſubſiſtentia.

geret eſſet & non eſſet unum per ſe.

177 Non eſt tamen cur negetur poſſe humanitatem de potentia abſoluta uniri Naturæ Divinæ unione accidentali non faciente unum per ſe ſubſtantiale, ſicut poteſt uniri alteri naturæ creatæ: in tali enim unione nulla apparet repugnantia. Idem ſentiendum eſt de accidentali unione cum attributis, ſic ut ea mediante humanitati non tribuantur effectus formales illis attributis proprii.

Non videtur repugnare naturam humanam uniri Divinæ unione accidentali, non faciente unum per ſe: repugnat tamen eam uniri vitæ Divinæ, ſicut per eam vivat; item immenſitati adæquatè non tamen inadæquatè ſecundum partem ejus virtualem, ſeu in ordine ad partialem ejus effectum formalem.

178 Quod ſi agatur de unione per quam humanitas accipiat effectus formales attributis proprios dicendum eſt 1. certum eſſe non poſſe humanitatem uniri Divinitati ſub ratione vitæ primæ aut ſecundæ, ſic, ut per eam conſtituatur vivens in actu primo, vel ſecundo v. g. potens intelligere aut actualiter intelligens: cum enim vita ſecunda ſit eſſentialiter actus moventis ſe ab intrinſeco & vita prima principium intrinſecum talis actus; impoſſibile eſt, ut vita, ſive prima ſive ſecunda habeatur ab extrinſeco quantumvis infinite perfecto.

2. Non poſſe etiam uniri Divinitati ſub ratione immenſitatis aut æternitatis, ſaltem adæquate, ſive ſic, ut accipiat effectum formalem adæquatum harum perfectionum; quia talis effectus repugnat limitationi creatæ.

Dixi *ſaltem adæquate*, quia mihi hactenus nulla oſtenſa eſt repugnantia cur non poſſit uniri iſtis attributis ſumptis inadæquate, id eſt, ſecũdum aliquam eorum partem virtualem, ſeu in ordine ad formalem effectum partialem, illis proprium; ita ut humanitas ſit hic v. g. per quod uniatur Divinæ immenſitati ut

exiſtenti hic & formaliter facienti Deum exiſtere hic ſeu preciſè ut æquivalentis ubicationibus ex eſſentia ſua ubicatum conſtituens hic, & non alibi.

Idem dic de unionis cum omnipotentia.

3. Poſſe Deum uniri creaturæ ſub ratione omnipotentiæ per unionem creaturæ ad omnipotentiam cum expreſſo decreto concurrendi ad omne id, quod creatura voluerit facere: in eo enim, ut rectè Amic. nulla apparet implicantia, eo autem caſu creatura non poſſet dici omnipotens ſimpliciter, & ſubſtantive (cum id importet omnipotentiam ab intrinſeco) ſed ſolum adjective, & ſecundum quid: ex his.

Patet probabiliter non repugnare naturam divinam accidentaliter uniri ſubſiſtentiæ creatæ, licet ei repugnet uniri in unitatem per ſe ſive ſic, ut per illā fiat ſubſiſtens, ita enim natura divina compleretur, & perficeretur à creatura, quod implicat, pro his V. Amic. Diſp. 14. ſect. 6. & 10.

Poſſunt plures Perſonæ Divinæ eandem naturam aſſumere; non tam in unitate perſonæ quod ſolum vult Anſelm.

179. Poſſunt plures perſonæ Divinæ ſimul eandem numero naturam immediate aſſumere ita S Th. Cajet. Suar. Vaſq. & alii communiſſime contra Scot. Ricard. Albert. Ad quos valde propendet Lugo & Amic.

Prob. quia nulla apparet implicantia neque ex parte perſonarum aſſumentium in quibus æqualis eſt virtus aſſumendi, & compoſſibilitas ſubſiſtendi in eadem natura cum de facto ſubſiſtant in eadem divinitate; neque ex parte naturæ aſſumptibilis, in qua eſt potentia obedientialis ut poſſit à pluribus aſſumi, ſicut in materia, ut poſſit pluribus formis totalibus informari.

Patet ex divinitate naturaliter in pluribus perſonis ſubſiſtente.

Confirm. eadem divinitas ſimul naturaliter ſubſiſtit in tribus ſuppoſitis; ergo etiam id poteſt humanitas ſupernaturaliter: licet enim naturæ divinæ ob ſuam infinitatem ita proprium ſit pluribus ſubſiſtentiis terminari eſſentialiter & per identitatem cum pluribus ſubſiſtentiis realiter inter ſe diſtinctis ut id nulli creaturæ communicari poſſit, non eſt tamen cur naturæ creatæ communicari non poſſit pluribus ſubſiſtentiis terminari accidentaliter, & per potentiam obedientialem.

Anſel.

Anſel. l. 2. *Cur Deus homo* c. 9. Nobis non adverſatur, ibi enim ſolum vult non poſſe plures perſonas eandem naturam aſſumere, ſic, ut ex illa aſſumptione reſultet una tantum perſona; quod patet dum ex eo quod addat ly *in unitate perſonæ*, tum ex ejus ſcopo qui eſt probare Patrem & Spiritum S. non aſſumpſiſſe humanitatem eò quod in Chriſto ſit unica perſona, & una perſona non poſſit reſultare ex natura pluribus perſonalitatibus terminata.

180. Igitur in caſu hujus concluſionis 1. non eſſet unica perſona, ſed multiplex pro multiplicitate ſubſiſtentiarum, quarum ſingulæ tribuerent eſſe perſonale ſibi proprium. Vnde eo caſu idem effectus (quod tamen abſolute non repugnat) non penderet à pluribus cauſis totalibus; non enim eadem perſona, quia, ut dictum eſt, non eſſet unica: non etiam eadem natura; hæc enim non pendet à ſubſiſtentia niſi improprie, & à poſteriori.

Eo caſu eſſet multiplex perſona pro multiplicitate ſubſiſtentiarum.

2. Humanitas terminaretur in ſuppoſito Verbi, adeoque in eo ſiſteret & non progrederetur ulterius, hoc ſenſu, quod acciperet ultimum complementum ſubſtantiale à ſubſiſtentia Verbi; ſicut, quatenus habens iſtud complementum, non foret ulterius complebilis; non tamen ſenſu, quod ei etiam ſpectatæ materialiter & ſecundum ſe, repugnaret aliud complementum ſimiliter ultimum in ſuo genere ab alia ſubſiſtentia ſimul accipere, quo caſu ulterius complementum ſuperveniens non adveniret enti completo formaliter ut completo, ſed ſolum completo materialiter & ſpecificative, id eſt non naturæ ut ſuppoſitatæ, ſed naturæ, quæ eſt ſuppoſitata in quo nulla eſt repugnantia; quia ut recte Martinon, hypoſtaſis reddit ultimo ſiſtens & incommunicabile alteri ut terminanti ſolum ſuppoſitum quod conſtituit, non naturam quam terminat & cum qua illud conſtituit, ut patet ex perſonalitate Patris in Divinis, quæ ſolum Patrem reddit incommunicabilem, non divinitatem, cum qua ſuppoſitum conſtituit.

Humanitas completa per ſubſiſtentiam Verbi eſt ulterius complebilis materialiter, non formaliter ut completa. Vnde ulterius complementum advenire eſſet completo materialiter, non formaliter.

181. Si Pater aſſumeret humanitatem, prius aſſumptam à Verbo, neceſſario mediate aſſumeret

Si Pater aſſumeret humanitatem aſſumptam à Verbo, non proptereà aſſumerit unionem multo minus perſonam Verbi.

omnia ei exiſtentia, quæ pertinent ad eſſe naturæ: non tamen unionem hypoſtaticam cum Verbo, & alia pertinentia ad aliud eſſe perſonale: cum enim illa nullum habeant ordinem dependentiæ ab aſſumptione, non eſt cur natura aſſumpta dicantur aſſumi. Quamquam varii admittant, nec improbabiliter, eo caſu unionem humanitatis ad Verbum à Patre quidem mediate aſſumendam, non tamen ipſam perſonam Verbi, quia nullo modo inexiſteret humanitati aſſumptæ.

Eſſet communicatio idiomatum inter hunc hominem & hunc Deum inter hunc & duas perſonas, non inter ipſas perſonas.

182. Si tres perſonæ Divinæ aſſumerent eamdem humanitatem, criretur communicatio idiomatum inter hunc hominem & hunc Deum, in prædicatis eſſentialibus, & communibus; item inter hunc Hominem & tres Perſonas etiam in prædicatis notionalibus, quia ab illis non differret ſuppoſito: non verò inter ipſas Perſonas in prædicatis perſonalibus: quia Perſonæ adhuc inter ſe differrent ſuppoſito.

Vnde cum radix communicationis idiomatum ſit identitas ſuppoſiti, eo caſu non magis perſonæ inter ſe communicarent quoad idiomata perſonalia ob unionem cum eadem natura, quam jam communicent ob identitatem cum natura Divina.

Quare in iſta hypotheſi, fallax eſſet hic ſyllogiſmus: *hic homo eſt Pater, hic Homo eſt Filius, ergo Filius eſt Pater*: ſicut iſte, *hic Deus eſt Pater, Filius eſt hic Deus, ergo Filius eſt Pater*: cujus ratio eſt, quod medium nempe *hic homo*, qui in ea hypotheſi, ratione pluralitatis ſuppoſitorum eſt terminus æquivalenter univerſalis, ſicut de facto eſt, *hic Deus*, non diſtribuatur, & in majore ſupponatur determinate pro una Perſona, in minore pro altera.

Si Pater eſſet incarnatus ex B. V. eſſet Frater ſui Filii: non tamen B. V. Avia Filij.

138 Si Pater eſſet incarnatus ex B. V. ex qua Filius eſt incarnatus, Pater æternus eſſet Filius Matris ſui Filij, & conſequenter frater ſui filii, non ideo tamen B. V. eſſet ſimul Avia & Mater Chriſti & Chriſtus ſimul Nepos, & Filius B. Virginis: quia B. Virgo non eſſet Mater Patris, ſpectati ſecundum eam naturam, ſecundum quam eſt Pater Filii, non enim ei communicaſſet naturam Divinam, ſecundum

dum quam ab æterno genuit Filium, ſed ſolùm humanam, quæ nullo modo eſſet principium generationis æternæ, qua Pater genuit Filium: ac proinde B. Virgo non eſſet ullo modo principium mediatum Filii & conſequenter nec ejus Avia. V. ſimilia apud Anſelm. n. 104.

184. Poſito quod in creatis detur ſubſiſtentia diſtincta à natura quæ per concreta ſubſtantiva aliquo modo importetur in recto, & quod ly homo in eadem prorſus ſignificatione dicatur de nobis & de Chriſto, hæc videntur dicenda.

Si plures Perſonæ divinæ aſſumerent eandem humanitatem, eſſet tantum unus homo.

1. Si plures Perſonæ Divinæ ſimul aſſumerent eandem numero humanitatem, compoſitum inde exurgens eſſet tantum unus homo. Ita S. Thom. Suar. Vaſq. & alii contra Marſil. Gabr. Prob 1. ex generali regula tradita à D. Tho. 1. p. q 36. a. 4. & q. 39. a. 3. quod concreta ſubſtantiva ad pluralitatem requirant pluralitatem ſui principalis ſignificari, & expliciti, qualis eſt natura humana reſpectu hujus concreti, *homo*, quæ in noſtro caſu eſſet unica, ergo &c. 2. Quia in Divinis tres Perſonæ ſunt unus Deus ob unitatem naturæ, ſicut Pater & Filius unus Spirator propter unitatem virtutis ſpirativæ. Ergo ſimiliter in noſtro caſu &c

Eſſent tamen tres habentes humanitatem adiective, non ſubſtantive quia pluralitas attributa adiectivo appellat ſolum ſuppoſitum, dum ſubſtantivo, præcipue formam.

185. Eo tamen caſu eſſent tres habentes humanitatem, ſicut in Divinis tres ſunt habentes Divinitatem non ideò tamen tres Homines; licet enim *Homo* idem ſit quod *habens Humanitatem*, quoad rem ſignificatam, non eſt tamen idem quoad modum ſignificandi. Cum *Homo* ſignificet ſubſtantive, & *habens humanitatem* adiective, quæ diverſitas ſufficit ut in noſtro caſu ſignum pluralitatis poſſit tribui habenti humanitatem, & non homini, quia dum tribuitur adiectivo, appellat ſolum ſuppoſitum; dum verò ſubſtantivo, præcipue formam, quæ in noſtro caſu eſt unica humanitas.

Ratio autem iſtius differentiæ adiectivorum à ſubſtantivis hæc communiter adfertur ex S. Thom. q. 39. a. 3. quod nempe adiectiva ſignificent formam per modum adiacentis ſeu accidentis, accidens autem ſicut ſuum eſſe habet in ſubiecto, ita ſuam unita-

tem aut pluralitatem, ſaltem quoad nos, ſumat à ſubjecto, & conſequenter etiam concreta adiectivè ſignificantia; at verò ſubſtantiva ſignificent formam per modum ſubſiſtentis, ſeu conſtituentis primum eſſe; ſubſiſtens autem, ſicut habet eſſe in ſe & non in alio, ita unitatem aut multitudinem habeat à ſe, & non ab alio: atque hinc fit ut ſubſtantiva accipiant ſuam unitatem à forma & etiam multiplicitatem ſaltem principaliter.

Item eſſet aliud & aliud ſuppoſitum naturæ humanæ, non tamen alius & alius homo, quia alius dum præfigitur homini deſignat alietatem etiam ipſius naturæ, non ſolius ſuppoſiti, ut dum præfigitur ſuppoſito unde plures perſonæ eſſent unus & idem homo, ſicut tres perſonæ divinæ ſunt unus & idem Deus:

Hinc in noſtro caſu eſſet aliud & aliud ſuppoſitum naturæ humanæ; non tamen alius & alius homo: quia licet *homo* quoad rem ſit idem quod ſuppoſitum naturæ humanæ, & pro eo ſupponat in recto, non eſt tamen idem quoad formale ſignificatum ut patet ex dictis: unde ly *alius*, dum apponitur homini, non ſolum deſignat alietatem ſuppoſiti, ut dum præfigitur ſuppoſito naturæ humanæ; ſed etiam humanitatis, quam homo diſtinctè ſignificat, quamque ideo ſolam afficiunt & determinant numeralia & demonſtrativa dum apponuntur huic voci *homo*; unde hi termini, *unus Homo*, *hic Homo*, ſic ſunt reſolvendi *ſuppoſitum unius*, vel *hujus Naturæ humanæ*: non verò ſic, *unum ſuppoſitum*, vel *hoc ſuppoſitum naturæ humanæ*. Quod patet in ly *Deus*, licet enim rectè dicatur eſſe *unicus Deus*, non tamen bene dicitur eſſe *unum ſuppoſitum Deitatis*, ſed bene ſuppoſitum unicæ Deitatis.

Vnde plures perſonæ in noſtro caſu eſſent unus & idem Homo, ſicut Perſonæ Divinæ ſunt unus & idem Deus; non tamen unus & idem ſimpliciter: cuius ratio eſt quod adiectivum *unus*, *idem*, & ſimilia adjectivè ſumpta, dum ponuntur ſimpliciter, afficiant, & determinent ipſum ſuppoſitum: formam verò dum adiunguntur termino ſubſtantivo.

186. Si verò una perſona aſſumeret plures humanitates, videtur probabilius quod in eadem hypotheſi etiam tantum eſſet unus homo ita contra Vaſq. Amic. Perez &c. Suarez, Val. Sylv. Lugo & alii communius cum S. Th. hic q. 2. 7. ad 2. ubi hanc concluſionem aperte tradit, & contrarium, quod docuerat in 3. Diſt. 1. q. 2. a. 5. ad 2. tacite revocat tamquam minus conforme uſui communiter recepto, in quo (cum

in modo loquendi ſequendus ſit uſus communior) meritò fundatur hæc regula, quod ad unitatē cōcreti ſubſtātivi ſufficiat unitas formæ vel ſuppoſiti; at verò ad pluralitatē ſimpliciter, importantē negabilitatem unius de altero requiratur utriuſq; multiplicitas.

Prob. 1. quia iſto caſu conſtitueretur unicum ſuppoſitum: atqui juxta communem modum loquendi, ſuppoſitum non dicitur ſimpliciter plures res ſub aliqua denominatione, quamvis habeat plures formas, à quibus oritur denominatio, ut expreſſe habet S.Th. ſup. & probat ex eo quod homo duobus veſtimentis indutus non dicatur duo veſtiti, ſed ſolum unus veſtitus, & habens plures qualitates aut artes, unus qualis, aut unus artifex: quod non ſolum verum eſt, ut contendunt adverſarii, in adiectivis & ſubſtantivis accidentalibus; id eſt, ſignificantibus formam accidentariam ut artifex; ſed etiam in iis, quæ ſubſtantive ſignificant, ut Pater in Patre æterno qui ſecundum aliam rationem eſt principium generationis, & ſecundum aliam ſpirationis; nec tamen dicitur duo principia, ſed unum principium utriuſque proceſſionis: cum tamen principium ſignificet ſubſtantive: alioqui enim non eſſet, cur PP. & CC. tam conſtanter negarent tres Perſonas eſſe tria principia creaturarum cum adiective dici poſſint tres creantes.

Si una Perſona aſſumeret plures humanitates ex illis non conſtitueren tur plures homines de ſe invicem negabiles, ſed unus tantum, quia tunc unicum ſuppoſitum, quod non multiplicatur pro multiplicitate formarum, à quibus denominationem accipit: homo enim duabus veſti bus indutus dici inquit duo veſtiti deinde Chriſtus à duabus naturis viventibus non poteſt dici duo viventes de ſe invicem negabiles.

187. 2. Quia, ſi una perſona cum tribus humanitatibus conſtitueret tres homines, etiam cum duabus animalitatibus conſtitueret duo animalia, & conſequenter cum duabus naturis viventibus duos viventes, quòd dici nequit: cum in Chriſto ſit una Perſona cum duabus naturis viventibus, & tamen non ſunt duo viventes: alioqui enim, deſignato uno, poſſet dici; *hoc vivens vita increata*, ſcilicet Deus, *non eſt illud viuens vita creata*, ſcilicet homo; adeoque in Chriſto poſſet dici *homo non eſt Deus*, & contra, quod eſt hæreticum.

188. Dices cùm Perez & Amico quamvis in Chriſto admitti poſſint duo viventes ſubſtantive; non ſequitur poſſe unum negari de altero; quia inter ſe non differunt ſuppoſito, quod tamen neceſſariò requiritur ad negabilitatem unius de altero; quia,

potius entitas, quæ eſt eſſentia ut identificata perſonalitati Verbi, terminet unionem, adeoque ſit incarnata, ſcilicet mediante perſonalitate, medio à natura, ut eſt in Filio, ſolum ratione aut virtualiter diſtincto, modo explicato par. 1. pag. 27. n. 28. & pag. 192. n. 22.

Non poteſt tamen ſimpliciter dici incarnata.

170. Non poteſt tamen eſſentia aut natura Divina ſimpliciter dici unionem terminare aut eſſe in arnata quia nomine naturæ aut eſſentiæ, ſimpliciter deſignatur entitas divina prout eſt in tribus perſonis illiſque identificatur eſſe incarnata: quod falſum eſt, alioqui enim tres Perſonæ eſſent incarnatæ.

Quare licet quod convenit uni identificatorum, etiam ſimpliciter conveniat alteri, quando identificantur inter ſe realiter adæquate, hoc tamen non eſt univerſaliter verum, quando ſolùm identificatur realiter inadæquatè, qua ſolum ratione eſſentiam Divinam perſonalitati Verbi identificari patet ex dictis par. 1. locis n. præcedenti citatis.

Adde juxta pleroſque TT. in materia de Trin. ſufficere diſtinctionem rationis; aut virtualem, ut quod uni identificatorum realiter competit, alteri non conveniat, v. g. ut eſſentiæ Patris conveniat communicari, non ejus perſonalitati; perſonalitati Filij conveniat produci, non ejus eſſentiæ.

Quod convenit divinitati ſumptæ inadæquate, ſeu prout identificatur uni ex perſonis non convenit omnibus perſonis; quia ſicut identitas naturæ cum una ex Perſonis non convenit alijs perſonis ita nec illa quæ ei conveniunt ratione iſtius identitatis.

171 Quod convenit naturæ ratione ſui præciſe, ſeu ſumptæ ſecundum ſe, & adæquate convenit omnibus perſonis, ut bonitas &c. non verò quod ſolum convenit naturæ ſumptæ inadæquate, ut eſt in aliqua perſona, ſeu ratione identitatis cum una ex Perſonis.

Ratio eſt 1. quod ſicut iſta identitas naturæ cum una ex perſonis non convenit alijs perſonis, ita nec illa, quæ naturæ conveniunt ratione iſtius identitatis 2. quod ea, quæ conveniunt naturæ ſolum ratione unius perſonæ, formaliter ut talis, ei ſolum conveniant ratione ejus, per quod perſona illa formaliter aliis opponitur relative; jam autem manifeſtum eſt, id quod convenit uni oppoſitorum ratione ejus per quod formaliter opponitur alteri, non poſſe illi alteri oppoſito convenire; licet utrumque eidem naturæ identificetur.

172 Adde

172 Adde, quod non ideo præciſe natura ſit mediate incarnata, quia eſt realiter identificata Verbo ſed ut habet S.Th.hic q.3. a.2.ad 1. quia ab eo non differt ſuppoſito. Quam ob cauſa madhuc diceretur mediate incarnari; licet ab eo realiter differret ex eo præciſe quod incarnaretur ſuppoſitum, cujus eſt natura, ideo enim vere incarnaretur natura angelica, quamvis ſupponatur realiter diſtincta a ſua ſubſiſtentia, ſi huic uniretur natura humana.

Cum igitur Pater & Spiritus S. ſuppoſito differant à Verbo, non poſſunt dici mediate incarnari, eo quod natura ut eſt in ſuppoſito Verbi, ſit mediate incarnata.

173 Dices 1. Natura divina communicatur Filio, eidem non communicata Paternitate: ergo poteſt ſecundum ſe immediate uniri humanitati, eidem non unitis perſonalitatibus. R. N. ſequel. diſp. eſt, quod inter perſonalitates divinas & humanitatem nulla ſit oppoſitio, ratione cujus, natura per unionem humanitati communicata, eidem perſonalitates non communicentur: at verò inter perſonalitates divinas ſit realis oppoſitio, ratione cujus perſonalitates non poſſunt per identitatem communicari Perſonæ ſibi oppoſitæ, licet ei natura communicetur.

Licet Natura Divina poſſit communicari Filio, Paternitate eidem non communicata; non poteſt tamen immediate uniri humanitati niſi perſonæ eidem uniantur.

174 Ideo autem Verbum non facit humanitatem formaliter referri ad Patrem & Spiritum S. licet ei uniatur ſecundum proprietatem perſonalem, quæ eſt formalis relatio ad Patrem & Filium: quia illa Verbi relatio non eſt relatio informans, cujus proprium eſt referre ſuum ſubjectum; ſed ſolum eſt relatio terminans perſonaliter, cujus proprium eſt referre ſolam Perſonam quam conſtituit, non autem naturam quam terminat.

Hinc etiam naturam divinam, quam per identitatem terminat, non reddit formaliter relatam ad Patrem & Spiritum S. ſed ſolam Perſonam Filii, quam cum illa conſtituit.

Dices 2. bene ſequitur: *Deus creat, Filius eſt Deus, ergo Filius creat*: ergo etiam bene ſequitur: *Deus aſſumit humanitatem, Pater eſt Deus, ergo Pater aſſumit*

In hac propoſitione Deus creat,

Deus diſtribuitur, non in hac Deus aſſumit.

mit humanitatem: R. N. ſeq. diſp eſt, quod in poſteriori ſyllogiſmo ly *Deus* quod eſt medium; non diſtribuatur, in priori verò diſtribuatur: cum enim *aſſumere humanitatem* non conveniat Deo ratione ſui, ſicut *creare*, ſed ratione Perſonæ Verbi, non poteſt dici *omne quod eſt Deus aſſumit*, ſicut rectè dicitur, *omne quod eſt Deus creat*.

Poteſt natura Divina per ſubſiſtentiam communem, ſi detur immediate humanitatem terminare.

175. Si in Deo detur ſubſiſtentia communis, poteſt per eam natura Divina ut abſtracta à tribus Perſonis ſed prout eſt hic Deus, immediatè humanitatem terminare. Ita Suar Tan. contra Vaſq. Becan.

Prob. quia ſubſiſtentia communis ſi detur, eſt tam vera & proprie dicta ſubſiſtentia, quam relativa: ergo ſi relativa poſſit immediate humanitatem terminare, etiam id poteſt abſoluta, ſic quemadmodum Deitatem, in ea hypotheſi, vere facit ſubſiſtere, ſeu exiſtere per ſe, licet communicabiliter, ita idem præſtet humanitati: eo caſu hic Homo Deus ex illa unione immedite exurgens, non eſſet proprie Perſona, ſi ut nec Deus ipſe per illam ſubſiſtentiam communem & abſolutam, habet eſſe perſonam.

Dices: CC. & PP. non agnoſcunt aliam unionem ſubſtantialem poſſibilem quam in natura vel perſona R. 1. inde, ut ſummum habetur non dari in Deo ſubſiſtentiam abſolutam & communem, ut docui par. 1. pag. 222. num. 268. 2. Dici poteſt cum Suar. Vnionem terminatam ad ſubſiſtentiam communem reduci ad unionem in perſona; quia ſubſiſtentia illa communis eſt quædam inchoata perſonalitas; cum juxta ſuos Authores, conferat unum ex iis, quæ propria ſunt perſonæ nempe exiſtere per ſe, non tamen alterum, quod eſt exiſtere incommunicabiliter.

Non tamen immediate per ſeipſam.

176 Poſito autem quod non detur ſubſiſtentia abſoluta, non poteſt natura Divina immediate aſſumere aut terminare humanitatem. Ita Bonav. Suar. Vaſq. contra Argant. Val. Præpoſ.

Quia quæ ex illa viſione ſubſtantiali exur.

Prob. quia neque id poteſt ratione exiſtentiæ, ut volunt quidam Thomiſtæ; cum enim, ut ſuppono ex Metaph. exiſtentia non diſtinguatur ab eſſentia, implicat rem exiſtere per exiſtentiam alienam, etiam incre-

increatam: neque etiam ratione ſui, ſeu ſub ratione eſſentiæ vel naturæ; quia, quod exurgeret ex illa unione, utpote ſubſtantiali, eſſet ens ſubſtantiale unum per ſe, & non eſſet; neque enim eſſet unum in natura, cum ex pluribus naturis completis non poſſit fieri ens unum in natura; neque in perſona aut ſubſiſtentia, cum natura ut præciſa à quavis ſubſiſtentia non poſſit dare ſubſiſtere, ſeu eſſe perſonæ, ergo nullo modo eſſet unum per ſe, cum ens unum per ſe in genere ſubſtantiæ adæquate dividatur in unum in natura & unum in perſona, ſeu ſubſiſtentia.

geret eſſet & non eſſet unum per ſe.

177 Non eſt tamen cur negetur poſſe humanitatem de potentia abſoluta uniri Naturæ Divinæ unione accidentali non faciente unum per ſe ſubſtantiale, ſicut poteſt uniri alteri naturæ creatæ: in tali enim unione nulla apparet repugnantia. Idem ſentiendum eſt de accidentali unione cum attributis, ſic ut ea mediante humanitati non tribuantur effectus formales illis attributis proprii.

Non videtur repugnare naturam humanam uniri Divinæ unione accidentali, non faciente unum per ſe: repugnat tamen eam uniri vitæ Divinæ, ſicut per eam vivat; item immenſitati adæquatè non tamen inadæquatè ſecundum partem ejus virtualem, ſeu in ordine ad partialem ejus effectum formalem.

178 Quod ſi agatur de unione per quam humanitas accipiat effectus formales attributis proprios dicendum eſt 1. certum eſſe non poſſe humanitatem uniri Divinitati ſub ratione vitæ primæ aut ſecundæ, ſic, ut per eam conſtituatur vivens in actu primo, vel ſecundo v. g. potens intelligere aut actualiter intelligens: cum enim vita ſecunda ſit eſſentialiter actus moventis ſe ab intrinſeco & vita prima principium intrinſecum talis actus; impoſſibile eſt, ut vita, ſive prima ſive ſecunda habeatur ab extrinſeco quantumvis infinite perfecto.

2. Non poſſe etiam uniri Divinitati ſub ratione immenſitatis aut æternitatis, ſaltem adæquate, ſive ſic, ut accipiat effectum formalem adæquatum harum perfectionum; quia talis effectus repugnat limitationi creatæ.

Dixi *ſaltem adæquato*, quia mihi hactenus nulla oſtenſa eſt repugnantia cur non poſſit uniri iſtis attributis ſumptis inadæquate, id eſt, ſecũdum aliquam eorum partem virtualem, ſeu in ordine ad formalem effectum partialem, illis proprium; ita ut humanitas ſit hic v. g. per quod uniatur Divinæ immenſitati ut

exiſtenti hic & formaliter facienti Deum exiſtere hic ſeu preciſè ut æquivalentis ubicationibus ex eſſentia ſua ubicatum conſtituens hic, & non alibi.

Idem dic de unionis cum omnipotentia.

3. Poſſe Deum uniri creaturæ ſub ratione omnipotentiæ per unionem creaturæ ad omnipotentiam cum expreſſo decreto concurrendi ad omne id, quod creatura voluerit facere: in eo enim, ut rectè Amic. nulla apparet implicantia, eo autem caſu creatura non poſſet dici omnipotens ſimpliciter, & ſubſtantive (cum id importet omnipotentiam ab intrinſeco) ſed ſolum adjective, & ſecundum quid: ex his.

Patet probabiliter non repugnare naturam divinam accidentaliter uniri ſubſiſtentiæ creatæ, licet ei repugnet uniri in unitatem per ſe ſive ſic, ut per illā fiat ſubſiſtens, ita enim natura divina compleretur, & perficeretur à creatura, quod implicat, pro his V. Amic. Diſp. 14. ſect. 6. & 10.

Poſſunt plures Perſonæ Divinæ eandem natu. ram aſſumere; non tam in unitate perſonæ quod ſolum vult Anſelm.

179. Poſſunt plures perſonæ Divinæ ſimul eandem numero naturam immediate aſſumere ita S Th. Cajet. Suar. Vaſq. & alii communiſſime contra Scot. Ricard. Albert. Ad quos valde propendet Lugo & Amic.

Prob. quia nulla apparet implicantia neque ex parte perſonarum aſſumentium in quibus æqualis eſt virtus aſſumendi, & compoſſibilitas ſubſiſtendi in eadem natura cum de facto ſubſiſtant in eadem divinitate; neque ex parte naturæ aſſumptibilis, in qua eſt potentia obedientialis ut poſſit à pluribus aſſumi, ſicut in materia, ut poſſit pluribus formis totalibus informari.

Patet ex divinitate naturaliter in pluribus perſonis ſubſiſtente.

Confirm. eadem divinitas ſimul naturaliter ſubſiſtit in tribus ſuppoſitis; ergo etiam id poteſt humanitas ſupernaturaliter: licet enim naturæ divinæ ob ſuam infinitatem ita proprium ſit pluribus ſubſiſtentiis terminari eſſentialiter & per identitatem cum pluribus ſubſiſtentiis realiter inter ſe diſtinctis ut id nulli creaturæ communicari poſſit, non eſt tamen cur naturæ creatæ communicari non poſſit pluribus ſubſiſtentiis terminari accidentaliter, & per potentiam obedientialem.

Anſel.

Anſel. l. 2. *Cur Deus homo* c. 9. Nobis non adverſatur, ibi enim ſolum vult non poſſe plures perſonas eandem naturam aſſumere, ſic, ut ex illa aſſumptione reſultet una tantum perſona; quod patet dum ex eo quod addat ly *in unitate perſona*, tum ex ejus ſcopo qui eſt probare Patrem & Spiritum S. non aſſumpſiſſe humanitatem eò quod in Chriſto ſit unica perſona, & una perſona non poſſit reſultare ex natura pluribus perſonalitatibus terminata.

180. Igitur in caſu hujus concluſionis 1. non eſſet unica perſona, ſed multiplex pro multiplicitate ſubſiſtentiarum, quarum ſingulæ tribuerent eſſe perſonale ſibi proprium. Vnde eo caſu idem effectus (quod tamen abſolute non repugnat) non penderet à pluribus cauſis totalibus; non enim eadem perſona, quia, ut dictum eſt, non eſſet unica: non etiam eadem natura; hæc enim non pendet à ſubſiſtentia niſi improprie, & à poſteriori:

Eo caſu eſſet multiplex perſona pro multiplicitate ſubſiſtentiarum.

2. Humanitas terminaretur in ſuppoſito Verbi; adeoque in eo ſiſteret & non progrederetur ulterius, hoc ſenſu, quod acciperet ultimum complementum ſubſtantiale à ſubſiſtentia Verbi; ſicut, quatenus habens iſtud complementum, non foret ulterius complebilis; non tamen ſenſu, quod etiam ſpectatæ materialiter & ſecundum ſe, repugnaret aliud complementum ſimiliter ultimum in ſuo genere ab alia ſubſiſtentia ſimul accipere, quo caſu ulterius complementum ſuperveniens non adveniret enti completo formaliter ut completo, ſed ſolum completo materialiter & ſpecificative, id eſt non naturæ ut ſuppoſitatæ, ſed naturæ, quæ eſt ſuppoſitata in quo nulla eſt repugnantia; quia ut recte Martinon, hypoſtaſis reddit ultimo ſiſtens & incommunicabile alteri ut terminanti ſolum ſuppoſitum quod conſtituit, non naturam quam terminat & cum qua illud conſtituit, ut patet ex perſonalitate Patris in Divinis, quæ ſolum Patrem reddit incommunicabilem, non divinitatem, cum qua ſuppoſitum conſtituit.

Humanitas completa per ſubſiſtentiam Verbi eſt ulterius complebilis materialiter, non formaliter ut completa. Vnde ulterius complementum adveniret enti completo materialiter, non formaliter.

181. Si Pater aſſumeret humanitatem, prius aſſumptam à Verbo, neceſſario mediate aſſumeret

Si Pater aſſumeret humanitatem aſſumptam à Verbo, non propterea aſſumerit unionem multo minus perſonam Verbi.

omnia ei exiſtentia, quæ pertinent ad eſſe naturæ: non tamen unionem hypoſtaticam cum Verbo, & alia pertinentia ad aliud eſſe perſonale: cum enim illa nullum habeant ordinem dependentiæ ab aſſumptione, non eſt cur natura aſſumpta dicantur aſſumi. Quamquam varii admittant, nec improbabiliter, eo caſu unionem humanitatis ad Verbum à Patre quidem mediate aſſumendam, non tamen ipſam perſonam Verbi, quia nullo modo inexiſteret humanitati aſſumptæ.

Eſſet communicatio idiomatum inter hunc hominem & hunc Deum inter hunc & duas perſonas, non inter ipſas perſonas.

182. Si tres perſonæ Divinæ aſſumerent eamdem humanitatem, criretur communicatio idiomatum inter hunc hominem & hunc Deum, in prædicatis eſſentialibus, & communibus; item inter hunc Hominem & tres Perſonas etiam in prædicatis notionalibus, quia ab illis non differret ſuppoſito: non verò inter ipſas Perſonas in prædicatis perſonalibus: quia Perſonæ adhuc inter ſe differrent ſuppoſito.

Vnde cum radix communicationis idiomatum ſit identitas ſuppoſiti, eo caſu non magis perſonæ inter ſe communicarent quoad idiomata perſonalia ob unionem cum eadem natura, quam jam communicent ob identitatem cum natura Divina.

Quare in iſta hypotheſi, fallax eſſet hic ſyllogiſmus: *hic homo eſt Pater, hic Homo eſt Filius, ergo Filius eſt Pater*: ſicut iſte, *hic Deus eſt Pater, Filius eſt hic Deus, ergo Filius eſt Pater*: cujus ratio eſt, quod medium nempe *hic homo*, qui in ea hypotheſi, ratione pluralitatis ſuppoſitorum eſt terminus æquivalenter univerſalis, ſicut de facto eſt, *hic Deus*, non diſtribuatur, & in majore ſupponatur determinate pro una Perſona, in minore pro altera.

Si Pater eſſet incarnatus ex B. V. eſſet Frater ſui Filii: non tamen B. V. Avia Filij.

138 Si Pater eſſet incarnatus ex B V ex qua Filius eſt incarnatus, Pater æternus eſſet Filius Matris ſui Filij, & conſequenter frater ſui filii, non ideo tamen B. V. eſſet ſimul Avia & Mater Chriſti & Chriſtus ſimul Nepos, & Filius B. Virginis: quia B. Virgo non eſſet Mater Patris, ſpectati ſecundum eam naturam, ſecundum quam eſt Pater Filii, non enim ei communicaſſet naturam Divinam, ſecundum

dum quam ab æterno genuit Filium, ſed ſolùm humanam, quæ nullo modo eſſet principium generationis æternæ, qua Pater genuit Filium: ac proinde B. Virgo non eſſet ullo modo principium mediatum Filii & conſequenter nec ejus Avia. V. ſimilia apud Anſelm. n. 104.

184. Poſito quod in creatis detur ſubſiſtentia diſtincta à natura quæ per concreta ſubſtantiva aliquo modo importetur in recto, & quod ly homo in eadem prorſus ſignificatione dicatur de nobis & de Chriſto, hæc videntur dicenda.

1. Si plures Perſonæ Divinæ ſimul aſſumerent eandem numero humanitatem, compoſitum inde exurgens eſſet tantum unus homo. Ita S. Thom. Suar. Vaſq. & alii contra Marſil. Gabr. Prob 1. ex generali regula tradita à D. Tho. 1. p. q 36. a. 4. & q. 39. a. 3. quod concreta ſubſtantiva ad pluralitatem requirant pluralitatem ſui principalis ſignificati, & expliciti, qualis eſt natura humana reſpectu hujus concreti, *homo*, quæ in noſtro caſu eſſet unica, ergo &c. 2. Quia in Divinis tres Perſonæ ſunt unus Deus ob unitatem naturæ, ſicut Pater & Filius unus Spirator propter unitatem virtutis ſpirativæ. Ergo ſimiliter in noſtro caſu &c

Si plures Perſonæ divinæ aſſumerent eandem humanitatem, eſſet tantum unus homo.

185. Eo tamen caſu eſſent tres habentes humanitatem, ſicut in Divinis tres ſunt habentes Divinitatem non ideò tamen tres Homines; licet enim *Homo* idem ſit quod *habens Humanitatem*, quoad rem ſignificatam, non eſt tamen idem quoad modum ſignificandi. Cum *Homo* ſignificet ſubſtantive, & *habens humanitatem* adiective, quæ diverſitas ſufficit ut in noſtro caſu ſignum pluralitatis poſſit tribui habenti humanitatem, & non homini, quia dum tribuitur adiectivo, appellat ſolum ſuppoſitum; dum verò ſubſtantivo, præcipue formam, quæ in noſtro caſu eſt unica humanitas.

Eſſent tamen tres habentes humanitatem adiective, non ſubſtantive quia pluralitas attributa adiectivo appellat ſolum ſuppoſitum, dum ſubſtantivo, præcipue formam.

Ratio autem iſtius differentiæ adiectivorum à ſubſtantivis hæc communiter adfertur ex S. Thom. q. 39. a. 5. quod nempe adiectiva ſignificent formam per modum adiacentis ſeu accidentis, accidens autem ſicut ſuum eſſe habet in ſubiecto, ita ſuam unita-

tem aut pluralitatem, ſaltem quoad nos, ſumat à ſubjecto, & conſequenter etiam concreta adiectivè ſignificantia; at verò ſubſtantiva ſignificent formam per modum ſubſiſtentis, ſeu conſtituentis primum eſſe; ſubſiſtens autem, ſicut habet eſſe in ſe & non in alio, ita unitatem aut multitudinem habeat à ſe, & non ab alio: atque hinc fit ut ſubſtantiva accipiant ſuam unitatem à forma & etiam multiplicitatem ſaltem principaliter.

Item eſſet aliud & aliud ſuppoſitum naturæ humanæ, non tamen alius & alius homo, quia alius dum præfigitur homini deſignat alietatem etiam ipſius naturæ, non ſolius ſuppoſiti, ut dum præfigitur ſuppoſito unde plures perſonæ eſſent unus & idem homo, ſicut tres perſonæ divinæ ſunt unus & idem Deus:

Hinc in noſtro caſu eſſet aliud & aliud ſuppoſitum naturæ humanæ; non tamen alius & alius homo: quia licet *homo* quoad rem ſit idem quod ſuppoſitum naturæ humanæ, & pro eo ſupponat in recto, non eſt tamen idem quoad formale ſignificatum ut patet ex dictis: unde ly *alius*, dum apponitur homini, non ſolum deſignat alietatem ſuppoſiti, ut dum præfigitur ſuppoſito naturæ humanæ; ſed etiam humanitatis, quam homo diſtinctè ſignificat, quamque ideo ſolam afficiunt & determinant numeralia & demonſtrativa dum apponuntur huic voci *homo*; unde hi termini, *unus Homo*, *hic Homo*, ſic ſunt reſolvendi *ſuppoſitum unius*, vel *hujus Natura humana*: non verò ſic, *unum ſuppoſitum*, vel *hoc ſuppoſitum natura humana*. Quod patet in ly *Deus*, licet enim rectè dicatur eſſe *unicus Deus*, non tamen bene dicitur eſſe *unum ſuppoſitum Deitatis*, ſed bene ſuppoſitum unicæ Deitatis.

Vnde plures perſonæ in noſtro caſu eſſent unus & idem Homo, ſicut Perſonæ Divinæ ſunt unus & idem Deus; non tamen unus & idem ſimpliciter: cuius ratio eſt quod adiectivum *unus*, *idem*, & ſimilia adjectivè ſumpta, dum ponuntur ſimpliciter, afficiant, & determinent ipſum ſuppoſitum: formam verò dum adiunguntur termino ſubſtantivo.

186. Si verò una perſona aſſumeret plures humanitates, videtur probabilius quod in eadem hypotheſi etiam tantum eſſet unus homo. ita contra Vaſq. Amic. Perez &c. Suarez, Val. Sylv. Lugo & alii communius cum S. Th. hic q. a. 7. ad 2. ubi hanc concluſionem aperte tradit, & contrarium, quod docuerat in 3. Diſt. 1. q. 2. a. 5. ad 2. tacite revocat tamquam minus conforme uſui communiter recepto, in quo (cum

in

in modo loquendi ſequendus ſit uſus communior) meritò fundatur hæc regula, quod ad unitatẽ cõcreti ſubſtãtivi ſufficiat unitas formæ vel ſuppoſiti; at verò ad pluralitatẽ ſimpliciter, importantẽ negabilitatem unius de altero requiratur utriuſq; multiplicitas.

Prob. 1. quia iſto caſu conſtitueretur unicum ſuppoſitum: atqui juxta communem modum loquendi, ſuppoſitum non dicitur ſimpliciter plures res ſub aliqua denominatione, quamvis habeat plures formas, à quibus oritur denominatio, ut expreſſe habet S.Th. ſup. & probat ex eo quod homo duobus veſtimentis indutus non dicatur duo veſtiti, ſed ſolum unus veſtitus, & habens plures qualitates aut artes, unus qualis, aut unus artifex: quod non ſolum verum eſt, ut contendunt adverſarii, in adiectivis & ſubſtantivis accidentalibus; id eſt, ſignificantibus formam accidentariam ut artifex; ſed etiam in iis, quæ ſubſtantive ſignificant, ut Pater in Patre æterno qui ſecundum aliam rationem eſt principium generationis, & ſecundum aliam ſpirationis; nec tamen dicitur duo principia, ſed unum principium utriuſque proceſſionis: cum tamen principium ſignificet ſubſtantive: alioqui enim non eſſet, cur PP. & CC. tam conſtanter negarent tres Perſonas eſſe tria principia creaturarum cum adiective dici poſſint tres creantes.

Si una Perſona aſſumeret plures humanitates ex illis non conſtitueren tur plures homines de ſe invicem negabiles, ſed unus tantum, quia tunc unicum ſuppoſitum, quod non multiplicatur pro multiplicitate formarum, à quibus denominationem accipit: homo enim duabus veſti bus indutus dici inquit duo veſtiti deinde Chriſtus à duabus naturis viventibus non poteſt dici duo viventes de ſe invicem negabiles.

187. 2. Quia, ſi una perſona cum tribus humanitatibus conſtitueret tres homines, etiam cum duabus animalitatibus conſtitueret duo animalia, & conſequenter cum duabus naturis viventibus duos viventes, quòd dici nequit: cum in Chriſto ſit una Perſona cum duabus naturis viventibus, & tamen non ſunt duo viventes: alioqui enim, deſignato uno, poſſet dici; *hoc vivens vita increata*, ſcilicet Deus, *non eſt illud viuens vita creata*, ſcilicet homo; adeoque in Chriſto poſſet dici *homo non eſt Deus*, & contra, quod eſt hæreticum.

188. Dices cùm Perez & Amico quamvis in Chriſto admitti poſſint duo viventes ſubſtantive; non ſequitur poſſe unum negari de altero; quia inter ſe non differunt ſuppoſito, quod tamen neceſſariò requiritur ad negabilitatem unius de altero; quia,

cum negatio removeat totum prædicatum à toto ſubiecto, propoſitio negativa non poteſt eſſe vera, niſi prædicatum negatum ſit adæquate aliud a ſubjecto nempe quoad formam & quoad ſuppoſitum quod in præſenti non contingit.

Vbi eſt multitudo ibi eſt diſtinctio & ubi eſt diſtinctio ibi eſt negabilitas unius de altero.

R. N. aſſ. 1. quia ubicumque eſt multitudo ſub aliqua ratione, ibi eſt diſtinctio ſub eadem ratione: atqui ubi eſt diſtinctio, ibi non eſt aliud, cum diſtingui ex ſuo formali conceptu ſit unum non eſſe aliud: ergo ubi eſt multitudo, ibi unum poteſt negari de altero: ſi identitas ſuppoſiti in Chriſto non impediat viventium pluralitatem ſimpliciter, etiam non impediet negabilitatem unius de altero. 2. Quia falſum eſt quod prædicatum debeat adæquate diſtingui à ſubiecto, à quo removetur: cum de ſe invicem ſimpliciter & vere negari poſſint compoſita exurgentia ex pluribus formis totalibus, ſive ſimul, ſive ſucceſſive informantibus eamdem materiam, & tamen ſolum inadæquate diſtinguuntur: item de ſe mutuò vere & ſimpliciter Pater & Filius in Divinis, licet realiter includant eandem Deitatem: ex his.

Subſtantiva diſtinctius ſignificant formam, quam ſuppoſitum: pro hoc tamen ſupponunt in recto.

189. Colliges 1. nomina ſubſtantiva ſubſtantialia principalius importare naturam, principalitate diſtinctæ ſignificationis; non tamen principalius principalitate ſuppoſitionis; cum pro ea non ſupponat in recto, ſed pro ſuppoſito, ut patet ex eo quod hæ propoſitiones: *Verbum eſt Homo: Deus eſt Homo*, non faciant hunc ſenſum quo natura impetretur in recto *Verbum eſt humanitas ſubſiſtens: diuinitas ſubſiſtens in Verbo eſt humanitas ſubſiſtens in Verbo*: alioqui enim eſſent falſæ.

In ſubſtantivis ad multitudinem ſimpliciter requiritur pluralitas ſuppoſiti & formæ, ad unitatem ſufficit unitas formæ.

2 In ſubſtantivis plura requiri ad multitudinem ſimpliciter ſub aliqua appellatione; quàm ad unitatem: cum enim ad pluralitatem ſimpliciter ſecundum aliquam appellationem neceſſarium ſit, ut ſub illa appellatione unum poſſit negari de altero, non ſolum requiritur diverſitas formæ, ſed etiam ſuppoſiti; quandoquidem per negationem ſignificetur diverſitas ſuppoſitorum, pro quibus prædicatum & ſubiectum ſupponunt in recto: at verò ad unitatem nominis ſubſtantivi v.g. hujus *homo*, ſufficit uni-

tas

Digitized by Google

tas formæ, puta humanitatis; cum illa unitas ſufficiat ut plura ſuppoſita ſint *unus & idem Homo*, vel *hic Homo*, id eſt, *ſuppoſitum unius & eiuſdem humanitatis*, vel *huius humanitatis*: id eſt ſignificatur per ly, *hic homo*, *unus homo* &c. à quibus ſuppoſitum, importatur indeterminate & confusè; determinate verò & diſtinctè, *hac humanitas*, ſicut per ly *hic Deus*, quod quia ſignificat confuſe ſuppoſitum, & determinate ſolam Deitatem, rectè prædicatur de tribus ſuppoſitis Divinis, à quibus ſuppoſitum confusè ſumptum non diſtinguitur.

Signum unitatis præfixum ſubſtantivis afficit ſolam naturam at vero ſignum multitudinis etiam deſignat diverſitatem ſuppoſitorum requiſitam ad negabilitatem unius de altero.

Hinc unitas & multitudo ſubſtantivorum non debet attendi ſecundum principium idem adæquatè, ſed ſolum ſecundum idem inadæquate, quo ſenſu explicari debet S. Thom. 1. p. q. 39. a. 3. Omne alioqui adverſetur ſuæ doctrinæ hic quæſt. 3. art. 7. ad 2.

190. 3. Sicut ſignum unitatis præfixum ſubſtantivis, determinat ſolam naturam, ita ſignum multitudinis, determinat ſolam naturam per ſe primò; non tamen abſolute, ſive ſic, ut ne quidem ex conſequenti importet diverſitatem ſuppoſiti; cum enim importet unum poſſe negari de altero, quod fieri nequit niſi ſint diverſa ſuppoſita in recto ſignificata ex conſequenti deſignat etiam diverſitatem ſuppoſitorum, in quo differt à ſigno unitatis, quod (ſaltem formaliter, & in ſenſu uſitato) nullo modo deſignat unitatem ſuppoſiti ut patet in ly *unus Deus* & in hac propoſitione *eſt unicus Deus*: qua non ſignificatur eſſe unum ſuppoſitum divinitatis, alioqui eſſet falſa.

4. Ad multiplicitatem hujus ſubſtantivi, *perſona*, ſufficit pluralitas perſonalitatis, ejus formæ ut patet in divinis. Cujus ratio eſt, quod *perſona*, illud idem ſignificet principaliter, ſeu per modum formæ; pro quo ſupponit in recto, nempe perſonalitatem, qua proinde multiplicata multiplicat utrumque ejus ſignificatum, formale ſcilicet & rectum; & conſequenter perſona ſufficienter multiplicatur, ut poſſit una negari de altera. Quod non accidit in nominibus ſignificantibus naturam, qua præcisè mul-

Perſona multiplicatur multiplicata ſola perſonalitate, pro qua ſupponit.

multiplicata, non multiplicatur id pro quo ſupponunt in recto; ac proinde non habetur ſufficiens multiplicatio, ut poſſit unum negari de altero.

191. Si Pater aſſumeret humanitatem dimiſſam à Verbo, aut ſi Verbum hac humanitate dimiſſa aliam aſſumeret, utroque caſu maneret idem homo, quia quemadmodum, ſufficit unitas naturæ, vel ſuppoſiti, ut ſit unus homo, ita ſufficit identitas naturæ vel ſuppoſiti ut dicatur idem homo, ſaltem negative, id eſt, ſic ut non habeatur unus & alter homo de ſe mutuo negabiles

Dicendi eſſent tres homines caſu quo tres perſonæ aſſumerent eandem humanitatem ſi homo dicatur connotative de perſona aſſumente ut volunt nominales à natura non diſtinguentes.

6. Quod ſi tres perſonæ aſſumerent naturam Petri, & ſimul ſolus Pater naturam Ioannis, & ſolus Spiritus S. naturam Iacobi, Ioannes & Iacobus forent idem cum uno tertio, nempe cum Petro, non tamen inter ſe: quia non eſſent idem cum Petro ſpectato ſecundum idem ſuppoſitum, ſed ſecundum diverſa ratione quorũ eſſet æquivalenter univerſalis.

192. Hactenus dicta à n. 583. ſunt valde probabilia in hypotheſi ſententiæ communis de ſubſiſtentia poſitive diſtincta à natura: poſito tamen quod non diſtinguantur (ut ſ. ſeq. tuebimur tanquam probabilius, ſaltem attenta ratione) dicendum eſt cum Marſil. Gabr. & aliis nominalibus, quod ſi tres perſonæ aſſumerent eamdem humanitatem, forent tres homines: quia in ea hypotheſi *homo* aliter de nobis dicitur, aliter de Perſona humanitatem aſſumente; de hac enim ſolùm dicitur connotative ita ut ſignificet id quod eſt humanitas, ſicut in ea hypotheſi ſignificat, cum dicitur de nobis, ſed habens, ſive ſuſtentans humanitatem: atque eo caſu eſſent tres habentes humanitatem ſibi ſubſtantialiter conjunctam: ergo &c. 2. Si una perſona aſſumeret tres humanitates, eſſet unicus homo, quia unicum eſſet ſuppoſitum habens ſeu ſuſtentans humanitatem.

§. II.

Modus unionis ex parte naturæ aſſumptæ.

Potuit natura Angelica aſſumi à Verbo, in eo enim

193. Natura Angelica potuit aſſumi à Verbo ita S. Thom. hic q. 4. a. 1. ad 3. Vaſq. & cæteri communiſſime contra Albert. Prob. 1. Quia in eo nulla eſt implicantia, & videtur manifeſtum ex eo

quod

quod anima Chriſti ſeparata à corpore manſerit aſſumpta, 2. quia Apoſt. id apertè ſupponit ad Heb. 2. ubi exaggerans Dei affectum erga homines, dicit *nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit*. Hinc ſubſiſtentia Angeli, ſi detur diſtincta ab ejus natura, poteſt, hac non corrupta, per Dei potentiam corrumpi, ſaltem latè, id eſt, deſinere eſſe non deſinente natura.

nulla eſt repugnantia, idque ſupponitur ad Heb. 2.

194 De potentia abſoluta etiam aſſumi potuit à Verbo quælibet natura corporea completa, tam inanimata, quàm animata anima ſolum vegetativa aut ſenſitiva. Ita S. Th. in 3, diſt. 2. q. 1, a. 1 O. Scot. Suar. & alii communiſſimè contra Henriq. Mend. Prob. 1. ex PP. Tert. *lib de carne Chriſti* contra Marcionem c. 4. *Si re vera de lupa, aut vacca prodire voluiſſet, & fera, aut pecoris corpore indutus regnum cœlorum prædicaret, tua opinor illi cenſura præſcriberet, turpe hoc Deo, & indignum hoc Dei Filio, & ſtultum præterea. qui ita crederet, ſit plane ſtultum ſi de noſtro ſenſu judicemus Deum, ſed circumſpice Marcion (ſi tamen non delecti) ſtulta mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes*. Greg. Niſſ. in oratione catech. c. 12. Aug. & aliis apud Vaſq.

Idem quæli bet natura corporea, ſive animata, ſive inanimata.

2. Quia in eo nulla eſt repugnantia; cum ſubſiſtentia divina êminenter contineat virtutem terminativã cujuslibet ſubſiſtentiæ creatæ, & quælibet natura creata habet terminabilitatem obedientialem reſpectu cujuslibet ſubſiſtentiæ alienæ. 3. quia triduo mortis corpus Chriſti quamvis inanime, manſit aſſumptũ.

Hoc dicunt Tertul. Greg. aliique PP, quia ſubſiſtentia divina continet vim terminativam cujuslibet ſubſtantiæ, & naturæ terminabilitatem obedientialem reſpectu cujuslibet ſubſiſtentiæ,

195 Eo autem caſu lapis aſſumptus, eſſet perſona, quatenus eſſet Deus per communicationem idiomatum, & non eſſet ſecundum ſe & quatenùs lapis formaliter, ſeu quatenus ſubſtantia completa exurgens ex ſubſiſtentia Verbi & natura lapidis. Cujus ratio eſt, quod perſonalitas, ſumpta pro forma conſtitutiva perſonæ, non ſit quid ſimplex, ſeu ſpecialis ſubſiſtentia de cujus eſſentia ſit conſtituere perſonam cum natura ſibi unita; quæcumque illa ſit; ſed ſit quid complexum ex ſubſiſtentia quacumque, & certa conditione, nempe intellectualitate, connotata in natura per ſubſiſtentiam terminata.

Eo caſu lapis eſſet perſonæ per communicationem idiomatum non ſecundum ſe.

196 Licet natura irrationalis non poſſit elevari ad

operari

Poteſt natura irrationalis elevari ad eſſe divinum; non ad operari, adeoque ad majus licet non ad minus, quod eſt diverſi ordinis, incluſum in majori.

operari divinum v.g. ad Dei viſionem & fruitionem & alias ejuſmodi operationes vitales eſsentialiter procedentes à principio vitæ intrinſeco, poteſt tamen elevari ad eſse divinum quod majus eſt ſecundum quid, non abſolute. Deinde quamvis creatura non poſſit elevari ad majus, ſi non poſſit ad minus, quando majus & minus ſunt ejuſdem ordinis, aut minus includitur in majori; poteſt tamen quando ſunt diverſi ordinis & minus non includitur in majori, ut patet ex eo quod Angelus poſſit naturaliter intelligere,& ſupernaturaliter Deum videre, non tamen per ullam potentiam videre quod eſt minus.

Nec obſtat quod eſse ſit propter operari: hoc enim ſolum verum eſt de eſse naturali, quod ita ordinatur ad operari, tamquam formale principium operationum, ut ſaltem naturaliter non poſſit reperiri, ubi operari illi proportionatum eſt impoſſibile: non verò de eſse ſuppoſitali, quod cum nullam habeat operationem ſibi propriam, non eſt propter operari formaliter & immediate.

Deus per aſſumptionem fieri lapidem eſt indecens negative non poſitive.

197 Deum aſsumere naturam irrationalem, ſic ut ſit lapis, vel brutum &c. eſt quidem indecens negative, id eſt minus congruum, non tamen poſitive: cum iſta non magis Deum dedeceant, quam conſpui, flagellari &c. quia tamen quædam ex illis, juxta noſtram imaginationem magnam continent vilitatem, non ſunt temere dicenda de Deo, propter periculum irreverentiæ, ſicut ob eamdem rationem non debet fieri mentio præſentiæ, qua Deus per immenſitatem præſens eſt rebus ſordidiſſimis.

Dum S.Th. hic q.4. art. 1.O. ait: *unde relinquitur quod ſola natura humana ſit aſſumptibilis*, tantum vult, ut patet ex textu, ſpeciales reperiri congruentias ad aſſumptibilitatem in natura humana, quæ non ita reperiuntur in aliis.

Poſſunt partes eſſentiales ſeorſim aſſumi.

198 Poſſunt partes eſſentiales & integrantes ſeorſim hypoſtatice aſſumi: in eo enim nulla eſt repugnantia; eo autem caſu Deus non poſſet dici caput; quia communicatio idiomatum ſolum datur inter naturas ſubſtantiales completas: neque capitatus; quia iſta denominatio ſignificat habitudinem partis

partis ad totum integrale : unde ſolum poſſet dici habens caput, ſicut in triduo mortis ſolùm dici potuit habens animam ſibi unitam non verò anima aut animatus.

Non tamen accidens in unitatem ſuppoſiti; licet non videatur repugnare ipſum uniri divinæ ſubſiſtentiæ aut naturæ non ut ſubjecto, ſed ut enti per ſe exiſtenti, cui quatenus eſt entis ens connaturaliter exigit uniri.

199 Non poteſt aſſumi accidens in unitatem ſuppoſiti, ſive ſic ut proprie fiat ens per ſe ſubſiſtens: quia ſuppoſitum eſt eſſentialiter ens unum per ſe ſubſtantiale, repugnat autem accidenti ita uniri ſubſtantiæ divinæ, ut cum illa conſtituat ens unum per ſe ſubſtantiale.

Non poteſt etiam ita aſſumi, ut perſonæ divinæ inexiſtat tamquam ſubjecto informationis, aut dependentiæ: quia, cum iſta ratio ſubjecti involvat potentialitatem, dicit imperfectionem Deo repugnantem.

200 Poteſt tamen accidens, ſive in ſubjecto, ſive extra ſubjectum, à Deo aſſumi, hoc ſenſu, quod poſſit immediate uniri divinæ ſubſiſtentiæ, aut etiam naturæ præciſe ut enti per ſe, ita ut accidens ab ea terminative accipiat unum ex iis, quæ exigit ad exiſtendum connaturaliter, nempe uniri alteri ut per ſe exiſtenti, abſtrahendo à ratione ſubjecti informationis aut dependentiæ. Prob. quia in eo nulla apparet implicantia, neque ex parte Dei, in quo inde nulla argueretur imperfectio, ſed pura terminatio unionis, ut in hoc myſterio: neque ex parte unionis, cum poſſit dari unio, quæ nec ſit informatio, nec materializatio, ſeu dependentia à ſubjecto ut patet, tum hic in unione hypoſtatica humanitatis cum Verbo, tum juxta varios, in continuatione partium continui: neque etiam ex parte, accidentis quod per talem unionem haberet modum exiſtendi minus contrarium ſuæ connaturali exigentiæ, quam ſi foret ſimpliciter creatum nulli ſubſtantiæ affixum; quandoquidem per eam eſſet actualiter unitum enti ſimpliciter, quod quatenus entis ens connaturaliter exigit.

Quo caſu Deus non eſſet albedine albus, quod importat

Eo autem caſu non ſequeretur, Deum eſſe albedinem vel album quorum primum admittit Almainus, utrumque Tiphan. contra cæteros DD. communius utrumque negantes: non enim primum, quia communi-

informationem ſed habens albedinem.

municatio idiomatum ſolùm habet locum in naturis ſubſtantialibus completis non etiam ſecundum, quia ly *album* & ſimilia adjective ſignificantia important habitudinem informantis ad informatum, & informati ad informans: poſſet tamen dici habens albedinem, quod abſtrahit ab habitudine informantis, & à cæteris conditionibus ex parte ſubjecti requiſitis ad denominationem albi. V. Amic.

Certum eſt aliquem ſanguinem fuiſſe immediatè aſſumptum à Verbo.

201 Sanguis aliquis fuit immediate aſſumptus à Verbo eſt communis & ita certa, ut varii ſentiant eſſe de fide, Capreolus verò oppoſitam Durandi ſententiam cenſeat hæreticalem, Suar. erroneam.

Prob. 1. quia Script. PP. & CC. eodem modo Filio Dei tribuunt Sanguinem quo carnem (quam conſtat fuiſſe aſſumptam) ut ad Heb. 2. 14. ubi Apoſt. interprete Cyrillo, de Filio Dei ſic loquitur: *qui a pueri* (id eſt ceteri homines) *communicarunt carni & ſanguini, & ipſe* (nempe Filius Dei) *ſimiliter participavit iiſdem*. Quod etiam aperte docent Nazian. Epiphan. & PP Concilij Alexand. Epheſ. & Calcedon. apud Suar. & Vaſq.

Conſtat ex Script. CC. & PP. Ciril. Epiphan. Nazian. Clem. VI.

2. Ex Clem. VI. qui extravag. Vnigenitus *de pœnitentiis & remiſſ.* ſic loquitur de Chriſti Sanguine: *In ara Crucis innocens immolatus, non guttam Sanguinis modicam, quæ tamen ob unionem ad Verbum pro redemptione totius generis humani ſuffeciſſet, ſed velut quoddam profluvium noſcitur effudiſſe* ubi ly *ob unionem ad Verbum*, videtur certò referendum ad id, quod immediate præceſſit nempe ad *guttam Sanguinis*, & prout exigit ſubjecta materia, intelligendum de unione immediata.

Ratio eſt quod ſanguis ſit pars pertinens ad integritatem naturæ humanæ; quod ſupponit Trid. ſeſſ. 13. C. 3. docente ſanguinem

3 Ratione: quia Verbum juxta Damaſ. lib. 3. de fide c. 6. & alios PP. apud Vaſq aſſumpſit per ſe naturam humanam integram ac perfectam, & conſequenter omnes ejus partes: atqui ſanguis eſt pars pertinens ad integritatem naturæ humanæ. Ergo & c. Minor, in qua eſt tota difficultas. Prob. 1. & efficaciſſime ex Trid. evidenter ſupponente Sanguinem eſſe partem Chriſti, dum ſeſſ. 13. c 3. aſſerit, Corpus poni ſub ſpeciebus vini, & Sanguinem ſub ſpeciebus panis, vi naturalis connexionis, qua partes Chriſti Domini inter ſe copulantur. 2 ex Galen. Ariſt. D. Th.

Digitized by Google

Th. & omnibus Philoſophis ac Medicis, ſanguinem numerantibus inter partes animalium & ex communi ſenſu ac conceptu hominum, quo Corpus ſine ſanguine non cenſetur integrum & perfectum: unde etiam poſt reſurrectionem in corporibus glorioſis futurus eſt ſanguis.

poni ſub ſpeciebus panis.

202 Totus ſanguis vere ac proprie dictus, fuit immediate aſſumptus à Verbo. Ita Suar. Lug. & alii communiſſime contra Cajet. volentem ſolum ſanguinem vitalem fuiſſe aſſumptum, non tamen alimentitium Prob. quia Script. CC. & PP. dum eodem modo loquuntur de aſſumptione ſanguinis ac carnis, nihil diſtinguunt inter ſanguinem vitalem & alimentitium, & meritò, cum iſta diſtinctio nullum habeat fundamentum in antiquis Philoſophis ac Medicis, juxta quos omnis verus ſanguis eſt ejuſdem ſpeciei, & proximum alimentum viventis.

Totus ſanguis verus, ac propriè dictus fuit immediatè aſſumptus, cum PP. ſimpliciter docentes ſanguinem fuiſſe aſſumptum non diſtinguunt inter ſanguinem vitalem & alimentitium.

Adde quod ratio n. 200. allata æqualiter probet de quolibet ſanguine, & Clem. VI. ſupponat, quamlibet ejus guttam fuiſſe aſſumptam.

Si tamen nomine ſanguinis alimentitii intelligatur quidam humor, habens aliquas diſpoſitiones ad ſanguinem, necdum tamen ejus formam, dici poteſt non eſſe immediate aſſumptus.

203. Dices 1. S. Th. quodl. 5. a. 5. dicit *non totum ſanguinem nutrimentalem, qui ex cibis generatur, pertinere ad veritatem humanæ naturæ*; R. per ſanguinem nutrimentalem non intelligit minus perfectum, ut Cajet. ſed perfectum, ex cibo & potu ſuperabundantem, quem dicit non pertinere ad veritatem humanæ naturæ, hoc ſenſu, quod totus non ſit hic & nunc neceſſarius ad corporis conſiſtentiam, non verò hoc ſenſu, quod non ſit de ejus integritate.

Dices 2. ſanguis juxta Ariſt. & alios communius, non eſt animatus R. 1. id probabiliter negari à Cajet. Tolet. Mendoz. Ariaga, & aliis. 2. quamvis non ſit animatus; non propterea deſinit eſſe proprie pars corporis humani.

Quod verum eſt quamvis forte non ſit animatus; cum non ideo deſinat per ſe requiri ad conſiſtentiam corporis humani adeoque eſſe ejus pars actu neceſſaria ad conſervatio.

Dices 3. ergo natura humana non eſt phyſice unum per ſe: R. N. ſeql. quia licet variæ formæ & naturæ concurrant ad ejus integritatem omnes tamen ſubor-

nem unionis animæ cum corpore.

dinantur ad conſtituendam unam Phyſice naturam totalem. Illa autem ordinatio ſita eſt in eo, quod ſanguis ex ſua & corporis connaturali exigentia ordinetur ad ſervandum calorem naturalem, ſpiritus vitales, unionem cum anima, & ad omnes animæ functiones juvandas tamquam organum generale ita neceſſarium ad animalis conſiſtentiam, ut à quibuſdam vocetur, licet minus proprie, pars eſſentialis. Et licet corpori, ſeu toti animali ſolum uniatur unione præſentiæ localis, alio modo tamen unitur quam aer cum hic inſit animali, tanquam hoſpes, ingrediens & egrediens, nullo modo ut pars; ſanguis verò tanquam inſtrumentum domeſticum & connaturale, ad hunc ſolùm finem à natura inſtitutum, ut corpori & animæ inſerviat.

Dixi, *Phyſice*; quia Metaphyſice loquendo, homo & quodlibet animal, ſumptum pro compoſito exurgente ex omnibus partibus pertinentibus ad integritatem totalis principii phyſici operationum vitalium, non eſt ita ſtricte quid unum, ac ſunt inanimata homogenea.

Licet ſolùm ſit potentia pars ejus ſolida, aſſum. pta ob functione animæ, ut & corpus, & hoc ſenſu mediante anima.

204 Dices 4. Ariſt. 2. de partibus animal. c. 1. dicit ſanguinem non eſſe partem actu, ſed ſolum potentia: R. tantum vult non eſse partem ſolidam & permanentem quales ſunt os, caro, &c. eodem ſenſu loquitur S. Th. hic q. 31. a. 5. ad 1.

Dices 5. SS. PP. aſserunt Corpus Chriſti eſse aſſumptum mediante anima; R. tantùm volunt eſse aſsumptum propter animam ejuſque functiones in corpore exercendas in ſatisfactionem peccatorum. Quo etiam ſenſu ſanguis poteſt dici aſsumptus mediante anima, quamvis non ſit animatus, & per ſe immediate terminet unionem hypoſtaticam.

Sanguis effuſus, in reſurrectione reſumendus remanſit verbo unitus, &

205 Totus ſanguis in paſſione effuſus, in reſurrectione reſumendus, remanſit unitus Verbo toto triduo. Eſt communis & certa. Prob. 1. Quia caro & anima ideò remanſerunt unitæ in triduo mortis, quia erant pars humanæ naturæ à Chriſto reſumenda: ergo. 2. Quia ſi in triduo mortis calix fuiſſet conſecratus, Verbum per concomitantiam fuiſſet ſub ſpeciebus vini, juxta illud Ioan. 6.

Qui bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo

Sanguis in paſſione effuſus reſumptus eſt in reſurrectione totus moraliter, ſeu quoad maximam partem, ut omnes concedunt; probabilius eſt tamen quod non totus phyſice. Ita Sylveſt. Cajet. Lug. & alij contra Turrecr.

reſumptus eſt totus moraliter, non phyſicè.

Prob. 1. Pars: quia in Corpore Chriſti temperatiſſimo nihil aut parum ſanguinis ſuperfluebat. Ergo, cum pertineat ad integritatem Corporis humani, totus, aut (cum temperamentum non conſiſtat in indiviſibili) fere totus reſumptus eſt.

Prob. etiam 2. Pars. 1. quia in linteaminibus, lancea, & alijs inſtrumentis Paſſionis remanſerunt maculæ ſanguineæ, quæ non fuerunt purus color, cum colores non ſint activi, nec aliter communicentur, quàm per adhæreſcentiam ſubſtantiæ coloratæ. 2. quia in varijs Eccleſijs, ut Mantuæ, Brugis & alibi aſſervatur aliquid ſanguinis Chriſti, aut ſubſtantiæ ex ejus ſanguine relictæ. Quod tum ex conſtanti traditione, tum ex approbatione Leon. III. aliorumque Pontificum apud Lug. & alios, conſtat non eſſe ex imagine Beritenſi, ut vult S. Th. hic qu. 54. a. 2. ad 3. ſed ex ipſo Corpore Chriſti, ut indubitanter teſtatur Baron. ad an. 804. Confirmatur ex Bulla Pii V. apud Sylveſtrum, in qua dicitur veritati fidei nullatenus repugnare, affirmari redemptionem noſtram ex ſanguine in paſſione effuſo aliquam partem in terris reliquiſſe.

206. Si ſanguis Chriſti remanſerit in terris, non eſt amplius unitus Verbo. Ita Suar. Vaſq. Lug. & alij communius contra Valent. & Merat prob. quia cum iſte ſanguis non fuerit aſſumptus propter ſe, ſed propter totum, & jam neque actu neque potentia proxima (utpote numquam amplius reſumendus) remaneat pars Corporis Chriſti non eſt ratio, cur unionem retineat. Idem dicendum de carne præputij, quæ aſſervatur Romæ in Lateranenſi. Item de dentibus, quos, ut cæteri pueri, infans mutavit.

Qui remanſit in terris deſiit eſse pars Corporis Chriſti actu & potentia ad actum redigenda.

207. Certum eſt ſuppoſitum & naturam non eſſe ſynonyma, adeoque ſuppoſitum à natura, re aut

Certum eſt ſuppoſitum

à natura re aut ratione aliquo modo diſtingui : quo autem modo diſtinguatur incertum.

ratione aliquo modo diſtingui ; id enim à PP. & CC. ſæpius definitum eſt contra hæreticos ; qui ex falſa perſuaſione omnimodæ indiſtinctionis ſuppoſiti à natura, in graviſſimos errores lapſi ſunt ; ut Sabellius, qui ex unitate naturæ in Divinis unitatem perſonæ intulit ; Arius contra, Trinitatem naturæ ex Trinitate perſonæ intulit : Neſtorius verò ex duabus naturis duas in Chriſto perſonas aſſeruit, Eutyches, unicam in Chriſto naturam ex unitate perſonæ.

De modo autem, quo differt ſuppoſitum à natura, gravis eſt inter Philoſophos ac TT. controverſia. Cajet. Argent. Suar. Sylv. & alii docent ſuppoſitum naturæ ſubſtantiali completæ ſuperaddere aliquid poſitivum, quod Cajet. Mendoz. Arriag. volunt eſſe aliquid phyſicum ; Sotus, Fonſec. Suar. aliquid modale. Hanc ſententiam, tum §. ſuperiori n. 191. tum ſæpius alibi ſuppoſuimus, ut longe communiorem ; & vel ideo valde probabilem. Scotiſtæ verò, Nominales, & è noſtris VVading. & Tiphan. tenent ſolum ſuperaddere aliquid negativum, quorum ſententia, ſaltem ſpectata ratione, videtur probabilior.

Videtur probabilius ſuppoſitum nihil ſuppoſitivum ſuperaddere ſed ſolam negationem exiſtentiæ in alio, ſeu unionis cum altero ſe digniori.

208. Quare dicimus ſuppoſitum naturæ ſubſtantiali completæ, ſeu non ordinatæ ad unum per ſe componendum per modum actus vel potentiæ, nihil poſitivum ſuperaddere ; ſed ſolam negationem actualis exiſtentiæ in alio ut in toto, vel ut in ſuſtentante, ſeu à quo aliquo modo dependeat in eſſe aut operari (vel ut alii loquuntur) negationem unionis phyſicæ & realis cum alio digniori.

Prob. 1. quia ad conſtitutionem ſuppoſiti nulla eſt neceſſitas ſubſiſtentiæ realiter diſtinctæ : cum natura ſubſtantialis completa eo ipſo præciſe, quo non eſt unita alteri ut ſuſtentanti aut digniori, ſeu principaliori, ſit per ſe ſubſiſtens, ſeu exiſtens ut quid ſuum, non alterius, adeoque ſuppoſitum habens proprietates characteriſticis (id eſt, accidentia, ſaltem extrinſece & quoad nos, individuantia) ut ſuas & ſimiliter actiones, quæ ſunt ſuppoſitorum, ponens ut ſuas : contra verò eo, ipſo quo exiſtit in alio aut unitur in alteri ; ut ſupra non ſit ens per ſe ſubſiſtens ſeu ens ſuum, ſed alterius : atqui ideo natura humana à

verbo

verbo aſſumpta, non eſt perſona, quia unitur alteri ut ſuſtentanti aut digniori: Verbum verò non obſtante unione, qua hypoſtaticè unitur naturæ humanæ, retinet rationem Perſonæ, quia per illam non unitur alteri ut ſuſtentanti, aut digniori.

209. 2. Quia alioqui ly *homo* diceret naturam & ſubſiſtentiam realiter diſtinctam; adeoque in recto importaret vel ſolam ſubſiſtentiam, vel ſolam naturam, vel utramque: non primum, quia dicere, *Petrus eſt homo*, eſſet dicere, *Petrus eſt ſubſiſtentia hominis*, ſeu *ſuſtentans naturam humanam*; quod admitti nequit: alioqui enim admittendæ eſſent, hæ propoſitiones evidenter falſæ; *Petrus eſt ſubſiſtentia*, *Petrus eſt modus*, cum ſubſiſtentia hominis, ſeu ſuſtentans humanitatem, ſit verè ſubſiſtentia & modus: non etiam ſecundum, quia alioqui dicere, *Verbum eſt homo*, eſſet dicere, *Verbum eſt natura humana*, quod falſum eſt: non denique tertium, quia alioqui dicere, *Verbum eſt homo*, eſſet dicere, *Verbum eſt ſubſiſtentia & natura humana*, quod etiam falſum eſt.

Si ly homo importaret ſubſiſtentiã diſtinctam, ægrè poſſet verificari hæc propoſitio: Verbum eſt homo.

210. Confirmatur ex PP. apud Tiphan. & VVadding. 1. hypoſtaſim, ſeu perſonam definientibus ſubſtantiam ſeparatam, diſcretam, ſeorſim poſitam, id eſt non unitam alteri, ut principaliori, ſic ut ſit aliquid ejus; ut aperte docet B. Theodorus Cariæ Epiſcopus, tomo 9. Biblioth. novæ Patrum, ubi huic argumento Neſtorii: *Eſt in Chriſto natura humana perfecta cum proprietatibus, ergo & perſona*: reſpondet his verbis. *Eſt aliquid quod dicitur hypoſtaticum, & aliquid quod dicitur hypoſtaſis, & commune eſt utrique componi ex natura & proprietatibus: differunt tamen, quia hypoſtaticum eſt pars alicujus, hypoſtaſis verò non eſt pars, v.g. Petrus non eſt pars alicuius; quare eſt hypoſtaſis*. 2 ex PP. docentibus Verbum aſſumpſiſſe naturam cum omnibus ſuis proprietatibus, omnia noſtra, excepto peccato, ut Damaſc l.3. fidei c. 6. *Neque enim Deus Verbum quidquam eorum, quæ naturæ noſtræ inſeruiunt, prætermiſit, ſed omnia aſſumpſit, hoc eſt, corpus & animam eorumque proprietates*. Vnde videtur manifeſtum, perſonam humanam, quam certò

PP. Perſona definiunt ſubſtantiam ſeparatam diſcretam, id eſt, non unitam alteri ut principaliori.

Et docent Verbum aſſumpſiſſe omnia noſtra, excepto peccato, ac proinde ſubſiſtentia à Verbo non aſſumpta ex eorum mente non eſt poſitiva.

Verbum non aſſumpſit, ex mente PP. non importare aliquam proprietatem poſitivam, naturæ noſtræ à Deo inſitam.

Hanc ſententiam confirmat Tiphan. ex D. Tho. 1. par. qu. 3. art. 3. O. *In his igitur, quæ non ſunt compoſita ex materia & forma, in quibus individuatio non eſt per materiam individualem, ſed ipſa forma per ſe individuantur, oportet quod ipſa forma ſint ſuppoſita ſubſiſtentia: unde in ijs non differt ſuppoſitum à natura*; & pluribus aliis ejuſdem teſtimoniis, ex quibus patet S. Doctoris, quem pro ſententia oppoſita adducunt Thomiſtæ, ut minimum, eſſe dubiam, quod non negant Suar. & alij ex adverſariis, fatentes locum jam allatum vix eſſe explicabilem.

Conſentit S. Thomas.

211. Contra hæc opponunt præcipue adverſarii, quod ex noſtra ſententia ſequeretur varias PP. & CC. locutiones ac definitiones eſſe ridiculas, aut omninò falſas.

1. Enim, inquiunt, hæc propoſitio definita in V. Synod. Gener. Collat. 8. *Verbum divinum aſſumpſit naturam & non perſonam*, eſſet ridicula; quia ejus ſenſus eſſet, Verbum aſſumpſit naturam quæ non manſit inaſſumpta ſeu non unita; cum juxta nos, eſſe perſonam, ſit naturam non eſſe unitam.

In noſtra ſententia hæc propoſitio Verbum aſſumpſit naturam non perſonam, eſt æque ſeria ac illa C. Lateran. ſub Mart. 1. in Chriſto ſunt duæ naturæ non tantum.

2. *Verbum divinum ſupplet perſonam humanam*, eſſet falſa, cum perſonalitas Verbi non poſſit ſupplere perſonalitatem humanam, ſi non ſit quid poſitivum.

212. Verùm rectè reſpondet Tiphan. primam propoſitionem non eſſe ridiculam, ſed maxime ſeriam, & directè oppoſitam errori Neſtorii; quia (ut fuſe demonſtrat cap. 31.) ex mente PP. illius ſenſus eſt, quod Verbum aſſumpſerit naturam humanam unione Phyſica & ſubſtantiali, & non ſolum morali & accidentaria, ut volebat Neſtorius, propterea docens aſſumptam eſſe perſonam.

Adde varias locutiones in Philoſophia & Theologia illis ſimiles, abſque ulla abſurditate paſſim admitti: ut cum dicitur, *per adventum formæ pelli privationem ei ſuppoſitam*, quod in re idem eſt ac dicere, *formam advenire per adventum formæ*, cum pelli privationem formæ, reipſa non ſit aliud quam formam

mam advenire; ex quibus patet ſæpe fieri, ut ex duabus locutionibus plane idem ſignificantibus, una ſit abſurda altera non, præciſe propter diverſum ſignificandi modum, quorum unus ſit uſu receptus, alter ab uſu alienus.

Secundam verò dicit, falsò tribui Patribus, quos fuſe demonſtrat cap. 28. iſtam locutionem numquam uſurpaſſe, ne quidem per umbram; ſæpius tamen dixerunt aliud eſſe naturam, aliud hypoſtaſim: verum cum agerent de hypoſtaſi in genere, prout communi creatæ & increatæ, intelligendi ſunt de alietate rationis, non de reali per poſitivam entitatem naturæ ſuperadditam, de qua nullam unquam mentionem fecerunt, quod tamen, ſi ſubſiſtentiam re diſtinctam agnoviſſent, haud dubie non omiſiſſent ad ſolvendum hoc argumentum, quod à Neſtorianis valde urgebantur; *perſona non eſt aliud, quàm natura rationalis indiuidua & completa ſubſtantia: atqui humana natura eſt talis; ergo.* Ad quod non reſpondebant, perſonam ſuperaddere naturæ ſubſiſtentiam realiter diſtinctam; ſed connotationem ſeparationis ab alio, ut expreſſe Ruſticus Diacon. in Diſp. cum Acephalo, quæ habetur to. 9 novæ Biblioth. Patrum.

213. Fatemur quidem PP. ſubinde uſurpaſſe hanc locutionem: *Verbum conſumpſit* (ideſt, impedivit) *perſonalitatem naturæ humanæ*; & eſſe veram: non tamen propriam, ſic ut ſignificet, Verbum in natura humana impediviſſe aliquam entitatem poſitivam, quam alioqui habuiſſet, ſed impropriam, ſic ut faciat hunc ſenſum, Verbum aſſumendo naturam humanam impedivit, ne illi competeret denominatio perſonæ, quæ ei competiviſſet, ſi non fuiſſet aſſumpta: Verbum enim conſumpſit & impedivit perſonalitatem naturæ humanæ, non aliquid entitatis ei detrahendo, ſed ei addendo unionem ſubſtantialem ad aliquid ea dignius, à quo ſuſtentatur & perficitur. Similiter qui uni æqualium aut ſimilium aliquid addit tollit ac deſtruit æqualitatem aut ſimilitudinem, non per detractionem, ſed per meram additionem.

Verbum conſumpſit ſeu impedivit perſonalitatem naturæ humanæ non per alicujus entitatis detractionem, ſed per additionem unionis.

Quod ut melius intelligatur, advertendum, quod-

 libet

Omne ens creatum eo ipſoquo finitum & limitatum eſt incompletum ſaltem permiſſive, ſic ut poſſit uniri alteri ſe digniori, cum quo componat aliquid ſe perfective: ſecus increatum.

libet ens creatum, quamvis dicatur pure poſitivum, quia ſola poſitiva attenduntur in ejus definitione; eo ipſo tamen quo finitum, neceſſariò importare varias negationes, ſive formaliter, ſive conſecutive, adeoque poſſe fieri ex completo incompletum, non ſolum per detractionem, ſed etiam per meram additionem alicujus quod ante non habebat, vi cujus additionis veniat in compoſitionem unius entis per ſe: quod patet in gutta, quæ per meram additionem alterius aquæ fit pars, & deſinit eſſe ſuppoſitum, cum antea eſſet totum & ſuppoſitum.

214. Vnde etiam habetur, cur humanitas potius per unionem amittat rationem perſonæ, quam Verbum, quia nempe Verbo, utpote infinito, per unionem non fit proprie additio; cum ei nihil addatur, quo perficiatur, aut quod antea non haberet eminenter, ac proinde non perdit ſuam totalitatem, ut perdit humanitas aſſumpta, quæ per unionem ad aliud ſe dignius, à quo ſuſtentatur, deſinit eſſe ens per ſe ſubſiſtens, & conſequenter totum & ſuum, adeoque per additionem perdit rationem perſonæ: quia nempe naturam humanam eſſe perſonam, non eſt aliquid habere, ſed eſt aliquo carere, ſcilicet actuali exiſtentia in alio.

Nec obſtat, quod ſuppoſitum in divinis non conſtituatur formaliter per aliquam negationem, ſed per realem ac poſitivam perſonalitatem: nam (ut fatentur Lug. & alii ex adverſariis) a ſuppoſito divino ad creatum, nulla eſt conſequentia; cum ex admirabilis communicabilitate, qua natura divina indiviſibilis ac ſimpliciſſima, per identitatem communicatur tribus ſuppoſitis realiter diſtinctis non poſſit colligi ſimilis communicabilitas in aliqua natura creata.

Aſſumere naturam ex mente PP. eſt aſſumere per unionem phyſicam: at verò aſſumere perſonam eſt aſſumere per unionem moralem.

215. Hinc 1. aſſumere naturam & non perſonam, ex mente PP. adverſus Neſtorianos pugnantium, eſt aſſumere naturam rationalem per unionem qua fiat aſſumenti ſubſtantialiter conjuncta: at verò aſſumere perſonam eſt aſſumere naturam rationalem ab aſſumente ſubſtantialiter diviſam, ſeu aſſumenti non phyſice, ſed ſolùm moraliter unitam.

2. **Suppoſitum & ſubſiſtentia non eſt aliud, quàm**

natura

natura ſubſiſtens : natura verò ſubſiſtens à natura ſecundum ſe ſolum differt in eo, quod hæc abſtrahat à negatione exiſtendi in alio ; illa verò iſtam negationem connotet. Colligitur ex S Th.1.p.q.9.29. ar.2. O. ubi ait : *ſuppoſi um ſecundum quod per ſe ex.ſtit, & non in alio, vocatur ſubſiſtentia; illa enim ſubſiſtere dicimus, quæ non in alio; ſed in ſe exiſtunt.*

216. 3. Vnde ſuppoſitum rectè definitur ſubſtantia, ſeu natura ſubſtantialis completa non exiſtens in alio ; perſona verò, quæ minus late patet quàm ſuppoſitum, eſt natura intellectualis completa, non exiſtens in alio.

Suppoſitum eſt natura ſubſtantialis completa non in alio.

Hæc perſonæ definitio quoad rem non differt ab hac Boetii : *Natura intellectualis indi i idua ſubſtantia* ; cum ly *individua* ex mente Boetii idem ſit, quod exiſtens per ſe ſeu non in alio : ita enim illud intellexit S. Thom. hic qu. 2. art. 2. ad 3. *Non quodlibet individuum, etiam in natura rationali, habet rationem perſonæ : ſed ſolum quod per ſe exiſtit, non autem quod exiſtit in alio perfectiori ſcilicet in ſuo toto. Et hoc etiam poteſt ſignificari in eo quod perſona dicitur ſubſtantia individua. Licet ergo hac humana natura ſit indi iduum ſubſtantia : quia tamen non per ſe ſeparatim exiſtit, ſed in perfectiori, ſcilicet in perſona verbi, non habet perſonalitatem propriam*. 4. ly *homo*, prout de nobis dicitur, & *humanitas*, important omninò idem intrinſece & entitative, differuntque ſola connotatione negationis exiſtentiæ in alio : quam importat *homo*, non *humanitas* : unde agendo de Petro, aut quovis alio homine puro, non ſolum rectè dicitur, *Petrus eſt homo*, ſed etiam *Petrus eſt humanitas*.

217. 5. Ly Homo non dicitur de Deo & de nobis omnino univoce ; ſed, ut cum nominalibus docent Vaſq & alii, aliquo modo æquivoce, ſeu analogicè : quia licet dicatur univoce hoc ſenſu ; quod prout dicitur de Verbo ſignificet humanitatem ejuſdem ſpeciei & rationi cum noſtra ; non tamen hoc ſenſu, quod eam importet eodem modo, ſeu ſignificet eumdem modum illam habendi : cum *homo* dicatur de nobis abſolute & ſignificet, *habens humanitatem*

Ly homo, prout de nobis dicitur importat quoad rem plane idem quod humanitas ; unde non dicitur de nobis, & de Verbo omnino

nitatem intranſitivè, per eſſentiam & identitatem realem; at verò de Verbo dicatur connotative ſic ut ſignificet, *habens humanitatem tranſiti.è*, adeoque non per eſſentiam & identitatem, ſed per unionem Verbo contingentem. Iuxta hæc intelligenda ſunt, quę diximus ſup. nu. 191.

univoce ſiquidem de nobis ſignificat habens humanitatem intranſitivè, de verbo tranſitivo.

6. Natura creata nulla virtute ſubſiſtere poteſt ſubſiſtentia propria & aliena, cum repugnet eam exiſtere per ſe, ſeu non in alio, & ſimul exiſtere in alio. Vnde juxta hanc viam legitima eſt PP. conſequentia qui ex eo præciſe quod natura humana in Chriſto ſit unita Verbo, tanquam certum & indubitatum intulerunt, eam carere propria ſubſiſtentia, quæ illatio in aliorum ſententia non poteſt eſſe indubitata, quandoquidem probabile ſit, naturam, cum propria ſubſiſtentia realiter diſtincta, etiam juxta Arriag. & alios iſtius ſubſiſtentiæ defenſores, poſſe terminari ſubſiſtentia aliena: ac proinde hinc quoque non parum firmatur ſententia noſtra.

CAPVT V.

Sanctitas, Gratia & Scientia Chriſti.

§. I.

Sanctitas & Gratia Chriſti.

Eſt de fide Chriſtum fuiſſe Sanctum ex Luc. 1. ſanctum vocabitur Filius Dei.

218. EST de fide Chriſtum fuiſſe Sanctum, ſive illam Sanctitatem participaverit per gratiam habitualem, ſive per gratiam unionis. Patet ex Matt. 3. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Luc. 1. *Quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur Filius Dei.*

Certum eſt ex Scrip. PP. & communi DD. ſenſu Chriſtum habuiſſe gratiam habitualem; non tamen

219. Quamvis non ſit de fide Chriſtum habuiſſe gratiam habitualem, ut recte Vaſq. Lug. & alii contra Suar. eſt tamen ita certum, ut oppoſitum ſit temerarium. Prob. quia licet Eccleſiæ definitio, Script & Patrum teſtimonia hoc non convincant, cum omnia utcumque explicari poſſint de gratia unionis; multa tamen id adeo vehementer ſuadent, ut accedente communi DD. omnium conſenſu, non poſſit ſine temeritate negari, qualia ſunt illud Io. *Vidimus eum plenum gratia & veritatis,* & illud Iſa. 11. *requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ & intellectus,*

tellectus, *Spiritus Conſilii & fortitudinis*, *Spiritus Scientiæ & Pietatis &c.* Quibus, uti & pluribus A. than. Chryſoſt. Hier. Aug aliorumque PP. teſtimoniis apud Suar. clare videtur ſignificari, omnia dona gratiæ & Spiritus S. ad Sanctitatem pertinentia fuiſſe in Chriſto permanenter.

Dum Trid. ſeſſ. 6. Cap. 7. definit, juſtis omnibus ineſſe gratiam inhærentem, id eſt habitualem, ſolum loquitur de puris creaturis.

Fuiſſet quidem Chriſtus ſine gratia æque Sanctus, velut intenſive; quia per gratiam unionis fuiſſet infinite Sanctus, non tamen fuiſſet æque Sanctus extenſive, quia caruiſſet certo modo ſanctificationis, nempe per gratiam habitualem, quæ cum ſit radicale principium, & maxime connaturale operationum ſupernaturalium, Chriſto fuit debita, ſaltem moraliter.

de fide: quia Script. & PP. explicari poſſunt de gratia unionis, qua ſine gratia habituali fuiſſet æque ſanctus inten ſive non extenſive.

220. Fuit nihilominus Chriſti humanitas per unionem hypoſtaticam præcisè, independenter à gratia habituali, ſimpliciter Sancta. Ita D. Thom. Suar. Vaſq. & alii communiſſime contra Marſil. Dur. Prob. 1. ex Ioan. 10. *Quem Pater ſanctificavit & miſit in mundum &c.* quibus Verbis juxta Hilar. & Chriſoſt. apud Tolet. Chriſtus declarat ſe ipſa miſſione, id eſt, incarnatione, fuiſſe ſanctificatum.

Chriſti humanitas fuit Sancta per unionem hypoſtaticam independenter a gratia habituali.

2. Ex PP. Nazian. orat. 2. de paſchate, poſt med. *perfectus enim fuit; non modo propter divinitatem, qua nihil eſt perfectius, ſed etiam propter humanitatem divinitate delibutam, idemque effectam quoad id, quo peruncta eſt.* Athan. Aug. & aliis apud Vaſq. & Valent. dicentibus humanitatem Chriſti fuiſſe *divinitate ſanctificatam*, *deificatam*, *perfuſam*, ſicut ferrum candens ita igne perfunditur; ut quodammodo ignis evadat; item *unctam*, & divinitatem fuiſſe unguentum, aſſumptionem verò fuiſſe unctionem: in quem ſenſum explicant illud Pſ. 44. *propterea unxit te Deus &c.* Item illud Dan. 4. *ungatur Sanctus Sanctorum.*

Patet tum ex PP. dicentibus fuiſſe divinitati unitam & deificatam &c. tum ex ipſa notione ſanctitatis.

3. Ratione: quia juxta Trid. Seſſ. 6. Cap. 7. Sanctitas non eſt aliud, quam participatio divini eſſe, mundans ſuum ſubjectum a peccato, fundativa ami-

amicitiæ & filiationis Divinæ, ac hæreditatis bonorum æternorum: atqui unio eſt talis, cum per eam homo evehatur ad eſſe perſonale divinum, reddatur impeccabilis, objectum neceſſarium divinæ complacentiæ, Filius ei naturalis & conſequenter hæres æternæ gloriæ, dignus amore, cultu & adoratione creaturarum.

Æque dici poteſt ſanctificata unione quàm divinitate: tum utrumq; dicunt PP.

221. Humanitas Chriſti æque dici poteſt ſanctificata ipſa unione, ac divinitate cum utrumque uſurpaverint SS. PP. licet ſæpius dixerint ſanctificatam & unctam divinitate, quam oleo comparant.

Ratio eſt, quia ad ſanctificationem humanitatis Chriſti divinitas concurrit ut quod, unio verò ut quo, & ut quod, ſic ut ex utraque integretur adæquata ratio ſanctificationis, ſicut ex viſione & divina eſſentia adæquata ratio beatitudinis, ad quam viſio non habet ſe, ut mera conditio. Ita Amic & recentiores communiter contra Vaſq. & quoſdam alios docentes, unionem habere ſe ut puram conditionem ſine qua non: quod non videtur poſſe conſiſtere cum ſumma perfectione intrinſeca ipſius unionis, quæ etiam ſecundùm ſe eſt longe præſtantior participatio divinitatis, quam gratia habitualis, ac proinde etiam ſecundum ſe, & ut quod, debet hanc in ratione ſanctificandi non ſolum æquare, ſed & ſuperare.

Divinitas eam ſanctificat ut quod, unio ut quo & ut quod.

Et æque ſanctificatur à perſonalitate, quàm à divinitate; cum ab utraq; accipiat eſſe divinum &c.

222. Humanitas Chriſti non ſanctificatur formaliter à ſola divinitate ut ſic, ut vult Vaſq. neque à ſola perſonalitate ut ſic, ut Mendoza; ſed ab utraque, ut docent Lug. Amic. Perez & alii communius.

Prob. quia utraque eſt quid divinum & infinite amabile, adeoque aptum ad creaturam rationalem media ſui conjunctione evehendam ad eſſe divinum, eamque reddendam impeccabilem, hæredem beatitudinis & objectum neceſſarium Divinæ complacentiæ, & utraque ſufficienter unitur humanitati ad hos effectus formales illi tribuendos, cum perſonalitas uniatur immediate, Divinitas verò mediante perſonalitate ſibi identificata.

Immenſitas Verbi non reddit hu-

223. Dices 1. Immenſitas Verbi non reddit humanitatem immenſam, nec omnipotentia omnipotentem licet utraque ei realiter uniatur, ergo nec ſancti-

tas reddit ſanctam ; R. N. ſequel. Diſpar eſt, quod eſſe immenſum & ſimilia, ſint effectus formales pure phyſici & phyſice intrinſeci ; ac proinde haberi non poſſint niſi ab immenſitate & omnipotentia formaliter qua talibus phyſice intrinſecis ; per identitatem vel informationem, aut certè modo quodam ſpeciali unitis, ſic nempe ut immenſitas v. g. ſit unita adæquate & formaliter ut ubique; omnipotentia verò ſic ut aliqua ratione ſit ſubjecta ei, cui conjungitur, v. g. quoad liberum ejus uſum: at verò eſſe ſanctum, ſit quidam effectus moralis, conſiſtens in eo quod res ſit evecta ad eſſe divinum (quod formaliſſime habetur & perfectiſſimè per unionem cum perſona Dei) & conſequenter quod ſit munda à peccato, cum quo repugnantiam & incompoſſibilitatem omnimodam habet eſſe divinum, quod ſit digna Dei amore, creaturarum cultu &c. Quæ cum ſint effectus morales, haberi poſſunt, tamquam à fundamento proximo, à forma non ita intrinſeca phyſice, ſeu quomodocumque conjuncta; poſita enim qualicumque conjunctione formæ ſanctificantis, derivatur ſanctificatio moraliter intrinſeca in naturam ſanctificationis capacem ; varia tamen pro varietate conjunctionis & capacitatis ſubjecti.

manitatem immenſam, ſicut ſanctitas ſanctam quia eſſe immenſum non eſt effectus moralis, ſicut eſſe ſanctum; ſed merè Phyſicus à forma phyſice intrinſeca.

224 Hinc Calices, Crux, Corpus, Sanguis, Anima & Humanitas Chriſti, alio atque alio modo ſancta ſunt pro varietate capacitatis ſubjecti: nam anima & humanitas Chriſti habent ſanctitatem eas vehementem ad filiationem & hæreditatem Dei, ad jus poſſeſſionis Dei per viſionem, ad eſſe objectum divinæ dilectionis amicitiæ &c. cujus ſanctitatis incapacia ſunt Corpus, Sanguis, Crux & ſimilia inanimata quæ propter aliquem reſpectum ſpecialem ad Chriſtum ſunt ſancta ſanctitate illa reddente digna veneratione hominum. Quamvis humanitas Chriſti reddatur infinite ſancta ab infinita ſanctitate Verbi, in ipſum moraliter derivata ; non eſt tamen æque, aut eodem modo ſancta, ac ipſa perſona Verbi : quia nempe perſona Verbi longe altiori modo ſanctitatem participat, quam humanitas Verbo unita ; cum, perſona Verbi illam participet phyſice per eſſentiam & identitatem, huma.

Varii ſunt modi ſanctitatis pro varietate capacitatis ſubjecti, & unionis cum ſanctitate, ideo humanitas à ſanctitate Verbi non eſt æque ſancta ac Verbum.

humanitas verò ſolùm, ut media unione contingenti in ſe moraliter derivatam: ſic ut ſit quidem intrinſece ſancta (cum enim nemo poſſit eſſe ſanctus ſanctitate alterius, neceſſe eſt ut denominatio ſancti ſit aliquo modo intrinſeca) at non intrinſece phyſicè, ſeu per ſanctitatem ſibi intrinſecam, per identitatem aut informationem; ſed ſolum intrinſece moraliter æquivalenter in ordine ad varios effectus ſanctificationis. Ex his patet non poſſe à Verbo aſſumi humanitatem manentem in puris naturalibus, ut recte Vaſq. contra Duran. quia nempe ipſa aſſumptione ſanctificatur.

Dices 2. Si humanitatem ſanctificaret divinitas, etiam huic realiter identificatæ Perſonalitates Patris & Spiritus Sancti eandem ſanctificarent R. N. ſequl. quia effectus & denominationes divinitatis ſpectatæ non præcisè ſecundum ſe, ſed ut eſt in aliqua perſona non ſunt communes toti Trinitati.

Humanitas unita Angelo ſancto non ſanctificatur; quia non uniretur ejus ſanctitati, ſed ejus ſubſiſtentia aut naturæ non realiter ſanctæ.

225. Si tamen humanitas hypoſtaticè uniretur Angelo, quantumvis ſancto, non per hoc præciſe ſanctificaretur; quia cum Angelus non ſit per ſe ſubſtantialiter & ſe toto ſanctus, ſicut Verbum, ſed per ſanctitatem accidentalem ab ipſius natura & ſubſiſtentia realiter diſtinctam, humanitas non uniretur illi ut ſancto formaliter ſeu ſecundum rationem, ſecundum quam eſt ſanctus; ſed ſecundum ſubſiſtentiam aut naturam, ſecundum quam formaliter non eſt ſanctus; cum Angeli ſubſiſtentia aut natura non ſit realiter ſanctitas.

Quamvis humanitas denominetur ſancta à divinitate ſibi unita; Deus non denominatur peccabilis à natura humana peccabili ſibi unita: quia cum Verbum ſecundum ſe non ſit capax ullius denominationis perfectivæ aut imperfectivæ, cujus capacitatem in ſuo ſubjecto ſignificat omnis denominatio, à natura humana nullam accipit denominationem, niſi per communicationem idiomatum.

Cum Trid. ſeſſ. 6. c. 7. docet unicam eſſe cauſam formalem juſtificationis, nempe juſtitiam inhærentem ſeu gratiam habitualem, agit de forma ſanctificante puras creaturas.

226. Poſ-

226. Poſſet Chriſtus ſine gratia habituali, modo haberet actualem ordinis ſupernaturalis, elicere actus meritorios vitæ æternæ: quia gratiæ actualis auxilio poſſet elicere actus ſupernaturales infinite dignificatos ab unione; quibus proinde nihil deeſſet ad rationem meriti vitæ æternæ, aut alterius præmii ſupernaturalis. Imò etiam abſque ullo gratiæ auxilio, præciſe ratione unionis. Ita Sotus, Suar. & alii contra Nazar. Capre.

Poſſet Chriſtus ſine gratia habituali; immo ſine actuali elicere actus meritorios vitæ æternæ.

Prob. quia poſſet elicere actus naturales honeſtos, & bonos, ac proinde de ſe laudabiles & præmio dignos: atqui iſti actus infinite dignificarentur à perſona Verbi, cuius eſſent ut proprii ſuppoſiti, à quo procederent, ergo eſſent infinite meritorii cuiuſvis præmii ſupernaturalis. Prob. mi. infinita ſanctitas perſonæ Verbi, utpote ſubſtantialis ac perſonalis, haberet ſe antecedenter ad illos actus, eoſque moraliter informaret, & divinizaret modo ſup. explicato n.66. & ſeqq. ergo ab illa infinite dignificarentur: adeoque, quamvis in entitate naturales, redderentur infinite meritorii cuiuſvis præmii etiam ſupernaturalis: quia nempe improportio ad præmium ſupernaturale, quam defectu ſupernaturalitatis ex ſe habent, abundantiſſimè ſuppleretur per infinitam ſanctitatem ac dignitatem, quam mediante unione acciperent à perſona Verbi. Sic actus Chriſti ſupernaturales (ſcilicet per ſanctitatem perſonæ ſibi mediate communicatam) facti, ſunt meritorii de condigno remiſſionis omnium peccatorum, unionis hypoſtaticæ, & aliorum eiuſmodi præmiorum, quibus tamen, utpote pertinentibus ad ſupremum ordinem ſupernaturalitatis, ex ſe non minus erant improportionati, quam ſint actus naturales, præmii ſupernaturalibus inferioris ordinis.

Quia poſſet elicere actus honeſtos infinitæ dignitat s & ſanctificatos à perſona Verbi cujus eſſent ut proprii ſuppoſiti.

227. Vnde eo caſu huiuſmodi actus Chriſti eſſent præmio ſupernaturali proportionati, non quidem ſpectati phyſice & entitative, ſed ſpectati moraliter ſecundùm æſtimabilitatem moralem participatam à dignitate perſonæ Verbi, ſecundùm quam eſſent in ſupremo ordine ſupernaturalitatis. Et quamvis iſta æſtimabilitas non inſit phyſice, ſed ſo-

Actus Chriſti naturales ſunt proportionati præmio ſupernaturali non phyſice ſed moral

ter, quoad æſtimabilitatem.

lum moraliter actibus Chriſti, non propterea deſinit illos reddere dignos præmio phyſice ſupernaturali, cum ratio meriti conſiſtat in æſtimabilitate morali ad movendam voluntatem præmiantis. Aliud eſt de actibus honeſtis naturalibus hominis juſti: quia eius ſanctitas, cùm non ſit ſubſtantialis, ut eſt ſanctitas Chriſti, ſed accidentalis, non habet ſe antecedenter ad omnes ejus actus, ſicut ſanctitas Chriſti; ſed ad eos tantum, qui procedunt ex gratia.

Gratia unionis præcisè ſecundùm ſe fuit in Chriſto principium morale vitæ ſupernaturalis, ſeu actuum meritoriorum.

228. Fuit itaque in Chriſto gratia unionis, etiam præciſe & ſecundum ſe, principium morale vitæ ſupernaturalis, id eſt, actuum condigne meritorium vitæ æternæ. Vnde omnes honeſti actus Chriſti, præciſe qua Chriſti virtualiter referuntur ad finem ſupernaturalem, ad quem ipſe Chriſtus per gratiam unionis totus refertur. Adde, quod Chriſtus abſque ullo gratiæ ſupernaturalis auxilio potuerit ſaltem confuſe, actu naturali finem ſupernaturalem ſufficienter cognoſcere ad ſua opera ad illum referenda, ſi forte debeant ad hunc finem ab ipſo operante referri, ut ſint meritorii.

Cum ergo S.Tho. hic q. 2. a. 1. ad 2. ait: *oportuit eo eſſe gratiam habitualem; per quam humana operatio in eo eſſet perfecta*: intelligendus eſt de neceſſitate quoad convenientiam, & ad ſupernaturalitatem entitativam bonæ operationis.

Gratia habitualis Chriſti non eſt infinite intenſa, 1. quia infinitum creatum repugnat, 2. quia non fuit neceſſaria ad meritum infinitum.

229. Gratia habitualis Chriſti non eſt infinita quoad intenſionem. Ita S. Th. Suar. & alii communius contra Maior. Almai. & Petrum Mendoz. Prob 1. Quia ut paſſim docent Philoſophi ac TT. cum D. Thom. 1. p. q. 7. a. 2. quodlibet infinitum creatum repugnat. 2. Quia gratia infinita non fuit neceſſaria Chriſto ad infinitum meritum adeoque nec ad finem redemptionis. 3. Quia modus operandi infinitus, qui deberet ſequi ex gratia & habitibus infinitis, non eſt proportionatus animæ Chriſti, quæ quantumvis elevetur ad eſſe divinum, in ſe ſemper manet finita.

Dices Ioan. 3. habetur: *Non enim ad menſuram dat Deus Spiritum*; nempe Filio, ut patet ex contextu & ex communi PP. interpretatione: ergo ei dat gratiam infini-

Digitized by Google

infinitam R. N. ſequel. 1. quia ly *non ad menſuram* idem eſt quod *non parce*, ut rectè Tolet. & alii 2. quia poteſt intelligi, vel de dono, quod Pater æternus, communicavit Filio per æternam generationem, vel humanitati Chriſti & toti generi humano per incarnationem.

Quare gratia collata Chriſto fuit quidem eius dignitati proportionata, non tamen hoc ſenſu, quod illi fuerit adæquata, aut aliquo modo commenſurabilis cum illa: talis enim repugnat, etiam ſuppoſita infiniti poſſibilitate; cum nulla infinitas creata poſſit adæquari, aut ullo modo commenſurari infinitati increati Verbi infiniti in omni genere: ſed hoc ſenſu, quod illi fuerit maxime conveniens ad fines à divina ſapientia præſtitutos.

Eſt tamen ei conveniens ad fines à Deo intentos & hoc ſenſu proportionata ejus dignitati licet non adæquata.

230. Licet qualibet gratia finita potuerit Chriſto convenienter dari maior; non tamen eius dignitati debita fuit maior qualibet finita: etſi enim Chriſto gratia fuerit debita ſaltem debito morali, ſeu ex quadam decentia, tamquam ornamentum naturæ, per aſſumptionem evectæ ad eſſe divinum, maxime conveniens: ei tamen debita non fuit hæc aut illa in particulari ſeu determinate tanta vel tanta, ſed indeterminate aliqua excellens iuxta incarnationis fines & divinæ providentiæ leges à Deo definienda, ſicut ei definitæ ſunt perfectiones corporales, quæ non fuerunt infinitæ, nec ſumme finitæ, ut certum videtur in viſu, odoratu, auditu & ſimilibus, in quibus non eſt vero ſimile Chriſtum ſuperaſſe alia animalia, licet ratione unionis, non minus deberentur eius corpori perfectiones corporales in gradu excellentiſſimo, quam ſpirituales eius animæ.

Chriſto debita non fuit gratia aliqua determinatè ſed indeterminate aliqua excellens, per divinam providentiam determinanda.

Radix exigentiæ & debiti gratiæ in Chriſto infinita eſt quidem, ſc. dignitas perſonæ Verbi, ſed attemperata limitationi naturæ in qua exiſtit, cuius connaturali modo operandi magis proportionatur gratia finita, quam infinita. Exigit itaque Chriſtus exigentia morali, non phyſica gratiam perfectiſſimam omnium, quæ de facto dantur, non tamen omnium dabilium perfectiſſimam, qualis repugnat, nec determinate tantam vel tantam, ſed indeterminate

valde

valde excellentem à Divina Sapientia determinandam. Vnde exigit indeterminatam ex parte exigentiæ, non ex parte termini, quaſi exigat ut in actuali exercitio maneat indeterminata quod implicat.

Quamvis gratia Chriſti ſit finita & per certa meriti & gratiæ incrementa adæquabilis; non poteſt tamen purus homo de lege ordinaria ei parem aut ea maiorem ſibi acquirere: quia menſura vitæ & auxiliorum eſt unicuique ita taxata ut nullus poſſit merendo ſibi comparare gratiam habitualem Chriſti gratiæ parem.

Gratia in Chriſto non eſt ſimpliciter infinita in ratione gratiæ, ſed ſolùm ſecundùm quid.

231. Gratia in Chriſto non eſt ſimpliciter infinita in ratione gratiæ. Ita Albert. Scot. Dur. contra Caiet. Alvar. & alios: quia repugnat gratiam intenſione & perfectione ſimpliciter finitam ſecundum rationem genericam entis & qualitatis ſimul eſſe ſimpliciter infinitam ſecundùm rationem ſpecificam gratiæ.

Infinitatur quidem gratia habitualis in Chriſto ratione unionis, hoc ſenſu, quod per eam fiat principium actuum infinite meritoriorum: non tamen hoc ſenſu, quod ſecundum ſe humanitatem Chriſti infinite ſanctificet; cum enim gratia habitualis in Chriſto non dignificetur per gratiam unionis immediate ſed ſolum mediante humanitate cui inhæret, hanc quantum eſt de ſe, non magis ſanctificat, quam ſi abeſſet gratia unionis.

Quatenus fuit ſufficiens ad infinitos homines gratificandos, non per ſe, ſed per accidens.

Vnde licet gratia habitualis in Chriſto ratione unionis fuerit ſufficiens ad infinitos homines, ſi dentur, ſuis actibus meritorie gratificandos: non ideo fuit ſimpliciter infinita in ratione gratiæ: 1. quia aliòqui etiam voluntas in Chriſto & habitus naturales virtutum moralium ratione unionis habuiſſent infinitate in ratione voluntatis, habitus, &c. cum potuerint elicere actus naturales infiniti valoris in ratione meriti. 2. quia gratia habitualis in Chriſto non eſt mediis ſuis habitibus elicitiva actuum infinite meritoriorum per ſe; ſed ſolum (ſicut & voluntas) per accidens ratione unionis, à qua ſola, & nullo modo à gratia, procedit infinitas valoris actuũ meritoriorum ab humanitate Chriſti elicitorum.

Dices

Dices actiones Chriſti ſatisfactoriæ & meritoriæ fuerunt ſimpliciter infinitæ in ratione ſatisfactionis & meriti : ergo etiam ejus gratia fuit ſimpliciter infinita in ratione gratiæ R. N. ſql diſpar. eſt quod illæ fuerint, modo ſup. explicato n. 67 moraliter informatæ infinita dignitate perſonæ, per illas ſe Deo ſubmittentis, quod habituali gratiæ nullo modo convenit, cum gratia habitualis nullo modo ſanctificet humanitatem ut includens phyſice, aut moraliter dignitatem perſonæ Verbi, ſicut actiones Chriſti meritoriæ & ſatisfactoriæ Deum movent, ut illam includentes.

Gratia Chriſti non fuit moraliter in formata dignitate ejus perſonæ, ſicut ejus actiones meritoriæ.

232. Quare gratia in Chriſto ratione unionis ſolùm fuit infinita ſecundùm quid. 1. quia ordinatur ad unionem tamquam aliquid eam conſequens; unde ex ſuo fine tanta eſt, ut non poſſit dari major, ſeu quæ ad illum finem melius ordinetur. 2. Quia in Chriſto eſt principium actuum infinite meritorium modo jam explicato. 3. Quia non eſt data ad menſuram, ſeu reſtricte ad aliquos effectus, ut aliis datur, in quibus, teſte Apoſt. ſunt *diviſiones gratiarum*, ſed cum quadam illimitatione, ſic ut habeat omnia pertinentia ad rationem gratiæ per ordinem ad principium univerſale gratificationis; quo ſenſu, juxta S. Thom. hic q. 7. ar. 11. O. lux ſolis poteſt dici infinita, quatenus habet quidquid pertinet ad rationem lucis per ordinem ad univerſale principium illuminationis, cujus lux eſt inſtrumentum. Ex quibus patet S. Doctorem eodem art. O. dum ait, gratiam Chriſti eſſe infinitam in ratione gratiæ, ſolum velle eſſe infinitam ſecundùm quid.

Vnde ratione unionis ſolum fuit infinita ſecundum quid per ordinem ad principium, univerſale gratificationis.

253. Gratia Chriſti abſolute potuit augeri. Ita Capreol. Suar. Vaſq. & alii communius contra varios volentes gratiam Chriſti quamvis finitam eſſe ſummam, vel abſolute ut quidam Scotiſtæ ſentientes ea majorem creari non poſſe; vel, ut volunt Cajet. Nazar. & alii, reſpectu hujus ſubjecti, quod putant non eſſe capax majoris gratiæ.

Prob. quia id ex nullo capite repugnat; non enim ex parte Dei, cum ejus potentia ſit infinita; neque ex parte ipſius gratiæ, cum ſit finita, & non magis

Gratia Chriſti non eſt ſumma abſolute, ſic ut ea non poſſit dari major, nec reſpective ad ſuum ſubjectum, quod non ſit capax majoris gratiæ; unde ſimpliciter poteſt augeri.

habeat terminum intenſionis poſſibilis, quàm linea, cui in infinitum fieri poteſt additio, habeat extenſionis: neque ex parte ſubjecti, quia, licet ejus potentia naturalis ſit finita & limitata, utpote proportionata ejus entitati, in qua ſola fundatur, obedientialis tamen, per quam gratia recipitur, eſt omnino illimitata, & infinita terminative, cum fundetur in potentia Creatoris potentis elevare creaturam ſuam ultra quemlibet terminum ut recte S. Thom. qu. 20 de verit. ar. 3. ad 3. ubi dicit: *potentiam naturalem ad recipiendum poſſe totam impleri, non autem potentiam obedientiæ*, quæ extenditur in infinitum ſyncategorematice. Quare cum hic q. 7. a. 12. O ait: *ſic igitur manifeſtum eſt quod gratia Chriſti non poteſt augeri ex parte ipſius gratiæ; ſed nec etiam ex parte ſubjecti: quia Chriſtus à primo inſtanti ſuæ conceptionis fuit comprehenſor, unde in eo non potuit eſſe gratiæ augmentum ſicut nec in beatis*; ſolùm vult non poſſe augeri de lege ordinaria ut patet ex ly *ſicut in beatis*, in quibus conſtat poſſe augeri de potentia abſoluta. Dum verò ar. 11. dicit *anima Chriſti eſt creatura habens capacitatem finitam: unde eſſe gratiæ, cùm non excedat ſuum ſubjectum, non poteſt eſſe infinitum*: ſolùm vult gratiam Chriſti non poſſe eſſe infinitam categorematice, nec poſſe creſcere de potentia ordinaria, id eſt ordinata, & aliquo modo accommodata rerum naturæ, & ſubjectorum, ac præcedentium Dei decretorum exigentiæ; cum ejus argumentum non plus probet: non verò quod non poſſit in infinitum creſcere de potentia abſoluta abſtrahente à rerum exigentiis & præviis Dei decretis ac proinde extendente ſe ad omnia, quæ nullam involuunt contradictionem.

Cum potentia productiva augmenti gratiæ, in Deo & potentia obedientialis illius receptiva in Chriſti anima careant termino.

Aug. 15. de Trin. c. 26. Damaſc. 3 de Fide cap. 22. non tangunt præſentem controverſiam, ut recte VVadingus, ſed ſolum docent gratiam Chriſti fuiſſe perfectam, nos accepiſſe de ejus plenitudine, Chriſtum in ea non profeciſſe, nec potuiſſe proficere ſc. de potentia ordinaria.

Cum S. Th. videtur adverſari loquitur de potentia ordinaria, de qua etiam intelligendi ſunt Auguſtinus, Damaſcen. aliique PP. nobis objecti.

Aliqua intenſio eſt de eſſentia gratiæ, ſicut aliqua extenſio de eſſentia lineæ; non tamen tanta vel tanta: unde non ſequitur (ut opponunt adverſarii) quod

poſſit

poſſit creſcere quoad eſſentiam, ſi poſſit creſcere quo. ad intenſionem; patet à ſimili in extenſione lineæ.

234. Chriſtus eſt Caput Eccleſiæ qua homo, ſumendo ly *qua* non omnino reduplicative; ſic ut indicet rationem adæquatam, ſed velut ſpecificative, ſicut in hac propoſitione: *Chriſtus qua homo elicuit actus infinite meritorios*: ubi ly *qua* non reduplicat rationem adæquatam, cum ſola humanitas non ſit ratio meriti infiniti, ſed ſimul cum hypoſtaſi Verbi: eſt de fide ex Apoſt. ad Epheſ. 1. *ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam quæ eſt Corpus ipſius*.

Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, quia ceteris ejus membris præſtat eiſque vitam & motum influit, ſic ut caput phyſicum &c.

Ratio eſt quod habeat tres conditiones requiſitas & ſufficientes ad rationem capitis, quarum 1. eſt ut ſicut caput phyſicum eſt ſuprema pars corporis, ita caput morale dignitate præcellat iis, reſpectu quorum eſt caput 2. ut quemadmodum in capite phyſico omnes ſenſus vigent cum in cæteris membris unicus tactus aut pauci reſideant; ita in morali omnia gratiæ dona plenius ac perfectius reperiantur quam in membris myſticis. 3. ut ſicut in capite naturali eſt virtus influendi in cætera membra vitam & motum, ita in morali ſit vis influendi dona vitæ ſupernaturalis per gratiam & gloriam.

Quamvis Chriſtus ſimpliciter dicatur caput Eccleſiæ: non debet tamen appellari membrum Eccleſiæ abſque explicatione removente imperfectionem, quam ſignificat ly membrum, quod importat rationem partis & conſequenter dependentiam ab aliis partibus Chriſto nullatenus convenientem: unde in locutionibus metaphoricis non eſt verum iſtud axioma: *de quocumque dicitur ſpecies de eo & ſpecie; genus dicitur*: Cum Chriſtus in Script. dicatur *leo*, inde tamen non ſequitur quod poſſit dici brutum.

235. Chriſtus recte dicitur caput omnium hominum hoc ſenſu quod in omnes homines exceptis damnatis influat vitam naturalem & varios motus vitæ ſupernaturalis per illuſtrationes & inſpirationes ſanctas, eique omnes homines ut capiti ſubiiciantur actu vel potentia; & quidem actu 1. Beati per gloriam. 2 juſti per gratiam. 3. fideles per fidem, potentia vero aliquando in actum reducenda inju-

Ob eaſdem rationes dici poteſt caput omnium hominum, & Angelorum non tamen damnatorum

Digitized by Google

ſti & infideles aliquando convertendi ; nunquam autem in actum reducenda injuſti & infideles nunquam convertendi.

Chriſtus qua homo eſt etiam Caput Angelorum: quia etiam reſpectu Angelorum habet tres conditiones ad rationem Capitis neceſſarias & ſufficientes n. præc. recenſitas: cum illis præcellat dignitate gratiarum plenitudine, eiſque influat varias illuminationes, varia dona gloriæ & gaudiorum accidentalium.

Diabolus eſt caput omnium malorum ex Iob 41. ſimiliter Antichriſtus.

236. Diabolus dicitur a Sancto Thoma & aliis caput omnium malorum juxta illud Iobi 41. *Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ*; Ratio eſt quod homines per peccatum diabolo ſubiiciantur, ab eo regantur ad malum finem, quem ſibi præfixit, qui eſt eos avertere à Deo, iiſque ſuo malo exemplo & pravis ſuggeſtionibus malitiam influat.

Docet Sanctus Thomas etiam Antichriſtum poſſe dici caput omnium malorum: quia in eo erit plenitudo malitiæ eamque influet in omnes, quos malo exemplo, promiſſis & tyrannide ad peccatum pertrahet. Non erit tamen diabolus incarnatus ut quidam erronee docuerunt.

§. II.

Scientia Chriſti.

Chriſtus qua homo nihil cognovit nec cognoſcere potuit per ſcientiam increatam.

237. CHriſtus qua homo nihil potuit intelligere per ſcientiam increatam. Ita S. Thom. Bonav. & alii communiſſime contra Ioan. de Ripa, & Franc. bonæ ſpei. Patet ex dictis par. 1. pag. 48. num. 48. & ſeqq. ratio eſt, quod intelligere ſit actus vitalis, ad quem eſſentialiter requiritur produci à ſubjecto quod informat & denominat. Favet S. Leo (approbante VI. Synodo) docens in Chriſto non eſſe unicam operationem, quia implicat ut operatio unius naturæ fiat operatio alterius. Ægre hæc doctrina ſuſtineri poteſt in ſententia probabili eorum qui ad vitalitatem requirunt ſolam informationem juxta quam intellectio à Deo ſolo producta in noſtro intellectu nos redderet intelligentes.

238. Ha-

238. Habuit aliquam Scientiam, ſeu cognitionem præter divinam. Eſt de fide ex VI. Synod. act. 4. & 8. approbante Epiſtolam Agathonis Papæ agnoſcentis in Chriſto omnia duplicia. Fuit autem in Chriſto viatore triplex ſcientia, beata ſc. indita, ſeu infuſa, & acquiſita. Beata complectitur viſionem claram divinæ eſſentiæ, rerum poſſibilium in Verbo formaliter, & exiſtentium cauſaliter, modo explicato par. 1. pag. 7. n. 78. Vnde habet pro objecto primario Deum, pro ſecundario creaturas in Verbo. Hanc ſcientiam Chriſtum habuiſſe & quidem in matris utero docet Euſeb. Cæſarien l. 10. Evangelic. demonſtrat. c. ult. ubi Chriſtum introducit ſic loquentem cum Deo: *Cum adhuc intra cellam geſtantis me in utero laterem, te Deum meum videbam* Fulg. reſp. ad quæſt. 3. Ferdinandi Diac. in fine: *Certum eſt igitur Chriſto*, id eſt, *animæ ejus plenam totius divinitatis ineſſe notitiam*; aliique PP. & omnes TT. Vnde hæc concluſio eſt certa; non tamen de fide ut quidam volunt; quia omnia Scripturæ teſtimonia ac PP. præterquam Fulg. poſſunt explicari de Chriſto qua Deo.

Eſt de fide Chriſtum habuiſſe aliquam ſcientiam à divina diſtinctã eſt certum habuiſſe beatam.

239. Hac ſcientia anima Chriſti non comprehendit divinam eſſentiam: eſt communior & certa tum ex dictis par. 1. pag. 87. num. 71. ubi probavimus divinam eſſentiam eſſe intellectu creato incomprehenſibilem; tum ex Concil. Baſileenſi ſeſſ. 22. Vbi damnatur hæc propoſitio Auguſtini de Roma; *Anima Chriſti videt Deum tam clarè & intensè, quàm clarè & intensè videt ſeipſam.*

Qua non comprehendis divinitatem intellectui creato incomprehenſibilem. Vnde PP. in contrarium citati intelligendi ſunt de notitia perfectiſſima non comprehenſiva.

Quare Fulg. ſup. ſic explicandus eſt, ut per *plenam deitatis notitiam* non intelligat comprehenſivam, ſed perfectiſſimam quæ de lege ordinaria haberi poteſt: vel certe dicendus eſt comprehenſionem divinitatis Chriſto qua homini tribuere per communicationem idiomatum.

Iſidorus l. 1. de ſummo bono c. 3. dum ait: *Trinitas ſibi ſola nota eſt & homini aſſumpto*: juxta S. Th. tantum vult Chriſtum qua hominem habuiſſe cognitionem SS. Trinitatis perfectiſſimam comparative ad alias creaturas, & per ordinem ad fines incarnationis non tamen comprehenſivam. Alii volunt ſic

legendum eſſe : *ſola Trinitas ſibi nota eſt & humanitas à Chriſto ſuſcepta*, quæ tertia *eſt in trinitate perſona* : ſic ut, licet obſcure, exiſtat hic ſenſus verus, quod nempe ſoli Trinitati Trinitas & incarnationis Chriſti myſterium ſit integre cognoſcibile & comprehenſibile.

Non cognovit in Verbo omnia poſſibilia actualiter, cum hoc ſuperet vim intellectus creati.

240. Neque hac ſcientia cognoſcit in Verbo omnia poſſibilia actualiter, id eſt ſic ut actu omnia ſimul repræſentet. Eſt S.Th Suar.& aliorum communius contra Greg. Albert. docentes animam Chriſti ſcire actu omnia quæ Deus ſcit, ſed non eadem claritate. Prob.quia talis cognitio, eſt intellectui creato impoſſibilis, ut oſtenſum eſt par. 1.p.78 n.83.Quamobrem illud Apoſt.ad Coloſſ. 2. *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ*, ſolum verificatur de Chriſto ratione divinitatis, per quam Chriſtus, qua Deus, varia cognoſcit, quæ non cognoſcit qua homo.

Hinc non ſequitur animam Chriſti habere aliquam imperfectionem, ſc. ignorantiam infinitorum poſſibilium;cum enim iſtorum cognitio non ſit Chriſto, qua homini, debita ejus carentia non eſt imperfectio privativa & proprie dicta,ſed mere negativa.

241. Probabilius videtur quod nec habitualiter,id eſt ſic ut pro libitu poſſit ſe applicare ad ea in quantalibet multitudine finita actualiter cognoſcenda, ſicut nos reſpectu eorum,de quibus habemus ſpecies, quamvis de illis non cogitemus actu, quia, cum talis cognitio, adeo univerſalis & ſupereminens, non pertineat ad ejus ſtatum, nullum eſt fundamentum eam Chriſto tribuendi.Oppoſitum tamen eſt probabile : ſi intelligatur hoc ſenſu, quod animæ Chriſti debitus fuerit concurſus ad cognoſcendum pro ſuo libitu quodcumque cognoſcibile, non formaliter per viſionem Beatificam, quæ eſt invariabilis; ſed cauſaliter per actum ab ea aliquo modo reſultantem,ut explicatum eſt par. 1.pag.73 n.78.& ſeqq.

Cognovit tamen omnia præterita, præſentia & futura uſque ad diem judicii actualiter.

242 Hac ſcientia cognovit non ſolum habitualiter, quod eſt certiſſimum ſed etiam actualiter omnia præterita,præſentia, etiam ſecreta cordium, ſaltem uſque ad diem judicii incluſive. Prob. quia iſtorum cognitio pertinet ad ſtatum Chriſti, tum quatenus

nus omnium dominus, gubernator, caput Eccleſiæ, tum quatenus conſtitutus eſt judex univerſorum, illuminator cordium, quorum ſecreta Chriſto nota fuiſſe, patet ex Matt. 9 *Cum vidiſſet cogitationes eorum*. Ioan. 2. *Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine*.

243. Videtur probabilius animam Chriſti cognoviſſe, ſaltem habitualiter, non ſolum ſuas, ſed etiam omnium creaturarum intellectualium cogitationes futuras tota æternitate. Ita S. Th. & alii communius. Ratio eſt, quod iſta cognitio pertineat ad Chriſti ſtatum & dignitatem ei connaturaliter debitam, cum enim in perpetuum futurus ſit omnium dominus & gubernator, decet eum ſcire quid tota æternitate actur i ſint ejus ſubditi.

Et probabilius futura tota æterni. tate habitualiter non ſimul actualiter omnia diſtincte: talis enim cognitio deberet eſſe infinita actu.

Non videtur Chriſtus ſimul unico actu diſtincte cognoviſſe, aut potuiſſe cognoſcere omnia abſolute futura. Prob. 1. quia non apparet ulla neceſſitas ei tribuendi ſimultaneam omnium futurorum notitiam; cum ad ejus dignitatem & officium ſufficiat illa cognoſcere habitualiter, ſeu eorum notitiam habere ita in promptu, ut eorum quælibet in particulari, & quamlibet eorum multitudinem finitam poſſit, quotieſcumque voluerit, actu cognoſcere: id enim ſufficit, ut ſemper dici poſſit nihil ignorare eorum, quæ ad ejus ſtatum pertinent. 2. Quia ſimultanea & diſtincta cognitio omnium futurorum tota æternitate, videtur excedere virtutem intellectus creati & finiti: cum enim talis cognitio eſſet contentura per æquivalentiam formalem, & remanendo in eodem ordine, ſuperatura infinitas cognitiones poſſibiles incremento æquali perfectiores ſemper ac perfectiores, quibus repræſentari poſſent majores ſemper ac majores futurorum collectiones, deberet eſſe infinita actu, ſicut potentia adæquata productiva perfectiorum ſemper ac perfectiorum in infinitum, debet eſſe infinita actu, licet ejus terminus ſit tantum infinitus ſyncategorematice,

Adde quod talis cognitio ſupponeret in potentia vim attendendi infinitam actu. Poſito autem quod creaturæ ut exiſtentes, non videantur in Verbo formaliter, ſed ſolum cauſaliter, ut dictum eſt par,

1. pag. 79. n. 84. cognitio creaturarum exiſtentium in aliqua temporis differentia pertinens ad hanc ſcientiam, eſt actus ſcientiæ infuſæ, viſioni beatificæ connaturaliter debitæ.

Chriſtus habuit ſcientiam per ſe infuſam; idque ab initio ſuæ conceptionis, uti & beatam.

244. Scientia indita, ſeu per ſe infuſa, eſt, quæ naturæ exigentiam ita exceditur propriis intellectus creati viribus acquiri non poſſit: ac proinde ex ſe poſtulet a Deo infundi. Infuſa per accidens eſt quæ quidem ſtudio acquiri poteſt, ſubinde tamen abſque ullo labore per gratiam ſpecialem à Deo infunditur.

Hanc ſcientiam uti & beatam habuiſſe Chriſtum idque ab initio ſuæ conceptionis, docent S. Thom. Capreol. Cajetan. Suar. & alii communius contra Alenſ. Almai. Gabr.

Prob. quia iſtæ ſcientiæ à primo inſtanti fuerunt ipſi debitæ ratione unionis, nec ea fuit ratio earum conceſſionem differendi, cum eorum carentia nihil conferre potuerit ad fines incarnationis, & tamen ex noſtris imperfectionibus eas ſolùm ſuſceperit quæ ad illos fines conducebant.

Confir. 1. ex illo ad Heb. 10. *Ideo ingrediens in mundum dixit hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem adaptaſti mihi, tunc dixi ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam*, quibus ex communi interpretum conſenſu Chriſtus ſignificatur fuiſſe prædiʈus uſu rationis & conſequenter ſcientiis ipſi ut Dei Filio debitis primo inſtanti ſuæ conceptionis.

2. Specialiter de infuſa quia Chriſtus qua viator debuit habere aliquam cognitionem, qua dirigeretur ad eliciendos actus meritorios; cum ergo non habuerit fidem, quæ, ſaltem connaturaliter, ſtare nequit cum viſione circa idem, debuit habere ſcientiam per ſe infuſam.

3. Quia ut comprehenſori debebatur cognitio rerum creatarum in ſe ipſis, per ſpecies proprias & quidditativas, qualem certò habent animæ Beatæ, ſive ſeparatæ, ſive conjunctæ: ergo &c.

Hac ſcientia cognovit clare & intuitive gratiam,

245. Per hanc ſcientiam ſcil. infuſam cognovit clare & intuitive res creatas ſupernaturales actu exiſtentes, v.g. gratiam habitus, & actu virtutum ſupernaturalem; lumen gloriæ, viſionem Beatificam, amorem

morem patriæ &c. Ita S. Thom. Suar. & alii contra Durand. Prob. quia res illæ, quamvis ſupernaturales, non ſunt obiectum primarium ſcientiæ beatificæ; ergo ex natura rei poſſunt eſſe objectum primarium ſcientiæ inferioris, quæ poſſit viatoribus communicari; non alterius quam ſcientiæ per ſe infuſæ, quæ pertinet, ad ſtatum & officium Chriſti etiam quatenus ſe extendit ad hæc objecta, quorum ipſe eſt author, ſaltem in hominibus, ac doctor, & in quibus ita præcelluit, ut quoad hæc dona fuerit omnium caput, etiam Angelorũ ut ſup. n. 234. oſtenſum eſt. lumen gloriæ, viſionē beatificam, unionem hypoſt. & cætera ſuper naturalia creata.

Vnde per hanc cognovit divinam eſſentiam, myſterium Trinitatis &c. clare; non tamen directe; intuitive & in ſe, ſed indirecte abſtractive & in alio; v. g. in viſione Beatifica, quæ non poteſt cognoſci intuitive clare ut in ſe eſt, niſi in ipſa indirecte cognoſcatur divina Eſſentia ad quam dicit eſſentialem ordinem tamquam repræſentatio ejus, ut in ſe eſt, clara & diſtincta; non objectiva, ſed formalis, id eſt, Deum clare; & in ſe formaliter repræſentans ei, cuius intellectui ineſt ſubiective; non verò ei cuius viſionem terminat objective: huic enim ſolum repræſentat Deum abſtractive, & in alio; ſicut etiam gratia habitualis, unio hypoſtatica, & ſimilia, quæ ſunt ſpecialis divinæ eſſentiæ participatio, non formalis, quaſi aliquid divinitatis realiter includant; ſed exemplaris, & imitativa, quatenus ſuum objectum ſanctificando imitative divinizant.

246. Eadem ſcientia cognovit res omnes naturales, etiam cogitationes cordium, clare & intuitive. Ita S. Thom. Cajet. Suar. contra Durand. Gabri Prob. quia cum ſcientia per ſe infuſa, qua anima Chriſti cognovit res ſupernaturales, eminenter contineat ſcientiam naturalem, fuit ſufficiens ad cognoſcendas res naturales; ſicut intellectus ſufficiens ad cognoſcenda ſpiritualia, etiam ſufficit ad cognoſcenda materialia: ergo, cum decuerit hominem Deum viatorem altiori modo cognoſcere res naturales: quàm eaſdem ſua virtute naturali cognoſcat Angelus, etiam illas cognovit per actus ſcientiæ per ſe infuſæ. Item res naturales etiā cogitationes cordium.

247. Contingentia præſentia per hanc ſcientiam cogno- Et qualibet contingen-

Digitized by Google

tia præſentia in ſeipſis intuitive; præterita verò & futura per ſpecies proprias, vel in aliquo medio, v.g. in revelatione.

cognovit in ſeipſis intuitive, idque modo eſſent intra ſphæram ejus viſibilitatis, abſque ſpeciebus. Patet ex dictis de Angelis par 1. pag. 268. n. 567.

Præterita verò & futura cognovit, vel (ut videtur velle Cajet.) intuitive per ſpecies natura ſua repræſentantes clare & in ſe objectum ut exiſtens in ſua temporis differentia, poſito quod in aliqua exiſtat, adeoque ut præteritum ſi in præterita, ut futurum, ſi in futura temporis differentia exiſtentiam habeant: hujuſmodi enim ſpecies & cognitio non repugnant ut oſtenſum eſt par. 1. pag. 275. n. 579. vel certe ut vult Suar. ea ſolum cognovit abſtractive, mediate & indirecte, hoc eſt in aliquo medio habente neceſſariam connexionem cum earum exiſtentia in ſua temporis differentia v. g. in aliqua revelatione ſibi à Deo facta, intuitive cognita, potuit enim Deus intellectui Chriſti imprimere actum ſupernaturalem per modum ſimplicis imaginis repræſentativum exiſtentiæ præteritorum & futurorum in ſua temporis differentia, eumque actum potuit Chriſtus per hanc ſcientiam intueri, & evidenter penetrare omnem ejus habitudinem ad obiectum, & ad Deum, ejus principium, adeoque clare & intuitive cognoſcere, iſtum actum eſſe locutionem Dei infallibilem, neceſſariò connexam cum exiſtentia obiecti, & ſic abſque ulla difficultate certò & clarè; licet abſtractive, & in illo ut medio cognoſcere contingentem futurorum, aut præteritorum exiſtentiam in ſua temporis differentia.

Sic tamen ut ejus cognitio non fuerit actus fidei.

Nec ideò admittenda eſſet fides in Chriſto: quia cum iſte actus non ſit obſcurus, ſed clarus & evidens, nec nitatur revelatione ut motivo propter authoritatem dicentis, ſed ut medio in quo propter phyſicam, & neceſſariam ejus connexionem cum objecto, evidenter cognitam in habitudine ad Deum ut infinite veracem, non poteſt eſſe actus fidei, nec diſcurſus, cum ſit ſimplex intuitus contingentem rei exiſtentiam in ipſa revelatione intuitive penetrata, clare repræſentans.

Obiectum ſcientiæ per

Quare obiectum ſcientiæ per ſe infuſæ primarium & directum, ſunt res creatæ ſupernaturales, indirectum,

ctum, myſteria divinitatis, modo ſup. explicato. nu. 244. ſecundarium directum, res creatæ naturales.

Se infuſæ primarium eſt ens creatum ſupernaturale, ſecundarium naturale, indirectum Deus.

248. Habitus hujus ſcientiæ eſt ſupernaturalis in ſubſtantia: etiam quatenus verſatur circa naturalia: quia eſt complementum potentiæ ad actus ſupernaturales in ſubſtantia, ſaltem quatenus attingit objecta ſupernaturalia. Vnde cum ſit unicus & ſimplex habitus, eſt ſupernaturalis, etiam quatenus attingit objecta naturalia, cum præſertim in illa tendat modo elevatiori quam ut habitui naturali poſſit competere.

Videtur probabilius, quod diſtinguatur à lumine gloriæ, quamvis enim non appareat implicantia, cur iſta lumina non poſſint in unum coaleſcere, non videtur tamen connaturale, ut actus objectis, & modo tendendi ita diverſi, quales ſunt ſcientiæ infuſæ & beatæ, ab uno & eodem habitu procedant: alioqui enim etiam fides, & viſio dici poſſent procedere ab eodem habitu ſupernaturali.

Chriſtus utebatur hac ſcientia independenter à phantaſmatibus.

249. Chriſtus in uſu hujus ſcientiæ non dependebat à phantaſmatibus, ac proinde poterat illa uti ſine converſione ad phantaſmata id eſt, ſimul tempore non repræſentando per phantaſiam idem, aut aliquid affine ei: quod per hanc ſcientiam intelligebat. Ita S. Th. Suar. & alii communiſſime contra Dur.

Per ſpecies infuſas nullam habentes connexionem cum ullo ſenſu.

Prob 1. quia, cum ſpecies hujus ſcientiæ eſſent per ſe infuſæ, nullam habebant connexionem cum ullo ſenſu interno. 2. Quia alioqui ſequeretur Chriſtum non habuiſſe ab initio plenum uſum rationis & vim merendi, defectu phantaſmatum, quæ ſucceſſive acquiruntur, quod repugnat Apoſt ad Heb. 11. Vbi dicit Chriſtum ingredientem in mundum, id eſt, primo inſtanti ſuæ conceptionis, ſe Deo obtuliſſe ad explendam ejus voluntatem.

250. Chriſtus non potuit uti hac ſcientia cum ſtricte ſumpta converſione ad phantaſmata: quia hoc importat dependentiam cognitionis à phantaſmatibus, qualis non potuit eſſe in uſu hujus ſcientiæ; cum enim eius ſpecies ei ſubſervientes eſſent per ſe infuſæ nullum habere potuerunt commercium cum ullo ſenſu: potuit cum late ſumpta, qua-

Vnde ea non potuit uti cum propriè dicta converſione ad phantaſmata, nec cum diverſa formali.

qualiter importat meram concomitantiam abſquè dependentia. Ratio eſt quod potuerit Chriſtus hac ſcientia utens circa ejus objectum, aut aliquid ſimile imaginativam phantaziando occupare.

Nec cum diſcurſu formali. Ita Bonav. Richar. Suar. & alii communius contra Thomiſtas Valent. Raguſ. quibus favet S Th. Prob. quia actus hujus ſcientiæ habet rationem ſimplicis intuitus rei in ſe vel in alio ut medio cognito, v.g. attingendo effectum in cauſa, abſque compoſitione, & diviſione, ſicut exercentur judicia Angelica circa ea , quæ evidenter cognoſcunt; atqui hic modus cognoſcendi eſt incapax diſcurſus formalis ad quem requiritur tranſitus à noto ad ignotum per illátionem cognitionis ignoti ex cognitione antecedenter noti.

Hinc Matt. 17. v. 25. vel ſolùm uſus eſt diſcurſu externo, vel interno procedente à ſcientia acquiſita ex ſe diſcurſiva, uno ex his ſenſibus S. Th. variè explicant; ſed, quantum apparet, violente.

251. Videntur potuiſſe Chriſtus ex iis, quæ hac ſcientia per proprias ſpecies cognoſcebat, alia inferre, quorum non habeat ſpecies proprias, v g. quædam futura ſub conditione, vel per vim naturalem intellectus, vel per habitum aliquo modo ſimilem noſtro Theologicæ.

Fuit ſemper in aliquo uſu hujus ſcientiæ, quam per voluntatem applicare potuit ad uſum, nunquam tamen in actu adæquato, quo ad futura in æternum.

Chriſto à primo inſtanti ſuæ conceptionis ſemper fuit in aliquo uſu hujus ſcientiæ, cum hoc fuerit ejus dignitati conveniens, & conforme naturæ ſcientiæ infuſæ, quippe quæ, cùm non dependeat à converſione ad phantaſmata, nec ſomno, nec alia ſive interiori ſive exteriori occupatione impediri potuit.

Non videtur tamen Chriſtus unquam fuiſſe imo nec eſſe potuiſſe in actu adæquato hujus ſcientiæ quo ad omnia futura per totam æternitatem : quia attentio ad infinita ſimul diſtinctè cognoſcenda debet eſſe infinita, ac proinde ſuperat vim finitam intellectus creati, aut ſaltem non poteſt ei eſſe connaturalis. Potuit tamen per hanc ſcientiam quoties voluit cognoſcere omnia futura uſque ad diem iudicii; cum hæc ſint finita, & eorum notitia ſpecialiter pertineat ad ſtatum iudicis.

252. Po.

252. Potuit autem Chriſtus per ſuam voluntatem applicare hanc ſcientiam ad uſum huius ſpeciei potius, quam alterius, ſive ad repræſentanda hæc obiecta potius, quam alia, ſicut iſta voluntas non præſupponeret cognitionem, ad quam movebat; 1. per directionem ſcientiæ Beatæ, quæ ſemper erat in actu 2. per directionem alicuius cognitionis confuſæ huius ſcientiæ v.g. volendo cognoſcere ea, quæ tali vel tali tempore eſſent futura potius quam alia.

253. Scientia acquiſita eſt, quæ propriis intellectus creati viribus acquiri poteſt, licet ſubinde quibuſdã ex ſpeciali Dei privilegio infundatur per accidẽs.

Probabilius eſt animam Chriſti habuiſſe ſcientiam naturalem noſtræ ſimilem, non ab initio ſibi à Deo infuſam, ſed ſucceſſu temporis, propriis actibus acquiſitam. Ita S.Th. hic q. 12. art. 2. O. Vbi expreſse revocat oppoſitum quod docuerat in 3. diſt. 14. q. 3. a. 3. quem cum Thomiſtis ſequuntur Vaſq. Valent. Amic. contra Bonav. Scot. Suar. Præpoſit. Probabilius eſt Chriſtum habuiſſe ſcientiam naturalem propriis actibus acquiſitam.

Prob. 1. ex Script. Luc. 2. *Ieſus proficiebat ætate & ſapientia*. 2. ex Conc. Epheſ. & PP. Amb. Hier. Aug. & alii apud Amic. locum Lucæ citatum explicantibus de profectu in ſapientia. 3. Ratione 8. 1. quia, cum non ſint adſtruenda miracula ſine neceſſitate, perfectiones naturales Chriſto tribuendæ ſunt modo maxime connaturali, atqui ergo, 2. Quia, cum habitus huius ſcientiæ pendeant à converſione ad phantaſmata. debuiſſent defectu phantaſmatum & ſufficientis diſpoſitionis organorum diu eſſe otioſi ac ſuperflui; ſi ab initio fuiſſent infuſi. De hac enim ejuſque incremento intelligunt PP. illud Luc. 2. proficiebat ſapientia.

254. Dices 1. Damaſc. l. 3 de fide cap. 12. & alii PP. apud Suar. negant Chriſtum in ſcientia profeciſſe, R. ſolum voluntChriſtum ſimpliciter nihil didiciſſe, quod ante non ſciverit ullo genere ſcientiæ: non autem nihil ſcientiæ de novo acquiſiviſſe, qua ceperit rem aliquam certo ſcientiæ modo cognoſcere, quo ante eam non noverat: alioqui enim nequidem ſcientiam experimentalem de novo acquiſiviſſet, quam tamen acquiſiviſſe fatentur adverſarii, & aperte docet Paulus ad Hæbr. 5. *Cum eſſet filius Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam*. Damaſc. ſolum vult Chriſtum nihil didiciſſe quod prius neſciret.

Virtutes naturales ei fuerunt infuſæ ab initio, non hac ſcientia quæ alioqui defectu ſpecierum fuiſſet diu otioſa.

Dices 2. habitus virtutum naturalium, probabilius ſunt ab initio infuſi: ergo etiam habitus huius ſcientiæ R. N. ſequel. diſp. eſt quod ſi hi fuiſſent ab initio infuſi, fuiſſent, ut oſtenſum eſt, aliquando otioſi; ſecus illi; cum potuerint ab initio per ſcientiam infuſam ad ſuos actus dirigi. Deinde habitus virtutum naturalium erant aliquo modo neceſſarii animæ Chriſti, nempe ad tribuendam facilitatem in exercitio virtutum.

Dices 3. ſcientiæ naturales debebantur Chriſto ratione unionis. R. ut habendæ modo maxime connaturali, ſicut perfectio organorum & cæteræ perfectiones naturales corporis & animæ C. ut habendæ modo ſupernaturali per infuſionem ab initio ſuæ conceptionis N. Adamo quidem ſtatim ab initio ſuæ creationis fuerunt infuſæ; quia creatus fuit in ætate & diſpoſitione corporis virili, contra, Chriſtus in puerili.

Chriſtus hac ſcientia novit omnia naturaliter ſcibilia idq; abſq; ullo judicio erroneo aut opinativo quorum imperfectio ejus ſtatui diſconvenit.

255. Chriſtus hac ſcientia cognovit quidquid naturaliter ſciri poteſt ab homine. Ita S. Th. hic q. 12. a. 1. aliique communius ac probabilius contra Vaſq. Merat, &c. Ratio eſt quod decuerit Chriſtum habere hanc ſcientiam, ſicut alias perfectiones: etiam naturales, in gradu excellentiſſimo Neque ad id opus fuit ut res abſentes fuerint Angelorum miniſterio exhibitæ Chriſto, ut vult Caiet. cum mediante uſu ac directione ſcientiæ infuſæ facile potuerit rerum, nullo ſenſu exteriori à ſe perceptarū, ſpecies ſibi cōparare.

256. Chriſtus hac ſcientia uſus eſt abſque ullo errore & judicio opinativo, quia error & iudicium opinativum, incertum, ac formidoloſum non decent ſtatum perſonæ Chriſti. Cum verò illi ſubinde aliquam errandi occaſionem præberent phantaſmata ex ſenſibilibus impreſſa; id facile corrigebatur per ſcientiam infuſam, qua certò ſciebat rem aliter ſe habere, quam repreſentaretur in phantaſmate. Chriſtus quidem uſus eſt ſpeciebus res probabiliter repræſentantibus ad cognoſcendam earum probabilitatem non ad formandum de illis probabile iudicium falſitati obnoxium adeoque eius ſtatui repugnans aut diſconveniens.

Chri-

Chriſtus nihil didicit ab homine, quia non conveniebat ut qui erat omnium hominum caput & Doctor aliquid ab homine diſceret. Hinc potuit linguarum & rerum in longinquis regionibus exiſtentium notitiam ſibi abſque ullo magiſtri miniſterio acquirere per uſum ſcientiæ infuſæ reflectendo ad iſta objecta ſibi per iſtam ſcientiam nota & varias illationes ex illis naturaliter deducens. Deinde quamvis ſubinde ex factis aut dictis alicuius hominis aliquorum notitiam naturalem acquiſiverit, non ideo proprio dici poteſt aliquid didiciſſe ab homine, quia non accepit cognitionem ullius obiecti antea per ſcientiam infuſam non noti aut minus perfecte cogniti quod importet ly *addiſcere*.

Hinc nihil didicit ab hominibus, nec ab Angelis, cum per uſum ſcientiæ infuſæ, potuerit omnium ſcientiam naturalem acquirere abſque omni periculo errandi.

257 Etiam nihil notitiæ accepit ab Angelis, tum ob rationem n. præcedenti allatam, tum quia hoc fuiſſet fruſtra, cum ſcientiam ſupernaturalem immediate accepiſſet à Deo & haberet vim intellectivam ſufficientem ad ſcientias naturalis ordinis ſibi comparandas. Vnde Angelus Luc. 21. eum non confortavit per inſtructionem de re ipſi prius ignota, ſed per meram propoſitionem rationum ac motivorum antecedenter ei perfecte notorum.

CAPUT VI.

Potentia, Exiſtentia, Impeccabilitas, & Paſſiones humanitatis Chriſti, Communicatio Idiomatum, & pertinentia ad unitatem.

§. I.

Potentia & Exiſtentia humanitatis Chriſti.

258. HVmanitas Chriſti non habuit omnipotentiam ſimpliciter, cum omnipotentia ſimpliciter ſit proprietas naturæ divinæ, non humanæ, cũ qua divinitas in Chriſto fuit inconfuſe unita non permixta; ut ſup. n. 11. contra Eutichianos oſtenſum eſt, habuit tamen omnipotentiam ſecundum quid, nẽpe ut inſtrumentum Verbi quoad omnes mutationes

Humanitas Chriſti non habuit omnipotentiam ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

nes miraculoſas ad Incarnationis finem ordinabiles.

Hinc ſemper impletur voluntas Chriſti abſolute efficax, ſecus efficax ſecundum quid.

Hinc voluntas Chriſti abſolute efficax, id eſt qua abſolute voluit adhibere omnia media ſibi, etiam ut inſtrumento divinitatis, poſſibilia, ſemper fuit impleta. 1. quia non decebat ut voluntas abſolute efficax perſonæ, quæ erat Deus, non impleretur. 2 quia Chriſtus certò cognoſcebat omnia quæ erant futura, aut non futura, & non poterat efficaciter velle id, quod certo ſciebat non eſſe futurum; hoc enim eſt imprudentiæ, & juxta varios æque repugnans ac velle efficaciter impoſſibile cognitum ut tale, ergo nihil potuit velle efficaciter quod non eſſet futurum. At verò ſolum efficax ſecundum quid, id eſt qua ſolum volebat adhibere media ſibi ſecundum potentiam humanam & naturalem poſſibilia, non ſemper fuit impleta, patet ex Marc. 7. v. 24. Vbi Chriſtus dicitur voluiſſe apud Tyrios latere nec tamen potuiſſe.

259. Humanitas Chriſti ad miraculorum patrationem & gratiæ productionem non concurrit phyſice, ſed ſolum moraliter, meritorie ſcilicet & impetratorie: ſic tamen ut eſſet in ejus poteſtate, quando, & quomodo vellet, miraculum quodlibet patrare; quia nempe Divinam omnipotentiam ſemper habuit ita ſibi aſſiſtentem & paratam, ut eam pro libitu poſſet applicare ad quævis miracula ad Incarnationis fines conducentia. Ita Bonav. Scot. Vaſq. Becan. & recentiores communiſſime contra Thomiſtas, quos ſequuntur Suar. Valent. Sylv.

Humanitas Chriſti ad miracula ſolum influxit moraliter, cum in variis non potuerit aliter influere, nec plus indicent Script. & PP.

Prob. 1. quia PP. effectionem miraculorum Chriſti tribuunt ſoli divinitati; humanitati verò aliquam tantum actionem illi præviam, v. g. contactum, imperium &c. ut Athan. Serm. 4. contra Arian. ubi agens de ſocru Simonis à Chriſto ſanata ſic loquitur: *Humano more manum extendit, divinitas autem morbum compeſcuit*. Damaſ. l. 3. de fide cap. 15. *humanæ actionis opus fuit, quod puellæ manum pertraxerit: divinæ, quod eam ad vitam revocaverit, &c.* Quibus ſimilia habent Cyril. Cyprian. Nyſſen. aliique apud Vaſq.

2. Quia Trid. 1. ſeſſ. 6. c. 7. recenſens cauſas noſtræ juſtificationis, ſolum Deum aſſignat, ut cauſam efficientem: Chriſtum verò tantum ut cauſam meritoriam:

riam : igitur humanitati Chriſti ad gratiæ productionem ſolum tribuit concurſum moralem; & conſequenter ad miracula.

3 Quia Scripturæ & PP. eodem modo dicunt umbram Petri ſanaſſe infirmos quo Chriſtum : atqui conſtat umbram Petri quæ eſt mera privatio, adeoque nihil non concurriſſe nec potuiſſe concurrere phyſice, ergo &c. item, Chriſtum fuiſſe cauſam gratiæ in antiquis PP. & ejus paſſionem in fidelibus; cum illa non ſit amplius, nec in ſe, nec in ſua virtute.

4 Quia influxus phyſicus per potentiam obedientialem: quæ qua talis cauſæ inſtrumentali nihil intrinſecæ perfectionis ſuperaddit; & cuilibet rei etiam inanimatæ, imò & materiali peccati communis eſt, non eſt tam nobilis, nec tam confert ad dignitatem, quam influxus moralis per impetrationem, meritum, & aſſiſtentiam divinæ potentiæ exhibitam libertati voluntatis humanæ; cum hic modus influendi, non niſi naturæ intellectuali, & quidem ſanctæ poſſit competere.

Influxus moralis ad miracula nobilior eſt phyſico per potentiam obedientialem, qui etiam inanimatis communicari poteſt.

5 Quia in iis quæ vim naturæ ſuperant, & pendent à ſola Dei voluntate libera nihil debet adſtrui, de quo non ſufficienter conſtet per revelationem nobis ex Script. aut PP. nobis innoteſcentem: atqui ex Script. & PP non poteſt ſufficienter colligi humanitatem Chriſti in actiones miraculoſas alium habuiſſe influxum quam moralem, ergo &c. Minor patet, quia nullum proferri poteſt ex Script. aut PP. teſtimonium de Chriſti humanitate miraculorum patratrice, quod ei tribuat influxum pluſquam moralem, aut de hoc non poſſit facillime explicari.

260 Dices 1. Chriſtus nempe qua homo, ad miracula ſubinde adhibuit ſalivam, contactum, imperium & ſimilia: R. non eo quod in illis eſſet aliqua virtus inſtrumentalis phyſica : ſed ad manifeſtationem ſuæ authoritatis ac poteſtatis, & ad varia myſteria nobis ignota. Cum verò imperio uſus eſt, non imperavit Deo ſuo ſupremo Domino, nec ſuæ virtuti phyſice effectivæ, qua probabiliſſime caruit, ſed morbis vel diabolis quos pellebat, vel improprie

Chriſtus adhibuit ſputum non propter virtutem in eo latentem, ſed ad myſterium.

legendum eſſe : *ſola Trinitas ſibi nota eſt & humanitas à Chriſto ſuſcepta*, quæ tertia *eſt in trinitate perſona* : ſic ut, licet obſcure, exiſtat hic ſenſus verus, quod nempe ſoli Trinitati Trinitas & incarnationis Chriſti myſterium ſit integre cognoſcibile & comprehenſibile.

Non cognovit in Verbo omnia poſſibilia actualiter, cum hoc ſuperet vim intellectus creati.

240. Neque hac ſcientia cognoſcit in Verbo omnia poſſibilia actualiter, id eſt ſic ut actu omnia ſimul repræſentet. Eſt S.Th Suar.& aliorum communius contra Greg. Albert. docentes animam Chriſti ſcire actu omnia quæ Deus ſcit, ſed non eadem claritate. Prob. quia talis cognitio, eſt intellectui creato impoſſibilis, ut oſtenſum eſt par. 1.p.78 n.83. Quamobrem illud Apoſt. ad Coloſſ. 2. *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ*, ſolum verificatur de Chriſto ratione divinitatis, per quam Chriſtus, qua Deus, varia cognoſcit, quæ non cognoſcit qua homo.

Hinc non ſequitur animam Chriſti habere aliquam imperfectionem, ſc. ignorantiam infinitorum poſſibilium; cum enim iſtorum cognitio non ſit Chriſto, qua homini, debita ejus carentia non eſt imperfectio privativa & proprie dicta, ſed mere negativa.

241. Probabilius videtur quod nec habitualiter, id eſt ſic ut pro libitu poſſit ſe applicare ad ea in quantalibet multitudine finita actualiter cognoſcenda, ſicut nos reſpectu eorum, de quibus habemus ſpecies, quamvis de illis non cogitemus actu, quia, cum talis cognitio, adeo univerſalis & ſupereminens, non pertineat ad ejus ſtatum, nullum eſt fundamentum eam Chriſto tribuendi. Oppoſitum tamen eſt probabile : ſi intelligatur hoc ſenſu, quod animæ Chriſti debitus fuerit concurſus ad cognoſcendum pro ſuo libitu quodcumque cognoſcibile, non formaliter per viſionem Beatificam, quæ eſt invariabilis ; ſed cauſaliter per actum ab ea aliquo modo reſultantem, ut explicatum eſt par. 1. pag. 73 n. 78. & ſeqq.

Cognovit tamen omnia præterita, præſentia & futura uſque ad diem judicii actualiter.

242 Hac ſcientia cognovit non ſolum habitualiter, quod eſt certiſſimum ſed etiam actualiter omnia præterita, præſentia, etiam ſecreta cordium, ſaltem uſque ad diem judicii incluſive. Prob. quia iſtorum cognitio pertinet ad ſtatum Chriſti, tum quatenus

nus omnium dominus, gubernator, caput Eccleſiæ, tum quatenus conſtitutus eſt judex univerſorum, illuminator cordium, quorum ſecreta Chriſto nota fuiſſe, patet ex Matt. 9 *Cum vidiſſet cogitationes eorum*. Ioan. 2. *Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine*.

243. Videtur probabilius animam Chriſti cognoviſſe, ſaltem habitualiter, non ſolum ſuas, ſed etiam omnium creaturarum intellectualium cogitationes futuras tota æternitate. Ita S. Th. & alii communius. Ratio eſt, quod iſta cognitio pertineat ad Chriſti ſtatum & dignitatem ei connaturaliter debitam, cum enim in perpetuum futurus ſit omnium dominus & gubernator, decet eum ſcire quid tota æternitate acturi ſint ejus ſubditi.

Non videtur Chriſtus ſimul unico actu diſtincte cognoviſſe, aut potuiſſe cognoſcere omnia abſolute futura. Prob. 1. quia non apparet ulla neceſſitas ei tribuendi ſimultaneam omnium futurorum notitiam; cum ad ejus dignitatem & officium ſufficiat illa cognoſcere habitualiter, ſeu eorum notitiam habere ita in promptu, ut eorum quælibet in particulari, & quamlibet eorum multitudinem finitam poſſit, quotieſcumque voluerit, actu cognoſcere: id enim ſufficit, ut ſemper dici poſſit nihil ignorare eorum, quæ ad ejus ſtatum pertinent. 2. Quia ſimultanea & diſtincta cognitio omnium futurorum tota æternitate, videtur excedere virtutem intellectus creati & finiti: cum enim talis cognitio eſſet contentura per æquivalentiam formalem, & remanendo in eodem ordine, ſuperatura infinitas cognitiones poſſibiles incremento æquali perfectiores ſemper ac perfectiores, quibus repræſentari poſſent majores ſemper ac majores futurorum collectiones, deberet eſſe infinita actu; ſicut potentia adæquata productiva perfectiorum ſemper ac perfectiorum in infinitum, debet eſſe infinita actu, licet ejus terminus ſit tantum infinitus ſyncategorematice.

Et probabilius futura tota æternitate habitualiter non ſimul actualiter omnia diſtincte: talis enim cognitio deberet eſſe infinita actu.

Adde quod talis cognitio ſupponeret in potentia vim attendendi infinitam actu. Poſito autem quod creaturæ ut exiſtentes, non videantur in Verbo formaliter, ſed ſolum cauſaliter, ut dictum eſt par.

1. pag. 79. n. 84. cognitio creaturarum exiſtentium in aliqua temporis differentia pertinens ad hanc ſcientiam, eſt actus ſcientiæ infuſæ, viſioni beatificæ connaturaliter debitæ.

Chriſtus habuit ſcientiam per ſe infuſam; idque ab initio ſuæ conceptionis, uti & beatam.

244. Scientia indita, ſeu per ſe infuſa, eſt, quæ naturæ exigentiam ita exceditur propriis intellectus creati viribus acquiri non poſſit: ac proinde ex ſe poſtulet a Deo infundi. Infuſa per accidens eſt quæ quidem ſtudio acquiri poteſt, ſubinde tamen abſque ullo labore per gratiam ſpecialem à Deo infunditur.

Hanc ſcientiam uti & beatam habuiſſe Chriſtum idque ab initio ſuæ conceptionis, docent S. Thom. Capreol. Cajetan. Suar. & alii communius contra Alenſ. Almai. Gabr.

Prob. quia iſtæ ſcientiæ à primo inſtanti fuerunt ipſi debitæ ratione unionis, nec ea fuit ratio earum conceſſionem differendi, cum eorum carentia nihil conferre potuerit ad fines incarnationis, & tamen ex noſtris imperfectionibus eas ſolùm ſuſceperit quæ ad illos fines conducebant.

Confir. 1. ex illo ad Heb. 10. *Ideo ingrediens in mundum dixit hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem adaptaſti mihi, tunc dixi ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam*, quibus ex communi interpretum conſenſu Chriſtus ſignificatur fuiſſe præditus uſu rationis & conſequenter ſcientiis ipſi ut Dei Filio debitis primo inſtanti ſuæ conceptionis.

2. Specialiter de infuſa quia Chriſtus qua viator debuit habere aliquam cognitionem, qua dirigeretur ad eliciendos actus meritorios; cum ergo non habuerit fidem, quæ, ſaltem connaturaliter, ſtare nequit cum viſione circa idem, debuit habere ſcientiam per ſe infuſam.

3. Quia ut comprehenſori debebatur cognitio rerum creatarum in ſe ipſis, per ſpecies proprias & quidditativas, qualem certò habent animæ Beatæ, ſive ſeparatæ, ſive conjunctæ: ergo &c.

Hac ſcientia cognovit clare & intuitive gratiam,

245. Per hanc ſcientiam ſcil. infuſam cognovit clare & intuitive res creatas ſupernaturales actu exiſtentes, v.g gratiam habitus, & actu virtutum ſupernaturalem; lumen gloriæ, viſionem Beatificam, a-

morem

morem patriæ &c. Ita S. Thom. Suar. & alii contra Durand. Prob. quia res illæ, quamvis ſupernaturales, non ſunt obiectum primarium ſcientiæ beatificæ; ergo ex natura rei poſſunt eſſe objectum primarium ſcientiæ inferioris, quæ poſſit viatoribus communicari; non alterius quam ſcientiæ per ſe infuſæ, quæ pertinet, ad ſtatum & officium Chriſti etiam quatenus ſe extendit ad hæc objecta, quorum ipſe eſt author, ſaltem in hominibus, ac doctor, & in quibus ita præcelluit, ut quoad hæc dona fuerit omnium caput, etiam Angelorũ ut ſup. n. 234. oſtenſum eſt.

lumen gloriæ, viſionẽ beatificam, unionem hypoſt. & cætera ſuper naturalia creata.

Vnde per hanc cognovit divinam eſſentiam, myſterium Trinitatis &c. clare; non tamen directe; intuitive & in ſe, ſed indirecte abſtractive & in alio; v. g. in viſione Beatifica, quæ non poteſt cognoſci intuitive clare ut in ſe eſt, niſi in ipſa indirecte cognoſcatur divina Eſſentia ad quam dicit eſſentialem ordinem tamquam repræſentatio ejus, ut in ſe eſt, clara & diſtincta; non objectiva, ſed formalis, id eſt, Deum clare; & in ſe formaliter repræſentans ei, cuius intellectui ineſt ſubiective; non verò ei cuius viſionem terminat objective: huic enim ſolum repræſentat Deum abſtractive, & in alio; ſicut etiam gratia habitualis, unio hypoſtatica, & ſimilia, quæ ſunt ſpecialis divinæ eſſentiæ participatio, non formalis, quaſi aliquid divinitatis realiter includant; ſed exemplaris, & imitativa, quatenus ſuum objectum ſanctificando imitative divinizant.

246. Eadem ſcientia cognovit res omnes naturales, etiam cogitationes cordium, clare & intuitive. Ita S. Thom. Cajet. Suar. contra Durand. Gabri. Prob. quia cum ſcientia per ſe infuſa, qua anima Chriſti cognovit res ſupernaturales, eminenter contineat ſcientiam naturalem, fuit ſufficiens ad cognoſcendas res naturales; ſicut intellectus ſufficiens ad cognoſcenda ſpiritualia, etiam ſufficit ad cognoſcenda materialia: ergo, cum decuerit hominem Deum viatorem altiori modo cognoſcere res naturales: quàm eaſdem ſua virtute naturali cognoſcat Angelus, etiam illas cognovit per actus ſcientiæ per ſe infuſæ.

Item res naturales etiã cogitationes cordium.

247. Contingentia præſentia per hanc ſcientiam cogno-

Et quælibet contingen-

tia præſentia in ſeipſis intuitive ; præterita verò & futura per ſpecies proprias, vel in aliquo medio, v.g. in revelatione.

cognovit in ſeipſis intuitive, idque modo eſſent intra ſphæram ejus viſibilitatis, abſque ſpeciebus. Pater ex dictis de Angelis par. 1. pag. 268. n. 367.

Præterita verò & futura cognovit, vel (ut videtur velle Cajet.) intuitive per ſpecies natura ſua repræſentantes clare & in ſe objectum ut exiſtens in ſua temporis differentia, poſito quod in aliqua exiſtat, adeoque ut præteritum ſi in præterita, ut futurum, ſi in futura temporis differentia exiſtentiam habeant: hujuſmodi enim ſpecies & cognitio non repugnant ut oſtenſum eſt par. 1. pag. 275 n. 379. vel certe ut vult Suar. ea ſolum cognovit abſtractive, mediate & indirecte, hoc eſt in aliquo medio habente neceſſariam connexionem cum earum exiſtentia in ſua temporis differentia v.g. in aliqua revelatione ſibi à Deo facta, intuitive cognita, potuit enim Deus intellectui Chriſti imprimere actum ſupernaturalem per modum ſimplicis imaginis repræſentativum exiſtentiæ præteritorum & futurorum in ſua temporis differentia, eumque actum potuit Chriſtus per hanc ſcientiam intueri, & evidenter penetrare omnem ejus habitudinem ad obiectum, & ad Deum, ejus principium, adeoque clare & intuitive cognoſcere, iſtum actum eſſe locutionem Dei infallibilem, neceſſariò connexam cum exiſtentia obiecti, & ſic abſque ulla difficultate certò & clarè; licet abſtractive, & in illo ut medio cognoſcere contingentem futurorum, aut præteritorum exiſtentiam in ſua temporis differentia.

Sic tamen ut ejus cognitio non fuerit actus fidei.

Nec ideò admittenda eſſet fides in Chriſto: quia cum iſte actus non ſit obſcurus, ſed clarus & evidens, nec nitatur revelatione ut motivo propter authoritatem dicentis, ſed ut medio in quo propter phyſicam, & neceſſariam ejus connexionem cum objecto, evidenter cognitam in habitudine ad Deum ut infinite veracem, non poteſt eſſe actus fidei, nec diſcurſus, cum ſit ſimplex intuitus contingentem rei exiſtentiam in ipſa revelatione intuitive penetrata, clare repræſentans.

Obiectum ſcientiæ per

Quare obiectum ſcientiæ per ſe infuſæ primarium & directum, ſunt res creatæ ſupernaturales, indirectum,

ctum, myſteria divinitatis, modo ſup. explicato. nu. 244. ſecundarium directum, res creatæ naturales.

248. Habitus hujus ſcientiæ eſt ſupernaturalis in ſubſtantia: etiam quatenus verſatur circa naturalia: quia eſt complementum potentiæ ad actus ſupernaturales in ſubſtantia, ſaltem quatenus attingit objecta ſupernaturalia. Vnde cum ſit unicus & ſimplex habitus, eſt ſupernaturalis, etiam quatenus attingit objecta naturalia, cum præſertim in illa tendat modo elevatiori quam ut habitui naturali poſſit competere.

ſe infuſæ primarium eſt ens creatum ſupernaturale, ſecundarium naturale, indirectum Deus.

Videtur probabilius, quod diſtinguatur à lumine gloriæ, quamvis enim non appareat implicantia, cur iſta lumina non poſſint in unum coaleſcere, non videtur tamen connaturale, ut actus objectis, & modo tendendi ita diverſi, quales ſunt ſcientiæ infuſæ & beatæ, ab uno & eodem habitu procedant: alioqui enim etiam fides, & viſio dici poſſent procedere ab eodem habitu ſupernaturali.

249. Chriſtus in uſu hujus ſcientiæ non dependebat à phantaſmatibus, ac proinde poterat illa uti ſine converſione ad phantaſmata id eſt, ſimul tempore non repræſentando per phantaſiam idem, aut aliquid affine ei: quod per hanc ſcientiam intelligebat. Ita S. Th. Suar. & alii communiſſime contra Dur.

Chriſtus utebatur hac ſcientia independenter à phantaſmatibus.

Prob 1. quia, cum ſpecies hujus ſcientiæ eſſent per ſe infuſæ, nullam habebant connexionem cum ullo ſenſu interno. 2. Quia alioqui ſequeretur Chriſtum non habuiſſe ab initio plenum uſum rationis & vim merendi, defectu phantaſmatum, quæ ſucceſſive acquiruntur, quod repugnat Apoſt ad Heb. 11. Vbi dicit Chriſtum ingredientem in mundum, id eſt, primo inſtanti ſuæ conceptionis, ſe Deo obtuliſſe ad explendam ejus voluntatem.

Per ſpecies infuſas nullam habentes connexionem cum ullo ſenſu.

250. Chriſtus non potuit uti hac ſcientia cum ſtricte ſumpta converſione ad phantaſmata: quia hoc importat dependentiam cognitionis à phantaſmatibus, qualis non potuit eſſe in uſu hujus ſcientiæ; cum enim eius ſpecies ei ſubſervientes eſſent per ſe infuſæ nullum habere potuerunt commercium cum ullo ſenſu: potuit cum late ſumpta,

qua-

Vnde ea non potuit uti cum propriè dicta converſione ad phantaſmata, nec cum diverſa formali.

qualiter importat meram concomitantiam abſquè dependentia. Ratio eſt quod potuerit Chriſtus hac ſcientia utens circa ejus objectum, aut aliquid ſimile imaginativam phantaziando occupare.

Nec cum diſcurſu formali. Ita Bonav. Richar. Suar. & alii communius contra Thomiſtas Valent. Raguſ. quibus favet S Th. Prob. quia actus hujus ſcientiæ habet rationem ſimplicis intuitus rei in ſe vel in alio ut medio cognito, v.g. attingendo effectum in cauſa, abſque compoſitione, & diviſione, ſicut exercentur judicia Angelica circa ea, quæ evidenter cognoſcunt; atqui hic modus cognoſcendi eſt incapax diſcurſus formalis ad quem requiritur tranſitus à noto ad ignotum per illátionem cognitionis ignoti ex cognitione antecedenter noti.

Hinc Mart. 17. v. 25. vel ſolùm uſus eſt diſcurſu externo, vel interno procedente à ſcientia acquiſita ex ſe diſcurſiva, uno ex his ſenſibus S. Th. variè explicant; ſed, quantum apparet, violente.

251. Videntur potuiſſe Chriſtus ex iis, quæ hac ſcientia per proprias ſpecies cognoſcebat, alia inferre, quorum non habeat ſpecies proprias, v g. quædam futura ſub conditione, vel per vim naturalem intellectus, vel per habitum aliquo modo ſimilem noſtro Theologicæ.

Fuit ſemper in aliquo uſu hujus ſcientiæ, quam per voluntatem applicare potuit ad uſum, nunquam tamen in actu adæquato, quo, ad futura in æternum.

Chriſto à primo inſtanti ſuæ conceptionis ſemper fuit in aliquo uſu hujus ſcientiæ, cum hoc fuerit ejus dignitati conveniens, & conforme naturæ ſcientiæ infuſæ, quippe quæ, cùm non dependeat à converſione ad phantaſmata, nec ſomno, nec alia ſive interiori ſive exteriori occupatione impediri potuit.

Non videtur tamen Chriſtus unquam fuiſſe imo nec eſſe potuiſſe in actu adæquato hujus ſcientiæ quo ad omnia futura per totam æternitatem: quia attentio ad infinita ſimul diſtinctè cognoſcenda debet eſſe infinita, ac proinde ſuperat vim finitam intellectus creati, aut ſaltem non poteſt ei eſſe connaturalis. Potuit tamen per hanc ſcientiam quoties voluit cognoſcere omnia futura uſque ad diem iudicii; cum hæc ſint finita, & eorum notitia ſpecialiter pertineat ad ſtatum iudicjs.

252. Po-

252. Potuit autem Chriſtus per ſuam voluntatem applicare hanc ſcientiam ad uſum huius ſpeciei potius, quam alterius, ſive ad repræſentanda hæc obiecta potius, quam alia, ſic ut iſta voluntas non præſupponeret cognitionem, ad quam movebat; 1. per directionem ſcientiæ Beatæ, quæ ſemper erat in actu 2. per directionem alicuius cognitionis confuſæ huius ſcientiæ v.g. volendo cognoſcere ea, quæ tali vel tali tempore eſſent futura potius quam alia.

253. Scientia acquiſita eſt, quæ propriis intellectus creati viribus acquiri poteſt, licet ſubinde quibuſdā ex ſpeciali Dei privilegio infundatur per accidēs.

Probabilius eſt animam Chriſti habuiſſe ſcientiam naturalem noſtræ ſimilem, non ab initio ſibi à Deo infuſam, ſed ſucceſſu temporis, propriis actibus acquiſitam. Ita S.Th. hic q. 12. art. 2. O. Vbi expreſse revocat oppoſitum quod docuerat in 3. diſt. 14. q. 3. a. 3. quem cum Thomiſtis ſequuntur Vaſq. Valent. Amic. contra Bonav. Scot. Suar. Præpoſit. **Probabilius eſt Chriſtum habuiſſe ſcientiam naturalem propriis actibus acquiſitam.**

Prob. 1. ex Script. Luc. 2. *Ieſus proficiebat ætate & ſapientia*. 2. ex Conc. Epheſ. & PP. Amb. Hier. Aug. & alii apud Amic. locum Lucæ citatum explicantibus de profectu in ſapientia. 3. Ratione 8. 1. quia, cum non ſint adſtruenda miracula ſine neceſſitate, perfectiones naturales Chriſto tribuendæ ſunt modo maxime connaturali, atqui ergo, 2. Quia, cum habitus huius ſcientiæ pendeant à converſione ad phantaſmata, debuiſſent defectu phantaſmatum & ſufficientis diſpoſitionis organorum diu eſſe otioſi ac ſuperflui; ſi ab initio fuiſſent infuſi. **De hac enim ejuſque incremento intelligunt PP. illud Luc. 2. proficiebat ſapientia.**

254. Dices 1. Damaſc. l. 3 de fide cap. 12. & alii PP. apud Suar. negant Chriſtum in ſcientia profeciſſe, R. ſolum voluntChriſtum ſimpliciter nihil didiciſſe, quod ante non ſciverit ullo genere ſcientiæ: non autem nihil ſcientiæ de novo acquiſiviſſe, qua cepe-rit rem aliquam certo ſcientiæ modo cognoſcere, quo ante eam non noverat: alioqui enim nequidem ſcientiam experimentalem de novo acquiſiviſſet, quam tamen acquiſiviſſe fatentur adverſarii, & aperte docet Paulus ad Hæbr. 5. *Cum eſſet filius Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam.* **Damaſc. ſolum vult Chriſtum nihil didiciſſe quod prius neſciret.**

Hinc nihil didicit ab hominibus, nec ab Angelis, cum per uſum ſcientiæ infuſæ, potuerit omnium ſcientiam naturalem acquirere abſque omni periculo errandi.

Chriſtus nihil didicit ab homine, quia non conveniebat ut qui erat omnium hominum caput & Doctor aliquid ab homine diſceret. Hinc potuit linguarum & rerum in longinquis regionibus exiſtentium notitiam ſibi abſque ullo magiſtri miniſterio acquirere per uſum ſcientiæ infuſæ reflectendo ad iſta objecta ſibi per iſtam ſcientiam nota & varias illationes ex illis naturaliter deducens. Deinde quamvis ſubinde ex factis aut dictis alicuius hominis aliquorum notitiam naturalem acquiſiverit, non ideo proprio dici poteſt aliquid didiciſſe ab homine, quia non accepit cognitionem ullius obiecti antea per ſcientiam infuſam non noti aut minus perfecte cogniti quod importet Iy *addiſcere*.

257 Etiam nihil notitiæ accepit ab Angelis, tum ob rationem n. præcedenti allatam, tum quia hoc fuiſſet fruſtra, cum ſcientiam ſupernaturalem immediate accepiſſet à Deo & haberet vim intellectivam ſufficientem ad ſcientias naturalis ordinis ſibi comparandas. Vnde Angelus Luc. 21. eum non confortavit per inſtructionem de re ipſi prius ignota, ſed per meram propoſitionem rationum ac motivorum antecedenter ei perfecte notorum.

CAPUT VI.

Potentia, Exiſtentia, Impeccabilitas, & Paſſiones humanitatis Chriſti, Communicatio Idiomatum, & pertinentia ad unitatem.

§. I.

Potentia & Exiſtentia humanitatis Chriſti.

Humanitas Chriſti non habuit omnipotentiam ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

258. HVmanitas Chriſti non habuit omnipotentiam ſimpliciter, cum omnipotentia ſimpliciter ſit proprietas naturæ divinæ, non humanæ, cũ qua divinitas in Chriſto fuit inconfuſe ũnita non permixta; ut ſup. n. 11. contra Eutichianos oſtenſum eſt, habuit tamen omnipotentiam ſecundum quid, nẽpe ut inſtrumentum Verbi quoad omnes mutationes

nes miraculoſas ad Incarnationis finem ordinabiles.

Hinc ſemper impletur voluntas Chriſti abſolute efficax, ſecus efficax ſecundum quid.

Hinc voluntas Chriſti abſolute efficax, id eſt qua abſolute voluit adhibere omnia media ſibi, etiam ut inſtrumento divinitatis, poſſibilia, ſemper fuit impleta. 1. quia non decebat ut voluntas abſolute efficax perſonæ, quæ erat Deus, non impleretur. 2 quia Chriſtus certò cognoſcebat omnia quæ erant futura, aut non futura, & non poterat efficaciter velle id, quod certo ſciebat non eſſe futurum; hoc enim eſt imprudentiæ, & juxta varios æque repugnans ac velle efficaciter impoſſibile cognitum ut tale, ergo nihil potuit velle efficaciter quod non eſſet futurum. At verò ſolum efficax ſecundum quid, id eſt qua ſolum volebat adhibere media ſibi ſecundum potentiam humanam & naturalem poſſibilia, non ſemper fuit impleta, patet ex Marc. 7. v. 14. Vbi Chriſtus dicitur voluiſſe apud Tyrios latere nec tamen potuiſſe.

259. Humanitas Chriſti ad miraculorum patrationem & gratiæ productionem non concurrit phyſice, ſed ſolum moraliter, meritorie ſcilicet & impetratorie: ſic tamen ut eſſet in ejus poteſtate, quando, & quomodo vellet, miraculum quodlibet patrare; quia nempe Divinam omnipotentiam ſemper habuit ita ſibi aſſiſtentem & paratam, ut eam pro libitu poſſet applicare ad quævis miracula ad Incarnationis fines conducentia. Ita Bonav. Scot. Vaſq. Becan. & recentiores communiſſime contra Thomiſtas, quos ſequuntur Suar. Valent. Sylv.

Humanitas Chriſti ad miracula ſolum influxit moraliter, cum in variis non potuerit aliter influere, nec plus indicent Script. & PP.

Prob. 1. quia PP. effectionem miraculorum Chriſti tribuunt ſoli divinitati; humanitati verò aliquam tantum actionem illi præviam, v. g. contactum, imperium &c. ut Athan. Serm. 4. contra Arian. ubi agens de ſocru Simonis à Chriſto ſanata ſic loquitur: *Humano more manum extendit, divinitas] autem morbum compeſcuit*. Damaſ. l. 3. de fide cap. 15. *humanæ actionis opus fuit, quod puellæ manum pertraxerit: divinæ, quod eam ad vitam revocaverit, &c.* Quibus ſimilia habent Cyril. Cyprian. Nyſſen. aliique apud Vaſq.

2. Quia Trid. 1. ſeſſ. 6. c. 7. recenſens cauſas noſtræ juſtificationis, ſolum Deum aſſignat, ut cauſam efficientem: Chriſtum verò tantum ut cauſam meritoriam:

riam : igitur humanitati Chriſti ad gratiæ productionem ſolum tribuit concurſum moralem; & conſequenter ad miracula.

3 Quia Scripturæ & PP. eodem modo dicunt umbram Petri ſanaſſe infirmos quo Chriſtum : atqui conſtat umbram Petri quæ eſt mera privatio, adeoque nihil non concurriſſe nec potuiſſe concurrere phyſice, ergo &c. item, Chriſtum fuiſſe cauſam gratiæ in antiquis PP. & ejus paſſionem in fidelibus; cum illa non ſit amplius, nec in ſe, nec in ſua virtute.

4 Quia influxus phyſicus per potentiam obedientialem: quæ qua talis cauſæ inſtrumentali nihil intrinſecæ perfectionis ſuperaddit; & cuilibet rei etiam inanimatæ, imò & materiali peccati communis eſt, non eſt tam nobilis, nec tam confert ad dignitatem, quam influxus moralis per impetrationem, meritum, & aſſiſtentiam divinæ potentiæ exhibitam libertati voluntatis humanæ; cum hic modus influendi, non niſi naturæ intellectuali, & quidem ſanctæ poſſit competere.

Influxus moralis ad miracula nobilior eſt phyſico per potentiam obedientialem, qui etiam inanimatis communicari poteſt.

5 Quia in iis quæ vim naturæ ſuperant, & pendent à ſola Dei voluntate libera nihil debet adſtrui, de quo non ſufficienter conſtet per revelationem nobis ex Script. aut PP. nobis innoteſcentem: atqui ex Script. & PP non poteſt ſufficienter colligi humanitatem Chriſti in actiones miraculoſas alium habuiſſe influxum quam moralem, ergo &c. Minor patet, quia nullum proferri poteſt ex Script. aut PP. teſtimonium de Chriſti humanitate miraculorum patratrice, quod ei tribuat influxum pluſquam moralem, aut de hoc non poſſit facillime explicari.

260 Dices 1. Chriſtus nempe qua homo, ad miracula ſubinde adhibuit ſalivam, contactum, imperium & ſimilia: R. non eo quod in illis eſſet aliqua virtus inſtrumentalis phyſica : ſed ad manifeſtationem ſuæ authoritatis ac poteſtatis, & ad varia myſteria nobis ignota. Cum verò imperio uſus eſt, non imperavit Deo ſuo ſupremo Domino, nec ſuæ virtuti phyſice effectivæ, qua probabiliſſime caruit, ſed morbis vel diabolis quos pellebat, vel improprie

Chriſtus adhibuit ſputum non propter virtutem in eo latentem, ſed ad myſterium.

ſibi aut ſuæ poteſtati morali eo aut ſimili modo, quo Deus mundum creans dixit: fiat, *& factum eſt ita*.

Dices 2. Luc. 6. indicatur virtus phyſica his verbis: *virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*: R. N. aſſ. ibi enim nomine virtutis, phraſi Scripturæ familiari, ſignificatur ipſum miraculum, non virtus illius effectiva: ſicut & Marc. 6. *non poterat ibi virtutem ullam facere*. Luc. 10. *Si in Tyro facta eſſent virtutes &c.*

PP. non docent Chriſti carnem fuiſſe vivificatricem phyſice, ſed abſtrahendo à modo vivificandi.

Dices 3. Concil. Epheſ. can. 11. definit carnem Chriſti propter unionem ad Verbum eſſe vivificatricem, quod etiam docent Cyrill. Nyſſ aliique PP. R. nec Concil. nec PP. docere fuiſſe vivificatricem influxu phyſico; de hoc enim nihil definiunt, ſed ſolum docent fuiſſe vivificatricem, idque verbis indifferentibus ad utrumque influxum, quod non feciſſent, ſi intendiſſent ſignificare influxum phyſicum, intellectu multo difficiliorem & in variis impoſſibilem; ut in vivificatione ſeu ſanctificatione Patrum veteris Teſtamenti præcedente Incarnationis exiſtentiam.

Dices 4. Chryſoſtomus aliique PP. apud Suar. dicunt Chriſtum non tantum oratione & impetratione, ſed etiam voluntate & poteſtate miracula patraſſe: R. ſolum volunt ea patraſſe quomodo, & quando voluit, per aſſiſtentiam divinæ omnipotentiæ ſibi ad nutum ad dictam, modo explicato numero præced.

S. Th. hic varie loquitur, & facile poteſt explicare de influxu morali.

261. S. Thom. in hac controverſia (teſte Cajet. apud Amic.) varius fuit: nobis aperte favet in diſt. 16. q. 1. art. 3. O. & 2. 2 q. 178. art. 1. ad 1. ubi dicit: *Impoſſibile eſt quod principium faciendi miracula ſit aliqua qualitas habitualiter manens*, & infra *mens facientis miracula movetur ad faciendum aliquid, ad quod ſequitur effectus miraculi, quod Deus ſua virtute facit: quod quidem quandoque fit præcedente oratione, quandoque non præcedente manifeſta oratione, ſed Deo operante ad nutum hominis*. Adverſariis tamen etiam manifeſte favet q. 6. de potent. art. 4. & hic qu. 1. 23. art. 2. ubi, cum dicit, animam Chriſti ut inſtru-

men-

mentum Verbi habuiſſe virtutem ad immutationes miraculoſas creaturarum, non tamen ad earum annihilationem; intelligi poteſt de virtute morali, cui quidem abſolute non repugnat extendi ad annihilationem; repugnat tamen ex ſuppoſitione decreti divini: quia hujuſmodi operatio miraculoſa non conducebat ad fines Incarnationis.

262 Humanitas Chriſti non exiſtit per increatam Verbi exiſtentiam, ſed per propriam & creatam. Ita Bonav. Scot. Suar. Vaſq. & recentiores communius, contra Cajet. Capreol. alioſque Thomiſtas.

Humanitas Chriſti non exiſtit per exiſtentiam verbi, ſed per ſe creatæ ejus eſſentiæ identificatam.

Prob. 1 quia exiſtentia (ut hic ſupponimus ex metaphyſica) cum non ſit aliud quam entitas actualis, non diſtinguitur realiter ab eſſentia, ac proinde cum humanitas Chriſti non poſſit eſſe id, quod eſt, ſeu ſua entitas actualis per exiſtentiam Verbi, neque per illam poteſt exiſtere.

2 Quia humanitas Chriſti, ut diſtincta à Verbo, eſt quædam entitas actualis, quæ qua talis poteſt ab Angelo naturaliter videri intuitive & eadem numero à Deo conſervari non unita Verbo, ergo non eſt entitas actualis, adeoque, quod idem eſt, non exiſtit per exiſtentiam Verbi, à Verbo inſeparabilem, & ab Angelo naturaliter inviſibilem.

3 Quia humanitas Chriſti, ſaltem quoad ſuas partes, prius natura exiſtit, quàm uniatur Verbo: *quod enim aſſumitur*, inquit S.Thom. hic q.4. art.2. O *Oportet præintelligi aſſumptioni*; nec ſolum quoad eſſe eſſentiæ, cum etiam terminus totalis aſſumptionis, ſc. Homo Deus, quem ibi S.D. negat præintelligi aſſumptioni, ſic etiam ei præintelligatur; ſed etiam quoad eſſe exiſtentiæ ut clare ſignificat S. Thom. ſup. dum à ſimili rem explicans, ait: *ſicut quod movetur localiter præintelligitur motui*, quod conſtat præintelligi quoad eſſe exiſtentiæ: ergo &c.

Cum reſerl. ſtentia aliud non ſit, quàm ejus entitas actualis.

4 Quia creatio animæ Chriſti præſupponitur ejus unioni hypoſtaticæ, ſed per creationem anima recipit aliquod eſſe actuale; ergo exiſtentiam natura priorem unione.

5 Quia ſequeretur B. Virginem proprie non ge-

nuiſſe Chriſtum, quia ei non dediſſet ullum eſſe; non creatum, eo enim careret: nec increatum, cum illud à creatura dari non poſſit.

Vnde exiſtit per ſe id eſt, per exiſtentiam ſibi identificatam; in alio tamen, idque ab initio ſuæ conceptionis, quod ſolum vult Sophr.

263 Poteſt igitur dici humanitas Chriſti exiſtere per ſe, id eſt, per exiſtentiam ſibi propriam & identificatam, non per alienam, quo ſenſu etiam accidens (juxta S Th. hic q. 17. habens propriam exiſtentiam) per ſe exiſtit; non vero hoc ſenſu, quod non exiſtat in alio ſe perfectiori a quo ſuſtentatur. Habenti enim propriam exiſtentiam non repugnat exiſtere in alio ut in ſubjecto; in alio ut in comparte; neque in alio ut in ſuppoſito terminante.

Dices Sophronius in Epiſt. quam approbavit VI. Synod. act. 11. & 13. dicit naturam humanam in Verbo, non in ſe ipſa habuiſſe exiſtentiam unam; R. ſolùm vult contra Neſtor. (ut patet ex contextu) humanitatem Chriſti numquam extitiſſe ſeorſim à Verbo; ſed à 1. inſtanti ſuæ conceptionis ei fuiſſe unitam, adeoque in eo ut ſuppoſito habuiſſe exiſtentiam. Interpres addit *unam*, cui Medina ad ſuum argumentum roborandum, quod alioqui videbat eſſe infirmum, de ſuo appoſuit *cum Verbo*; illa enim ut declarat Vaſq. non habentur in græco.

Adde, humanitatem Chriſti poſſe dici habere in Verbo unam cum eo exiſtentiam, ſcilicet completam, ſeu eſſe unum totale & perfectum, unum, inquam, non unitate ſimplicitatis, ſed compoſitionis, quia ex exiſtentia humanitatis aſſumptæ, & exiſtentia Verbi aſſumentis reſultat unum eſſe perſonale compoſitum & totale hominis Dei.

Damaſc. & S. Th. ſolum volunt in Chriſto fuiſſe unicum eſſe ſubſtantiale completum, quod ſonat eſſe ſimpliciter.

264 Eodem ſenſu intelligendi ſunt Damaſc. Fulgentius aliique PP. apud Suar. Item S. Thom. hic q. 17. art. 2. ubi ait in Chriſto eſſe *Vnicum eſſe, non duo; cùm Chriſtus ſit unum, non duo, & impoſſibile ſit, quod unius rei non ſit unum eſſe*: ibi enim ſolum vult, quod ſit unicum eſſe ſubſtantiale perfectum & completum, quale intelligitur per eſſe, ſimpliciter, ſive quod ſit unicum eſſe perſonale, ut patet ex iis quæ ibidem habet ſub finem, ubi ait: *cum humana natura conjungatur Filio Dei perſonaliter, non accidentaliter, conſequens eſt ut ſecundum naturam humanam*

non

non adveniat ſibi novum eſſe perſonale.

Deinde S. Thom. qu. de unione Verbi Incarnati ar. 4. duas agnovit in Chriſto exiſtentias, ut fatetur Cajet. dicens S. Doctorem illam ſententiam hic retractaſſe, ſed abſque fundamento; cùm toto homo art. ne verbo quidem inſinuet, humanitatem Chriſti exiſtere per exiſtentiam Verbi, ut demonſtrat Palud. Suar. & fuſe Tiphan. c. 33.

265 Ex dictis 1. hic fit unum per ſe ex pluribus, quorum unum ſc. Verbum eſt in actu completo, alterum, nempe humanitas, in actu exiſtentiali, & entitativo, incompleto tamen in eſſe compoſiti: 2. ex entibus in actu exiſtentiæ ſeu entitativo fit unum per ſe in omni una compoſitione, cum ejus extrema præſupponantur, non ſolum ut poſſibilia, ſed ut actualia: 3. generari & produci eſt proprium ſuppoſiti ut termini qui totalis & per ſe intenti, ac ſimpliciter denominati; ſic tamen ut etiam conveniat partibus quæ ſicut terminant propriam productionem, ita habent ſuum proportionatum generari, produci & eſſe, ſeu exiſtere, licet non ſint terminus denominationis: 4. Verbum aſſumpſit exiſtentiam creatam ac proinde dici poteſt exiſtere exiſtentia creata 1. hoc ſenſu quod ſit ſuppoſitum naturæ exiſtentis per exiſtentiam creatam, & ſecundum quid ſc ſecundum eſſe hominis; non tamen ſimpliciter & in ſenſu maxime proprio & obvio, quo ſignificaretur Verbum habere ſimpliciter eſſe actuale extra cauſas per exiſtentiam: 5. actio generativa B. Virginis terminata eſt quidem ad eſſe ſeu exiſtere creatum humanitati proprium ut ad terminum quo, formalem & immediatum, habuit tamen pro termino qui, principali ac totali eſſe hominis Dei, eo ipſo quo ejus actio immediate attigit unionem partium humanitatis prius natura aſſumptarum, ex qua immediate reſultavit homo Deus cujus proinde eſt vera mater.

Ens in actu incompleto venit in compoſitionem per ſe.

Productio unionis partium aſſumptarum habet pro termino totali hominem Deum.

§. I I.
Impeccabilitas humanitatis Chriſti.

Humanitas unita Verbo eſt abſolute impeccabilis, idque præciſe ratione unionis.

266 IN Chriſto nullum fuit peccatum eſt de fide Luc. 1. *quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei*. Quibus verbis ex communi PP. ſenſu, intellectis de nativitate in utero ſeu conceptione; excluditur peccatum originale, actuale vero his Ioan. 8. *Quis ex vobis arguet me de peccato*.

267 Humanitas unita Verbo præciſe ratione unionis, non potuit peccare, nequidem de potentia abſoluta. Ita S.Thom.cum ſuis, Suar.Vaſq.Sylv.& recentiores communiſſime, contra Scot. cum ſuis Dur.Gabr Marſil &c. quorum ſententiam nonnulli ſentiunt cenſura dignam: ſed immeritò: cum ſententia, quam, Eccleſia non improbante, tuetur nobiliſſima Scotiſtarum Schola, non videatur poſſe, abſque temeritate, cenſura notari.

Patet ex CC. & PP. humanitati aſſumptæ tribuentibus omnimodam impeccabilitatem.

Prob. 1. ex VI. Synodo, actione 8. ubi Athanaſius Apolinariſtis negantibus Chriſto animam & humanam voluntatem, ne in eo cogerentur admittere peccabilitatem adducitur reſpondens nihil eſſe metuendum, quia per ipſam aſſumptionem ipſa voluntas impeccabilis facta eſt. Et act. 19. ubi allegatur Nazianz dicens voluntatem humanam Chriſti ita fuiſſe deificatam per unionem ad Verbum, ut non poſſit divinæ repugnare.

2 Ex PP. apud Suar. Chriſto tribuentibus omnimodam impeccabilitatem præciſe ratione unionis, ut Dionyſ. Alex. dicens: *niſi eſſet Deus, non poſſet eſſe alienus à poteſtate peccandi; nemo enim eſt qui peccare non poſſit, niſi unus Chriſtus, ſicut Pater Chriſti & Spiritus S.* Hilar. l. 10. de Trin. ſub med. *Homo Chriſtus eſt, & in veritate nativitatis eſt, dum homo eſt; & non eſt in proprietate peccati, dum Chriſtus eſt: quia & qui homo eſt, non potuit non eſſe quod natum eſt, & qui Chriſtus eſt, non potuit amiſiſſe quod Chriſtus eſt.* Quibus ſignificat æque peccatum Chriſto repugnare, ac repugnat Chriſtum non eſſe Chriſtum. Cyril. Alex. apud Vaſq. docent non poſſe Chriſto imbecillitatem obiici, niſi dicatur

deſiiſſe

deſiiſſe eſſe Deus, Auguſt. l. de peccat. merit. c. 11. *Mente conſpiciens Chriſti juſtitiam, in cujus non tantum divinitate, ſed neque in anima, neque in carne ullum potuit eſſe peccatum.*

268. 3 Quia unio hypoſtatica ſeipſa præciſe, ut probatum eſt n. 219. humanitatem Chriſti ſanctificat ſanctitate infinita in omni genere ſanctitatis; ſeu qua non poſſit dari major, adeoque ſanctitate pellente quodlibet peccatum, non ſolum de potentia ordinaria, ſed etiam de abſoluta, nec ſolum peccatum, ſed etiam potentiam peccandi, alioqui enim poſſet dari ſanctitas ea major. Atqui repugnat naturam ſic ſanctificatam peccatum vel leviſſimum admittere, ergo.

Et ratio eſt quod unio tribuat ſanctitatem omni peccato repugnantem.

269 Humanitas unita Verbo manſit noſtræ ſimilis habens voluntatem liberam, & de ſe vertibilem ad bonum & malum, adeoque manſit peccabilis ab intrinſeco: at non potentia proxima & expedita, quæ ſola venit nomine peccabilitatis ſimpliciter, & requiritur ad hoc, ut quis abſolute dicatur poſſe peccare; ſed ſolum potentia remota & impedita per aliquid humanitati aſſumptæ intrinſecum, partim phyſice ſc. unionem, partim moraliter, nempe ipſam Verbi perſonalitatem, quibus ſanctificatur ſanctitate omni peccato repugnante.

Eſt tamen Chriſti humanitate potentia peccandi, ac remota tantùm & impedita.

270 Potentia proxima peccandi non conſiſtit in ſola voluntate creata de ſe libera, ut patet in Beatis, ſed varia importat connotata, tum poſitiva, ut concurſum paratum ad malum, tum negativa, ut negationem viſionis Beatificæ, unionis hypoſtaticæ & cujusvis alterius perfectionis intrinſecæ, per ſe exigentis ſpecialem Dei aſſiſtentiam efficaciter impedientem omne peccatum, quæ & ſimilia neceſſariò requiſita ad hoc ut voluntas ſit expedita ad peccatum, non conveniunt humanitati Chriſti: *Quam*, inquit, Tertul. l. de carne Chriſti, *Verbum aſſumendo fecit ſuam, & faciens ſuam fecit non peccatricem.*

Vnde eſt ſimpliciter impeccabilis peccabilitate proxima & expedita, idque ab intrinſeco, ſcilicet per unionem ſibi intrinſecam, quæ naturam cui ineſt, reddit formaliter impeccabilem: non quidem hoc

Cum qua ſtat abſoluta impeccabilitas ab intrinſeco, orta

Vnde ea non potuit uti cum propriè dicta converſione ad phantaſmata, nec cum diverſa formali.

qualiter importat meram concomitantiam abſquè dependentia. Ratio eſt quod potuerit Chriſtus hac ſcientia utens circa ejus objectum, aut aliquid ſimile imaginativam phantaziando occupare.

Nec cum diſcurſu formali. Ita Bonav. Richar. Suar. & alii communius contra Thomiſtas Valent. Raguſ. quibus favet S Th. Prob. quia actus hujus ſcientiæ habet rationem ſimplicis intuitus rei in ſe vel in alio ut medio cognito, v.g. attingendo effectum in cauſa, abſque compoſitione, & diviſione, ſicut exercentur judicia Angelica circa ea, quæ evidenter cognoſcunt; atqui hic modus cognoſcendi eſt incapax diſcurſus formalis ad quem requiritur tranſitus à noto ad ignotum per illationem cognitionis ignoti ex cognitione antecedenter noti.

Hinc Mart. 17. v. 25. vel ſolùm uſus eſt diſcurſu externo, vel interno procedente à ſcientia acquiſita ex ſe diſcurſiva, uno ex his ſenſibus S. Th. variè explicant; ſed, quantum apparet, violente.

251. Videntur potuiſſe Chriſtus ex iis, quæ hac ſcientia per proprias ſpecies cognoſcebat, alia inferre, quorum non habeat ſpecies proprias, v g. quædam futura ſub conditione, vel per vim naturalem intellectus, vel per habitum aliquo modo ſimilem noſtro Theologicæ.

Fuit ſemper in aliquo uſu hujus ſcientiæ, quam per voluntatem applicare potuit ad uſum, nunquam tamen in actu adæquato, quo ad futura in æternum.

Chriſto à primo inſtanti ſuæ conceptionis ſemper fuit in aliquo uſu hujus ſcientiæ, cum hoc fuerit ejus dignitati conveniens, & conforme naturæ ſcientiæ infuſæ, quippe quæ, cùm non dependeat à converſione ad phantaſmata, nec ſomno, nec alia ſive interiori ſive exteriori occupatione impediri potuit.

Non videtur tamen Chriſtus unquam fuiſſe imo nec eſſe potuiſſe in actu adæquato hujus ſcientiæ quo ad omnia futura per totam æternitatem: quia attentio ad infinita ſimul diſtinctè cognoſcenda debet eſſe infinita, ac proinde ſuperat vim finitam intellectus creati, aut ſaltem non poteſt ei eſſe connaturalis. Potuit tamen per hanc ſcientiam quoties voluit cognoſcere omnia futura uſque ad diem judicii; cum hæc ſint finita, & eorum notitia ſpecialiter pertineat ad ſtatum judicij.

Digitized by Google

252. Potuit autem Chriſtus per ſuam voluntatem applicare hanc ſcientiam ad uſum huius ſpeciei potius, quam alterius, ſive ad repræſentanda hæc obiecta potius, quam alia, ſic ut iſta voluntas non præſupponeret cognitionem, ad quam movebat; 1. per directionem ſcientiæ Beatæ, quæ ſemper erat in actu 2. per directionem alicuius cognitionis confuſæ huius ſcientiæ v.g. volendo cognoſcere ea, quæ tali vel tali tempore eſſent futura potius quam alia.

253. Scientia acquiſita eſt, quæ propriis intellectus creati viribus acquiri poteſt, licet ſubinde quibuſdã ex ſpeciali Dei privilegio infundatur per accidẽs.

Probabilius eſt animam Chriſti habuiſſe ſcientiam naturalem noſtræ ſimilem, non ab initio ſibi à Deo infuſam, ſed ſucceſſu temporis, propriis actibus acquiſitam. Ita S.Th. hic q. 12. art. 2. O. Vbi expreſse revocat oppoſitum quod docuerat in 3. diſt. 14. q. 3. a. 3. quem cum Thomiſtis ſequuntur Vaſq. Valent. Amic. contra Bonav. Scot. Suar. Præpoſit. **Probabilius eſt Chriſtum habuiſſe ſcientiam naturalem propriis actibus acquiſitam.**

Prob. 1. ex Script. Luc. 2. *Ieſus proficiebat ætate & ſapientia*. 2. ex Conc. Epheſ. & PP. Amb. Hier. Aug. & alii apud Amic. locum Lucæ citatum explicantibus de profectu in ſapientia. 3. Ratione 8. 1. quia, cum non ſint adſtruenda miracula ſine neceſſitate, perfectiones naturales Chriſto tribuendæ ſunt modo maxime connaturali, atqui ergo, 2. Quia, cum habitus huius ſcientiæ pendeant à converſione ad phantaſmata, debuiſſent defectu phantaſmatum & ſufficientis diſpoſitionis organorum diu eſſe otioſi ac ſuperflui; ſi ab initio fuiſſent infuſi. **De hac enim ejuſque incremento intelligunt PP. illud Luc. 2. proficiebat ſapientia.**

254. Dices 1. Damaſc. l. 3 de fide cap. 12. & alii PP. apud Suar. negant Chriſtum in ſcientia profeciſſe, R. ſolum volunt Chriſtum ſimpliciter nihil didiciſſe, quod ante non ſciverit ullo genere ſcientiæ: non autem nihil ſcientiæ de novo acquiſiviſſe, qua ceperit rem aliquam certo ſcientiæ modo cognoſcere, quo ante eam non noverat: alioqui enim nequidem ſcientiam experimentalem de novo acquiſiviſſet, quam tamen acquiſiviſſe fatentur adverſarii, & aperte docet Paulus ad Hæbr. 5. *Cum eſſet filius Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam.* **Damaſc. ſolum vult Chriſtum nihil didiciſſe quod prius neſciret.**

Dices

Virtutes naturales ei fuerunt infuſæ ab initio, non hac ſcientia quæ alioqui defectu ſpecierum fuiſſet diu otioſa.

Dices 2. habitus virtutum naturalium, probabilius ſunt ab initio infuſi: ergo etiam habitus huius ſcientiæ R. N. ſequel. diſp. eſt quod ſi hi fuiſſent ab initio infuſi, fuiſſent, ut oſtenſum eſt, aliquando otioſi; ſecus illi; cum potuerint ab initio per ſcientiam infuſam ad ſuos actus dirigi. Deinde habitus virtutum naturalium erant aliquo modo neceſſarii animæ Chriſti, nempe ad tribuendam facilitatem in exercitio virtutum.

Dices 3. ſcientiæ naturales debebantur Chriſto ratione unionis. R. ut habendæ modo maxime connaturali, ſicut perfectio organorum & cæteræ perfectiones naturales corporis & animæ C. ut habendæ modo ſupernaturali per infuſionem ab initio ſuæ conceptionis N. Adamo quidem ſtatim ab initio ſuæ creationis fuerunt infuſæ; quia creatus fuit in ætate & diſpoſitione corporis virili, contra, Chriſtus in puerili.

Chriſtus hac ſcientia novit omnia naturaliter ſcibilia idq; abſq; ullo judicio erroneo aut opinativo quorum imperfectio ejus ſtatui diſconvenit.

255. Chriſtus hac ſcientia cognovit quidquid naturaliter ſciri poteſt ab homine. Ita S. Th. hic q. 12. a. 1. aliique communius ac probabilius contra Vaſq. Merat, &c. Ratio eſt quod decuerit Chriſtum habere hanc ſcientiam, ſicut alias perfectiones etiam naturales, in gradu excellentiſſimo. Neque ad id opus fuit ut res abſentes fuerint Angelorum miniſterio exhibitæ Chriſto, ut vult Caiet. cum mediante uſu ac directione ſcientiæ infuſæ facile potuerit rerum, nullo ſenſu exteriori à ſe perceptarū, ſpecies ſibi cōparare.

256. Chriſtus hac ſcientia uſus eſt abſque ullo errore & judicio opinativo, quia error & iudicium opinativum, incertum, ac formidoloſum non decent ſtatum perſonæ Chriſti. Cum verò illi ſubinde aliquam errandi occaſionem præberent phantaſmata ex ſenſibilibus impreſſa; id facile corrigebatur per ſcientiam infuſam, qua certò ſciebat rem aliter ſe habere, quam repreſentaretur in phantaſmate. Chriſtus quidem uſus eſt ſpeciebus res probabiliter repræſentantibus ad cognoſcendam earum probabilitatem non ad formandum de illis probabile iudicium falſitati obnoxium adeoque eius ſtatui repugnans aut diſconveniens.

Chri-

Digitized by Google

Chriſtus nihil didicit ab homine, quia non conveniebat ut qui erat omnium hominum caput & Doctor aliquid ab homine diſceret. Hinc potuit linguarum & rerum in longinquis regionibus exiſtentium notitiam ſibi abſque ullo magiſtri miniſterio acquirere per uſum ſcientiæ infuſæ reflectendo ad iſta objecta ſibi per iſtam ſcientiam nota & varias illationes ex illis naturaliter deducens. Deinde quamvis ſubinde ex factis aut dictis alicuius hominis aliquorum notitiam naturalem acquiſiverit, non ideo proprio dici poteſt aliquid didiciſſe ab homine, quia non accepit cognitionem ullius obiecti antea per ſcientiam infuſam non noti aut minus perfecte cogniti quod importet Iy *addiſcere*.

Hinc nihil didicit ab hominibus, nec ab Angelis, cum per uſum ſcientiæ infuſæ, potuerit omnium ſcientiam naturalem acquirere abſque omni periculo errandi.

257 Etiam nihil notitiæ accepit ab Angelis, tum ob rationem n. præcedenti allatam, tum quia hoc fuiſſet fruſtra, cum ſcientiam ſupernaturalem immediate accepiſſet à Deo & haberet vim intellectivam ſufficientem ad ſcientias naturalis ordinis ſibi comparandas. Vnde Angelus Luc. 21. eum non confortavit per inſtructionem de re ipſi prius ignota, ſed per meram propoſitionem rationum ac motivorum antecedenter ei perfecte notorum.

CAPUT VI.

Potentia, Exiſtentia, Impeccabilitas, & Paſſiones humanitatis Chriſti, Communicatio Idiomatum, & pertinentia ad unitatem.

§. I.

Potentia & Exiſtentia humanitatis Chriſti.

258. Humanitas Chriſti non habuit omnipotentiam ſimpliciter, cum omnipotentia ſimpliciter ſit proprietas naturæ divinæ, non humanæ, cũ qua divinitas in Chriſto fuit inconfuſe unita non permixta; ut ſup. n. 11. contra Eutichianos oſtenſum eſt, habuit tamen omnipotentiam ſecundum quid, nẽpe ut inſtrumentum Verbi quoad omnes mutationes

Humanitas Chriſti non habuit omnipotentiam ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

riam : igitur humanitati Chriſti ad gratiæ productionem ſolum tribuit concurſum moralem; & conſequenter ad miracula.

3 Quia Scripturæ & PP. eodem modo dicunt umbram Petri ſanaſſe infirmos quo Chriſtum : atqui conſtat umbram Petri quæ eſt mera privatio, adeoque nihil non concurriſſe nec potuiſſe concurrere phyſice, ergo &c. item, Chriſtum fuiſſe cauſam gratiæ in antiquis PP. & ejus paſſionem in fidelibus; cum illa non ſit amplius, nec in ſe, nec in ſua virtute.

4 Quia influxus phyſicus per potentiam obedientialem: quæ qua talis cauſæ inſtrumentali nihil intrinſecæ perfectionis ſuperaddit; & cuilibet rei etiam inanimatæ, imò & materiali peccati communis eſt, non eſt tam nobilis, nec tam confert ad dignitatem, quam influxus moralis per impetrationem, meritum, & aſſiſtentiam divinæ potentiæ exhibitam libertati voluntatis humanæ; cum hic modus influendi, non niſi naturæ intellectuali, & quidem ſanctæ poſſit competere.

Influxus moralis ad miracula nobilior eſt phyſico per potentiam obedientialem, qui etiam inanimatis communicari poteſt.

5 Quia in iis quæ vim naturæ ſuperant, & pendent à ſola Dei voluntate libera nihil debet adſtrui, de quo non ſufficienter conſtet per revelationem nobis ex Script. aut PP. nobis innoteſcentem: atqui ex Script. & PP non poteſt ſufficienter colligi humanitatem Chriſti in actiones miraculoſas alium habuiſſe influxum quam moralem, ergo &c. Minor patet, quia nullum proferri poteſt ex Script. aut PP. teſtimonium de Chriſti humanitate miraculorum patratrice, quod ei tribuat influxum pluſquam moralem, aut de hoc non poſſit facillime explicari.

260 Dices 1. Chriſtus nempe qua homo, ad miracula ſubinde adhibuit ſalivam, contactum, imperium & ſimilia: R. non eo quod in illis eſſet aliqua virtus inſtrumentalis phyſica: ſed ad manifeſtationem ſuæ authoritatis ac poteſtatis, & ad varia myſteria nobis ignota. Cum verò imperio uſus eſt, non imperavit Deo ſuo ſupremo Domino, nec ſuæ virtuti phyſice effectivæ, qua probabiliſſime caruit, ſed morbis vel diabolis quos pellebat, vel improprie

Chriſtus adhibuit ſputum non propter virtutem in eo latentem, ſed ad myſterium.

ſibi aut ſuæ poteſtati morali eo aut ſimili modo, quo Deus mundum creans dixit: fiat, *& factum eſt ita*.

Dices 2. Luc. 6. indicatur virtus phyſica his verbis: *virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*: R. N. aſſ. ibi enim nomine virtutis, phraſi Scripturæ familiari, ſignificatur ipſum miraculum, non virtus illius effectiva: ſicut & Marc. 6. *non poterat ibi virtutem ullam facere*. Luc. 10. *Si in Tyro factæ eſſent virtutes &c.*

PP. non docent Chriſti carnem fuiſſe vivificatricem phyſice, ſed abſtrahendo à modo vivificandi.

Dices 3. Concil. Epheſ. can. 11. definit carnem Chriſti propter unionem ad Verbum eſſe vivificatricem, quod etiam docent Cyrill. Nyſſ aliique PP. R. nec Concil. nec PP. docere fuiſſe vivificatricem influxu phyſico; de hoc enim nihil definiunt, ſed ſolum docent fuiſſe vivificatricem, idque verbis indifferentibus ad utrumque influxum, quod non feciſſent, ſi intendiſſent ſignificare influxum phyſicum, intellectu multo difficiliorem & in variis impoſſibilem; ut in vivificatione ſeu ſanctificatione Patrum veteris Teſtamenti præcedente Incarnationis exiſtentiam.

Dices 4. Chryſoſtomus aliique PP. apud Suar. dicunt Chriſtum non tantum oratione & impetratione, ſed etiam voluntate & poteſtate miracula patraſſe: R. ſolum volunt ea patraſſe quomodo, & quando voluit, per aſſiſtentiam divinæ omnipotentiæ ſibi ad nutum ad dictam, modo explicato numero præced.

S. Th. hic varie loquitur, & facile poteſt explicare de influxu morali.

261. S. Thom. in hac controverſia (teſte Cajet. apud Amic.) varius fuit: nobis aperte favet in diſt. 16. q. 1. art. 3. O. & 2. 2 q. 178. art. 1. ad 1. ubi dicit: *Impoſſibile eſt quod principium faciendi miracula ſit aliqua qualitas habitualiter manens*, & infra *mens facientis miracula movetur ad faciendum aliquid, ad quod ſequitur effectus miraculi, quod Deus ſua virtute facit: quod quidem quandoque fit præcedente oratione, quandoque non præcedente manifeſta oratione, ſed Deo operante ad nutum hominis*. Adverſariis tamen etiam manifeſte favet q. 6. de potent. art. 4. & hic qu. 1. 23. art. 2. ubi, cum dicit, animam Chriſti ut inſtrumen-

men-

Digitized by Google

mentum Verbi habuiſſe virtutem ad immutationes miraculoſas creaturarum, non tamen ad earum annihilationem; intelligi poteſt de virtute morali, cui quidem abſolute non repugnat extendi ad annihilationem; repugnat tamen ex ſuppoſitione decreti divini: quia hujuſmodi operatio miraculoſa non conducebat ad fines Incarnationis.

262 Humanitas Chriſti non exiſtit per increatam Verbi exiſtentiam, ſed per propriam & creatam. Ita Bonav. Scot. Suar. Vaſq. & recentiores communius, contra Cajet. Capreol. alioſque Thomiſtas. **Humanitas Chriſti non exiſtit per exiſtentiam verbi, ſed per ſe creatæ ejus eſſentiæ identificatam.**

Prob. 1 quia exiſtentia (ut hic ſupponimus ex metaphyſica) cum non ſit aliud quam entitas actualis, non diſtinguitur realiter ab eſſentia, ac proinde cum humanitas Chriſti non poſſit eſſe id, quod eſt, ſeu ſua entitas actualis per exiſtentiam Verbi, neque per illam poteſt exiſtere.

2 Quia humanitas Chriſti, ut diſtincta à Verbo, eſt quædam entitas actualis, quæ qua talis poteſt ab Angelo naturaliter videri intuitive & eadem numero à Deo conſervari non unita Verbo, ergo non eſt entitas actualis, adeoque, quod idem eſt, non exiſtit per exiſtentiam Verbi, à Verbo inſeparabilem, & ab Angelo naturaliter inviſibilem.

3 Quia humanitas Chriſti, ſaltem quoad ſuas partes, prius natura exiſtit, quàm uniatur Verbo: *quod enim aſſumitur*, inquit S. Thom. hic q. 4. art. 2. O *Oportet præintelligi aſſumptioni*; nec ſolum quoad eſſe eſſentiæ, cum etiam terminus totalis aſſumptionis, ſc. Homo Deus, quem ibi S. D. negat præintelligi aſſumptioni, ſic etiam ei præintelligatur; ſed etiam quoad eſſe exiſtentiæ ut clare ſignificat S. Thom. ſup. dum à ſimili rem explicans, ait: *ſicut quod movetur localiter præintelligitur motui*, quod conſtat præintelligi quoad eſſe exiſtentiæ: ergo &c. **Cum exiſtentia aliud non ſit, quàm ejus entitas actualis.**

4 Quia creatio animæ Chriſti præſupponitur ejus unioni hypoſtaticæ, ſed per creationem anima recipit aliquod eſſe actuale; ergo exiſtentiam natura priorem unione.

5 Quia ſequeretur B. Virginem proprie non ge-

nuiſſe Chriſtum, quia ei non dediſſet ullum eſſe; non creatum, eo enim careret: nec increatum, cum illud à creatura dari non poſſit.

Vnde exiſtit per ſe id eſt, per exiſtentiam ſibi identificatam; in alio tamen, idque ab initio ſuæ conceptionis, quod ſolum vult Sophr.

263 Poteſt igitur dici humanitas Chriſti exiſtere per ſe, id eſt, per exiſtentiam ſibi propriam & identificatam, non per alienam, quo ſenſu etiam accidens (juxta S Th. hic q. 17. habens propriam exiſtentiam) per ſe exiſtit; non vero hoc ſenſu, quod non exiſtat in alio ſe perfectiori, a quo ſuſtentatur. Habenti enim propriam exiſtentiam non repugnat exiſtere in alio ut in ſubjecto; in alio ut in comparte; neque in alio ut in ſuppoſito terminante.

Dices Sophronius in Epiſt. quam approbavit VI. Synod. act. 11. & 13. dicit naturam humanam in Verbo, non in ſe ipſa habuiſſe exiſtentiam unam; R. ſolùm vult contra Neſtor. (ut patet ex contextu) humanitatem Chriſti nùmquam extitiſſe ſeorſim à Verbo; ſed à 1. inſtanti ſuæ conceptionis ei fuiſſe unitam, adeoque in eo ut ſuppoſito habuiſſe exiſtentiam. Interpres addit *unam*, cui Medina ad ſuum argumentum roborandum, quod alioqui videbat eſſe infirmum, de ſuo appoſuit *cum Verbo*; illa enim ut declarat Vaſq. non habentur in græco.

Adde, humanitatem Chriſti poſſe dici habere in Verbo unam cum eo exiſtentiam, ſcilicet completam, ſeu eſſe unum totale & perfectum, unum, inquam, non unitate ſimplicitatis, ſed compoſitionis, quia ex exiſtentia humanitatis aſſumptæ, & exiſtentia Verbi aſſumentis reſultat unum eſſe perſonale compoſitum & totale hominis Dei.

Damaſc. & S. Th. ſolum volunt in Chriſto fuiſſe unicum eſſe ſubſtantiale completum, quod ſonat eſſe ſimpliciter.

264 Eodem ſenſu intelligendi ſunt Damaſc. Fulgentius aliique PP. apud Suar. Item S. Thom. hic q. 17. art. 2. ubi ait in Chriſto eſſe *Vnicum eſſe, non duo; cùm Chriſtus ſit unum, non duo, & impoſſibile ſit, quod unius rei non ſit unum eſſe*: ibi enim ſolum vult, quod ſit unicum eſſe ſubſtantiale perfectum & completum, quale intelligitur per eſſe, ſimpliciter, ſive quod ſit unicum eſſe perſonale, ut patet ex iis quæ ibidem habet ſub finem, ubi ait: *cum humana natura conjungatur Filio Dei perſonaliter, non accidentaliter, conſequens eſt ut ſecundum naturam humanam*

non

non adveniat ſibi novum eſſe perſonale.

Deinde S. Thom. qu. de unione Verbi Incarnati ar. 4. duas agnovit in Chriſto exiſtentias, ut fatetur Cajet. dicens S. Doctorem illam ſententiam hic retractaſſe, ſed abſque fundamento; cùm toto homo arte ne verbo quidem inſinuet, humanitatem Chriſti exiſtere per exiſtentiam Verbi, ut demonſtrat Palud. Suar. & fuſe Tiphan. c 33.

265 Ex dictis 1. hic fit unum per ſe ex pluribus, quorum unum ſc. Verbum eſt in actu completo, alterum, nempe humanitas, in actu exiſtentiali, & entitativo, incompleto tamen in eſſe compoſiti: 2. ex entibus in actu exiſtentiæ ſeu entitativo fit unum per ſe in omni una compoſitione, cum ejus extrema præſupponantur, non ſolum ut poſſibilia, ſed ut actualia: 3. generari & produci eſt proprium ſuppoſiti ut termini qui totalis & per ſe intenti, ac ſimpliciter denominati; ſic tamen ut etiam conveniat partibus quæ ſicut terminant propriam productionem, ita habent ſuum proportionatum generari, produci & eſſe, ſeu exiſtere, licet non ſint terminus denominationis: 4. Verbum aſſumpſit exiſtentiam creatam ac proinde dici poteſt exiſtere exiſtentia creata 1. hoc ſenſu quod ſit ſuppoſitum naturæ exiſtentis per exiſtentiam creatam, & ſecundum quid ſc ſecundum eſſe hominis; non tamen ſimpliciter & in ſenſu maxime proprio & obvio, quo ſignificaretur Verbum habere ſimpliciter eſſe actuale extra cauſas per exiſtentiam: 5. actio generativa B. Virginis terminata eſt quidem ad eſſe ſeu exiſtere creatum humanitati proprium ut ad terminum quo, formalem & immediatum, habuit tamen pro termino qui, principali ac totali eſſe hominis Dei, eo ipſo quo ejus actio immediate attigit unionem partium humanitatis prius natura aſſumptarum, ex qua immediate reſultavit homo Deus, cujus proinde eſt vera mater.

Ens in actu incompleto venit in compoſitionem per ſe.

Productio unionis partium aſſumptarum habet pro termino totali hominem Deum.

§. I I.
Impeccabilitas humanitatis Chriſti.

Humanitas unita Verbo eſt abſolute impeccabilis, idque præciſe ratione unionis.

266 IN Chriſto nullum fuit peccatum eſt de fide Luc. 1. *quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei*. Quibus verbis ex communi PP. ſenſu, intellectis de nativitate in utero ſeu conceptione, excluditur peccatum originale, actuale vero his Ioan. 8. *Quis ex vobis arguet me de peccato*.

267 Humanitas unita Verbo præciſe ratione unionis, non potuit peccare, nequidem de potentia abſoluta. Ita S. Thom. cum ſuis, Suar. Vaſq. Sylv. & recentiores communiſſime, contra Scot. cum ſuis Dur. Gabr. Marſil &c. quorum ſententiam nonnulli ſentiunt cenſura dignam: ſed immeritò: cum ſententia, quam, Eccleſia non improbante, tuetur nobiliſſima Scotiſtarum Schola, non videatur poſſe, abſque temeritate, cenſura notari.

Patet ex CC. & PP. humanitati aſſum. ptæ tribuentibus omnimodam impeccabilitatem.

Prob. 1. ex VI. Synodo, actione 8. ubi Athanaſius Apolinariſtis negantibus Chriſto animam & humanam voluntatem, ne in eo cogerentur admittere peccabilitatem adducitur reſpondens nihil eſſe metuendum, quia per ipſam aſſumptionem ipſa voluntas impeccabilis facta eſt. Et act. 19. ubi allegatur Nazianz. dicens voluntatem humanam Chriſti ita fuiſſe deificatam per unionem ad Verbum, ut non poſſit divinæ repugnare.

2 Ex PP. apud Suar. Chriſto tribuentibus omnimodam impeccabilitatem præciſe ratione unionis, ut Dionyſ. Alex. dicens: *niſi eſſet Deus, non poſſet eſſe alienus à poteſtate peccandi: nemo enim eſt qui peccare non poſſit, niſi unus Chriſtus, ſicut Pater Chriſti & Spiritus S.* Hilar. l. 10. de Trin. ſub med. *Homo Chriſtus eſt, & in veritate nativitatis eſt, dum homo eſt; & non eſt in proprietate peccati, dum Chriſtus eſt: quia & qui homo eſt, non potuit non eſſe quod natum eſt, & qui Chriſtus eſt, non potuit amiſiſſe quod Chriſtus eſt*. Quibus ſignificat æque peccatum Chriſto repugnare, ac repugnat Chriſtum non eſſe Chriſtum. Cyril. Alex. apud Vaſq. docent non poſſe Chriſto imbecillitatem obiici, niſi dicatur

deſiiſſe

deſiiſſe eſſe Deus, Auguſt. l. de peccat. merit. c. 11. *Mente conſpiciens Chriſti juſtitiam, in cujus non tantum divinitate, ſed neque in anima, neque in carne ullum potuit eſſe peccatum.*

268. 3 Quia unio hypoſtatica ſeipſa præciſe, ut probatum eſt n. 219. humanitatem Chriſti ſanctificat ſanctitate infinita in omni genere ſanctitatis; ſeu qua non poſſit dari major, adeoque ſanctitate pellente quodlibet peccatum, non ſolum de potentia ordinaria, ſed etiam de abſoluta, nec ſolum peccatum, ſed etiam potentiam peccandi, alioqui enim poſſet dari ſanctitas ea major. Atqui repugnat naturam ſic ſanctificatam peccatum vel leviſſimum admittere, ergo.

Et ratio eſt quod unio tribuat ſanctitatem omni peccato repugnantem.

269 Humanitas unita Verbo manſit noſtræ ſimilis habens voluntatem liberam, & de ſe vertibilem ad bonum & malum, adeoque manſit peccabilis ab intrinſeco: at non potentia proxima & expedita, quæ ſola venit nomine peccabilitatis ſimpliciter, & requiritur ad hoc, ut quis abſolute dicatur poſſe peccare; ſed ſolum potentia remota & impedita per aliquid humanitati aſſumptæ intrinſecum, partim phyſice ſc. unionem, partim moraliter, nempe ipſam Verbi perſonalitatem, quibus ſanctificatur ſanctitate omni peccato repugnante.

Eſt tamen Chriſti humanitate potentia peccandi, ac remota tantùm & impedita.

270 Potentia proxima peccandi non conſiſtit in ſola voluntate creata de ſe libera, ut patet in Beatis, ſed varia importat connotata, tum poſitiva, ut concurſum paratum ad malum, tum negativa, ut negationem viſionis Beatificæ, unionis hypoſtaticæ & cujusvis alterius perfectionis intrinſecæ, per ſe exigentis ſpecialem Dei aſſiſtentiam efficaciter impedientem omne peccatum, quæ & ſimilia neceſſariò requiſita ad hoc ut voluntas ſit expedita ad peccatum, non conveniunt humanitati Chriſti: *Quam*, inquit, Tertul. l. de carne Chriſti, *Verbum aſſumendo fecit ſuam, & faciens ſuam fecit non peccatricem.*

Vnde eſt ſimpliciter impeccabilis peccabilitate proxima & expedita, idque ab intrinſeco, ſcilicet per unionem ſibi intrinſecam, quæ naturam cui ineſt, reddit formaliter impeccabilem: non quidem hoc

Cum qua ſtat abſoluta impeccabilitas ab intrinſeco, orta

Digitized by Google

immediate à ſpeciali Dei aſſiſtentia unioni debita.

ſenſu, quod ſeipſa immediate ejus voluntatem regat ne à recto deviet, illam ad actus ſupernaturales elevet, eamve fortificet adverſus difficultates in conſtanti vitatione peccati occurrentes, naturaliter inſeparabiles, aut appetitum rationi ſubiiciat: cum enim per ſe nullo modo in voluntatem, ejusve actus influat, ſeipſa immediate horum nihil præſtat: ſed hoc ſenſu, quod humanitati per ipſam in Verbo exiſtenti indiſpenſabiliter exigat efficacem Dei aſſiſtentiam, per auxilia ſive intrinſeca, ſive extrinſeca ad vitandum omne peccatum, ſic ut Deus non poſſit humanitati velle unionem hypoſtaticam, & ei velle dictam aſſiſtentiam; cum hujus volitio ſit virtualiter incluſa in volitione unionis humanitatem eſſentialiter infinite ſanctificantis, adeoque ab ea per ſe peccatum omne excludentis.

Confirmati in gratia ſunt impeccabiles, ſed ſolum extrinſecæ vi decreti præſervativi à peccato.

271 Similiter, ſi Deus decreviſſet Petro quamdiu eſſet viator conſervare gratiam habitualem, non poſſet ei negare aſſiſtentiam, qua præſervaretur à peccato; cum hoc tamen diſcrimine, quod eo caſu iſta aſſiſtentia non deberetur Petro ratione alicujus intrinſeci, ſed ratione divini decreti plane extrinſeci: unde ſolum extrinſece eſſet impeccabilis, ſicut fuerunt B.V. & alii in gratia confirmati: humanitati verò aſſumptæ debeatur ratione unionis, qua intrinſece perficitur & completur in eſſe ſuppoſiti, ſeu Verbo conjungitur in unitate Perſonæ, ita ut Chriſto quatenus eſt hic homo, intrinſeca ſit impeccabilitas, ſive forma, cum qua in ſenſu compoſito impoſſibile eſt hunc hominem Chriſtum peccare.

An autem impeccabilitas, modo jam explicato, ſita in unione, dicenda ſit radicalis potiùs quàm formalis, eo quod unio voluntatem naturæ aſſumptæ non dirigat nec a peccato præſervet ſeipſa immediate, ſed mediante ſpeciali Dei aſſiſtentia, eſt quæſtio de nomine: dici poteſt radicalis hoc ſenſu quod exigat aſſiſtentiam immediate præſervantem à peccato, & poteſt dici formalis hoc ſenſu quod unio humanitatem formaliter ſanctificet ſanctitate omni peccato eſſentialiter repugnante.

272 Porrò iſta aſſiſtentia, à qua immediate habet

ret humanitas aſſumpta, ut in ſuis actibus non poſſit à ratione honeſti deviare, nihil officit ejus libertati; cùm exerceatur per media ex ſe indifferentia, quæ per ſcientiam mediam prævidentur habitura effectum, modo explicato par. 2. n. 170. de prædefinitione.

Vnde, quantum eſt ex parte principiorum immediate influentium in actus voluntatis, remanet in natura aſſumpta ut ſic, etiam circa bonum & malum potentia proxima, & expedita, ad utrumlibet, ſeu voluntas nullo modo antecedenter determinata ad unum per aliquid quod immutet ejus connaturalem operandi modum cum indifferentia.

Aſſiſtentia qua voluntas Chriſti juvatur & dirigitur ne à recto deviet exercetur per media indifferentia eius libertati nihil efficientia.

273. Hæc autem indifferentia, quamvis juxta Mol. ſufficiat ad libertatem (qua de re infra) non tamen ſufficit, ut natura aſſumpta ſimpliciter dici poſſit peccare poſſe in ſenſu compoſito, aut abſolute peccabilis: quia naturam ſimpliciter poſſe peccare, ſeu eſſe abſolute peccabilem, importat in natura abſolutam imperfectionem defectibilitatis, hoc eſt, carentiam perfectionis intrinſece, vi cujus ei repugnet peccatum, ſeu quod in ſuo eſſe naturali, aut perſonali nihil includat, cum quo non poſſit componi peccatum, quod de natura Verbo hypoſtatice unita non poteſt verificari.

274. Hinc 1. quamvis non appareat cur de potentia abſoluta aſſumi non poſſit natura humana abſq; ullo ſupernaturali dono ſuperaddito inhærente; non poteſt tamen abſque omni dono ulteriori, etiam extrinſeco, ſic ut ſibi pure relinquatur abſque ſpeciali aſſiſtentia ad vitandum omne peccatum.

Non poteſt aſſumi natura abſq; dono præſervante à peccato, alioqui eſſet, & non eſſet impeccabilis.

2. Si per impoſſibile ita ſibi relinqueretur, ex illo impoſſibili ſequeretur aliud, nempe naturam eo caſu fore peccabilem & impeccabilem.

3. Ideo naturæ aſſūptæ nō repugnat paſſio & mors &c. ratione unionis perſonalis cum Verbo impaſſibili & immortali ſicut ſi repugnat peccatum ratione unionis cum Verbo infinite Sancto; quia, cum eſſe immortalem, impaſſibilem &c. non ſit effectus moralis, ut eſt eſſe ſanctum, ſed effectus pure phyſicus, per unionem non derivatur in naturam aſſumptam, ſicut eſſe ſanctum, pro quo V. dicta ſup. num. 221. & ſeqq.

275. Si-

Si humanitas remanens unita Verbo, peccaret, etiam Verbum ſecundum ſe peccaret.

275. Si humanitas unita Verbo peccaret, aut peccare poſſet in ſenſu compoſito, ipſum Verbum peccaret, aut peccare poſſet non ſolùm denominative per communicationem idiomatum, ut concedit Dur. ſed etiam formaliter & ſecundùm ſe, ſicut in Chriſto diſtinguenda eſſent duo peccata, unum voluntatis humanæ, alterum divinæ quod evidenter repugnat. Vnde non parum confirmatur noſtra concluſio n. 265. Ita Suar. Val. & alii communius contra Vaſq. Lug.

Permittendo peccatum, quod natura ſibi hypoſtatice unita tenetur impedire directe & per ſe.

Prob. quia quando plures naturæ conveniunt in idem ſuppoſitum, tenetur ſuperior; ſaltem ſi commode poſſit, inferiorem dirigere, & impedire ne peccet, alioqui peccatum ipſi imputatur, ut patet in humana voluntate, quæ ſi permittat in appetitu ſenſitivo motus inordinatos, quamvis in ſe formaliter non peccaminoſos defectu libertatis, eo ipſo tamen contrahit peccatum: ergo ſimiliter Verbum in noſtro caſu, quod licet proprie nulla lege teneatur; cum careat ſuperiore cui debet obedire; tenetur tamen improprie ad nihil faciendum ſuæ ſapientiæ ac ſanctitati repugnans; quatenus ad id ex ſuis intrinſecis determinatur & neceſſitatur.

276. Dices cum Vaſq. hoc ſolùm verum eſt quando in inferiori non reperitur propria libertas, ut in corpore & appetitu ſenſitivo: R. N. aſ. cujus falſitas patet in patre obligato ad directionem filii, & in marito ad directionem uxoris, licet cum iis ſolum faciant unũ moraliter: unde à fortiori ſequitur naturam ſuperiorem ad id obligari, quando cũ inferiori facit unum per ſe in eſſe ſuppoſiti: quandoquidem iſta unitas multo magis & ſpecialius faciat actiones naturæ inferioris pertinere ad naturam ſuperiorem, cum realiter faciat eſſe actiones eius ſuppoſiti. In hac itaque unitate ſuppoſiti, & nõ in defectu libertatis partis inferioris, fũdatur obligatio qua pars ſuperior in homine tenetur gubernare inferiorem, quam licet propria gauderet libertate, ęque teneretur gubernare præciſe qua ſuperior, & conveniens in unum ſuppoſitum, cum per hoc præciſè inferior ſuperiori ſubordinetur in operando, ſicut in eſſendo, tamquam ali-

aliquid ad ipſam ſpecialiter pertinens:

Hinc juxta Suar. Si Verbum aſſumeret humanitatem deſtitutam uſu rationis teneretur in ea impedire motus inordinatos, quia licet iſti motus eſſent inculpabiles reſpectu naturæ aſſumptæ, forent tamen indecentes Verbo, & ipſi imputabiles, cum ſit ſuppoſiti nullam in natura ſua admittere inordinationem; non tamen teneretur naturam ignis aſſumptam imped re à comburenda domo cum alterius damno, ut docent omnes contra Cabreram; quia iſta combuſtio quamvis damnoſa, non tamen eſſet moraliter inordinata reſpectu naturæ ignis incapacis iſtius inordinationis, nec reſpectu Verbi ſupremi omnium Domini.

Pater vero & Spiritus S. indirectè & velut per accidens ratione perſonæ Filii cum qua communem habent voluntatem.

277. Solus quidem Filius tenetur ad impedienda naturæ aſſumptæ peccata per ſe & directe, quia iſta obligatio fundatur in unione hypoſtatica, quam ſolus Filius per ſe immediate terminat, ratione cujus terminationis, ipſe ſolus iſtam naturam reſpicit ſpecialiter ut ſuam, & ejus actiones ut ſuas, ac proinde fundamentum obligationis eſt ipſi ſoli proprium, adeoque ipſe ſolus per ſe primo & directe obligatur: quia tamen ejus voluntas, ſubjectum immediatum obligationis, communis eſt aliis perſonis, ideò etiam Pater & Spiritus S. indirectè & velut per accidens id eſt, non ratione ſui, ſed ratione alterius perſonæ cum qua communem habent voluntatem & potentiam; etiam ad idem obligantur, ſicut eodem debito, quo Filius debeat naturæ aſſumptæ ſcientiam, gratiam, gloriam &c.

Deus reſpectu actionum naturæ aſſumptæ neceſſario habet ſe ut cauſa particularis, & ideo tenetur eas regere, ſecus reſpectu non aſſumptæ.

Dices 1. Deus non tenetur impedire peccata hominum, ſuorum ſubditorum, & filiorum adoptivorum, ſi ſint in gratia; ergo nec naturæ aſſumptæ. R. N ſequel. diſparitas eſt, quod illorum reſpectu ſolùm ſe habeat ut cauſa generalis, juxta eorum exigentiam ad illorum actiones concurrens, at verò reſpectu actionum naturæ aſſumptæ habeat ſe ut cauſa particularis illas ponens tanquam actiones ſui proprii ſuppoſiti, non alterius, & conſequenter ut ſuo ſuppoſito (à quo ſolo ut principio quod particulari procedunt) ſpecialiter imputabiles.

Dices 2. Poteſt Verbum efficaciter velle ut actiones naturæ aſſumptæ ad ſe non pertineant alio titulo quem cauſæ univerſalis; ergo poteſt efficere ut ipſi non imputentur ad culpam R. N. aſ quia ſicut poſita unione ipſa humanitas aſſumpta eo ipſo præcisè inimpedibiliter fit propria Verbi, idque independenter ab ejus ulteriori conſenſu, ita etiam iſtius humanitatis actiones fiunt proprie Verbi, ut principii quod particularis, ſic ut eo ipſo teneatur illas tamquam ſpecialiter ſuas curare & ordinare.

Verbum actiones humanitatis non offert alteri à ſe natura diſtincto tanquam ſuperiori & ideo per illas non meretur ſecundum ſe.

275. Dices 3. per actiones honeſtas naturæ aſſumptæ Verbum ſecundum ſe, ſeu pro ut eſt ſuppoſitum naturæ divinæ, non meruit, ergo à pari non peccaret per ejuſdem actiones inhoneſtas R. N. ſql. diſparitas eſt: quod Verbum ut ſic actiones honeſtas naturæ ſibi unitæ non obtulit alteri à ſe, natura, voluntate & poteſtate diſtincto, tamquam ſuperiori, à quo poſſit præmii loco aliquid accipere, quod antecedenter non ſit ſuũ quod eſſentialiter requiritur ad rationem meriti; at verò permittendo inhoneſtas fieri à natura ſibi hypoſtatice unita, voluntate divina conſentiret in actiones eſſentiali ſuæ bonitati ac ſanctitati repugnantes eaſque produceret ut ſuas: adeoque peccaret ſecundum ſe, non quidem peccato, quod eſſet offenſa Patris, cum enim iſtud peccatum æque foret Patris & Spiritus S. ac Verbi, non poſſet habere rationem offenſæ reſpectu Patris aut Spiritus S. ac proinde nullo modo eſſet offenſa alterius; ſed peccato quod eſſet inhoneſtas diſconveniens naturæ divinæ ab intrinſeco determinatæ ad bonum.

Si Verbum permitteret peccatum in natura aſſumpta iſta permiſſio ſimul eſſet bona & mala.

Dices 4. Voluntas Verbi eſt eſſentialiter regula omnis rectitudinis ac ſanctitatis: ergo quod ab ea procedit non poteſt non eſſe ſanctum ac rectum, ac proinde non poteſt eſſe peccatum non ergo &c. R. N. ſql. & dico inde tantum haberi quod ſi per impoſſibile Verbum permitteret peccatum in natura aſſũpta, iſta permiſſio eſſet recta & non recta; ſicut foret mendacium, ſi per impoſſibile Deus mentiretur. Ideo autem in Verbum ſecundum ſe redundaret peccatũ naturæ aſſumptæ potius, quàm ejus mors: quia hæc eſt malum phyſicum, quod Deus poteſt velle, &

ut

ut cauſa particularis inferre naturæ aſsumptæ: illud verò ſit malum morale, quod Deus velle nequit abſque inhoneſtate, nec ullo modo procurare, ſeu ad illud tanquam cauſa particularis concurrere, ſic ut illi tamquam authori tribui poſſit.

Redundantia mali moralis ſit per æſtimationem moralem, Phyſici per attingentiam ſeu adhærentiam realem.

Deinde alia eſt ratio boni & mali moralis in ordine ad redundantiam ab una parte ad aliam partem ejuſdem totius, ſive phyſici, ſive moralis, alia boni aut mali phyſici:nam,ut recte Conin. morbus unius membri alicujus communitatis non redundat in cætera membra ejuſdem communitatis; cum tamen infamia patris v.g. redundet in totam familiam. Hujus ratio eſt, quod bonum aut malum morale unius in alios redundet,non per phyſicam inhærentiam ſeu adhærentiam, ut malum phyſicum, ſed per moralem æſtimationem, qua communi prudentum judicio cenſetur afficere omnes coniunctos.

Dices 5. Humanitas unita Verbo non peccat libere, ergo poteſt peccare, antecedens patet, quia hoc ejus contradictorium: *humanitas unita Verbo, peccat libere*, eſt falſum, adeoque oppoſitum eſt verum, ſequel. prob. quia non peccare libere, ſeu quod idem eſt, libere non peccare eſsentialiter ſupponit poſse peccare,ut conſtat ex eſsentia liberi; ſita in poteſtate ad utrumlibet.

R.Diſt.antec. Si ſumatur affirmative ex parte modi libertatis non peccato adiecti, ſic ut faciet hunc ſenſum libere non peccat, ſeu non peccare eſt ipſi liberum ſic N. ſi ſumatur negative omni ex parte, ita ut ab humanitate aſsumpta removeat peccatum, & ipſius non peccati libertatem, faciatque hunc ſenſum:non peccat,& non peccare non eſt ipſi liberum ſic C. & N. omnes ſequelas ex iſto antec. ſophiſtice inferibiles omneſque adſcribiles ejus probationes, quæ nullam habent vim, niſi ſuppoſito ſenſu ex parte affirmative à nobis reiecto.

Inſtabis bene ſequitur Deus non creat alterum mundum libere,ergo poteſt illum creare ergo ſimiliter R. bene ſequitur ratione materiæ C vi formæ N. cum in hoc argumēto eiuſdem formæ:homo non volat libere,ergo poteſt volare:verū conſequente falsò.

Humanitas aſſumpta non poteſt lege ordinaria peccare in ſenſu diviſo.

279 Humanitas aſſumpta non poteſt de lege ordinaria peccare etiam in ſenſu diviſo, ſic, ut eodem inſtanti reali, quo peccat, poſterius natura deſinat unio atque ita peccatum ſit cauſa deſitionis unionis, ſicut in peccante eſt cauſa deſtructionis gratiæ.

Prob. quia unio hypoſtatica eſt primum & ſubſtantiale complementum naturæ, adeoque de intrinſeca conſtitutione ſuppoſiti ſaltem ut quo, ac proinde eſt prior natura omni actione, aut omiſſione libera humanitatis aſſumptæ; cum ſaltem connaturaliter & de lege ordinaria prius ſit naturam ſubſiſtere, quàm operari, & conſequenter ſubſiſtentiā ſit conditio prærequiſita ad omnem naturæ operationem: ergo humanitas Chriſti non poteſt peccare in ſenſu diviſo jam explicato, quia alioqui unio hypoſtatica eſſet principium actionis ſui deſtructivæ pro eodem inſtanti, quo in illam exerceret rationem principii, quod manifeſte implicat; ſic enim unio hypoſtatica pro eodem inſtanti ſimul eſſet, quia actualiter principiaret, & ſimul non eſſet, quia actualiter deſtrueret ut per actionem cujus eſſet principium.

Alioqui enim unio hyp. poſt. neceſſario prior natura ſimul eſſet & non eſſet vel ſimul eſſet cum peccato.

Confir. 1. quia alioqui humanitas Chriſti non eſſet ſimpliciter impeccabilis contra Patres ſupra nu. 264. non enim magis eſſet impeccabilis quam homo juſtus, qui non poteſt peccare in ſenſu compoſito, & tamen eſt abſolute peccabilis. 2. quia eo caſu Deus verè & formaliter peccaret; cum enim omnis operatio Chriſti præſupponat unionem & divinam ſubſiſtentiam ut natura priorem, omnis operatio Chriſti eſt operatio divini ſuppoſiti, adeoque Chriſti ut ſic, ergo Chriſtus ut ſic peccaret & unio ſimul eſſet cum peccato; neceſſarium eſt enim ut cauſa & effectus ſint ſimul in aliquo inſtanti. 3. Quia ſanctitas omnium poſſibilium perfectiſſima qualem accipit humanitas Chriſti per unionem hypoſtaticam debet habere vim non ſolum impediendi omne peccatum ſeu potentiam peccandi in ſenſu compoſito, ſed etiam potentiam peccandi in ſenſu diviſo, alioquin non eſſet omnium poſſibilium perfectiſſima.

Iuſtitia non eſt natura prior omni operatione, juſti, ideo juſtus poteſt peccare in ſenſu diviſo abſque ullo inconvenienti.

Dices: homo juſtus poteſt ſic peccare, ut per peccatum eodem inſtanti perdit juſtitiam: ergo etiam

huma-

humanitas Chriſti poteſt ſic peccare ut eodem inſtanti perdat unionem hypoſt. R.N. ſequel. Diſparit. eſt quod juſtitia accidentalis non ſit de intrinſeca conſtitutione ſuppoſiti: adeoque non ſit neceſſario natura prior qualibet actione hominis juſti, cum homo juſtus non operetur neceſſariò ut juſtus; ac proinde dum peccat, juſtitia nullo modo ſit principium peccati, per quod eodem inſtanti pellitur: cujus contrarium ex dictis ſup n 278. contingeret cum omnibus abſurdis & implicantiis ibi recenſitis, ſi humanitas aſſumpta peccaret.

Inſtabis: etiam gratia dum per peccatum pellitur, deberet eodem inſtanti ſimul eſſe & non eſſe, ſi noſtrum argumentum concluderet, quia eo inſtanti quo per peccatum pellitur in priori naturæ quam pellatur, intelligitur fuiſſe, & necdum expulſa eſſe; hæc enim prærequiruntur ad poſſe pelli eo inſtanti quo expellitur. R.N.aſ.ad cujus probationem dico: ad poſſe expelli hoc inſtanti ſolum prærequiri fuiſſe, & in inſtanti tempore priori expulſum non eſſe: non verò non eſſe expulſum eo inſtanti quo pelli poteſt; ſed pro eo inſtanti in priori naturæ indifferens eſſe ad expelli vel non expelli. Vnde in inſtanti quo juſtus peccat, juſtitia deſinit extrinſece per primum ſui non eſſe; & peccatum incipit intrinſece per primum ſui eſſe, adeoque non ſunt ſimul eodem inſtanti.

280 An autem de potentia abſoluta ſic peccare poſſit, incertius eſt: Negant Suar. Vaſq. Lug. & cæteri communius quorum ſententia ex argumentis jam allatis eſſet certa, ſi certum foret (ut volunt Suares & alii) ſubſiſtentiam, adeoque & unionem hypoſtaticam eſſe indiſpenſabiliter, natura priorem qualibet operatione naturæ, & quod implicet humanitatem ſimul terminari ſubſiſtentia Verbi & aliqua ſubſiſtentia creata ſive propria ſive aliena. Verum quia de his non conſtat; affirmant nec improbabiliter, Mendoz. Ariag. & alii, ſentientes non repugnare unionem conferri humanitati, & in ea conſervari dependenter ab aliquo ejus actu bono, prius natura elicito, aut dependenter à libera omiſſione alicuius actus mali natura priori, ſic ut quo-

Iuxta Suar. & alios communius nequidem de potentia abſoluta poteſt peccare in ſenſu diviſo, quod tamen negat Mendoza, nec improbabiliter.

Digitized by Google

quolibet inſtanti priùs ſit humanitatẽ independenter à quavis ſubſiſtentia ſeipſam determinare ad actus boni poſitionem, vel mali omiſſionem, quam Deum in ea conſervare unionem. Quo caſu poſſet, ut patet, peccare in ſenſu diviſo, ſicut in ſimili peccare poſſet videns Deum, modo explicato par. 2 n. 11. fuſius.

Dices 1. In caſu hujus aſſertionis Deus elevaret naturam ad modum operandi præternaturalem, eo fine ut peccaret; atqui hoc repugnat, ergo &c. R. N. aſ. quia, ut ſupponimus. humanitati daret auxilia ſufficientia ex intentione actus boni, propter quem vellet, quantum eſt de ſe, ei unionem conſervare. Vnde ad ejus peccato haberet ſe mere permiſſive.

In eo caſu Deus elevaret humanitatem peccatum permittendo non intendendo & humanitas ſolum poſſet peccare in ſenſu diviſo de potentia abſoluta, non de ordinaria, ut juſtus.

Dices 2. in hac, ſententia humanitas aſſumpta non magis eſſet impeccabilis quam Juſtus quilibet, qui etiam ſolum poteſt peccare in ſenſu diviſo; R. N. aſ. quia humanitas aſſumpta, iuxta iſtius ſententiæ Authores, ſolum poſſet ſic peccare de potentia abſoluta; non verò, ſicut juſtus de lege ordinaria, quàm inquiunt iſti Authores; tantum attendunt PP. n. 266. cum dicunt humanitatem aſſumptam eſſe abſolute impeccabilem.

Dices 3. Vnio hypoſtatica tribuit humanitati ſanctitatem participata ſupremi ordinis, omniumque ſanctitatum poſſibilium perfectiſſimam: adeoque pellentem non ſolum omne peccatum, ſed etiam omnem peccandi potentiam: ergo &c. R. ſanctitatem quantumvis perfectiſſimam non poſſe reddere humanitatem impeccabilem ejuſve peccatum pro aliquo inſtanti impedire prius natura, quàm intelligatur poſitive ei inexiſtere; cùm pro eo ſigno perinde ſe habeat, ac ſi numquam extitiſſet, aut exitura eſſet: in caſu autem hujus aſſertionis unio non intelligeretur humanitati inexiſtere pro illo priori, quo peccatum committeretur aut committi poſſet; ſed præſcinderet ab eſse & non eſse; quod verò antea extitiſset, haberet ſe omnino per accidens, V. Arriag.

Sanctitas perfectiſſima non impedit peccatum prius natura quam ſit.

281 Multo certius eſt humanitatem aſsumptam poſse

poſſe peccare in ſenſu diviſo, ſic, ut eodem inſtanti, quo peccat, non deſinat (Deo ceſſante eam conſervare) priùs natura quam peccatum fiat: quia eo caſu peccatum non fieret à ſuppoſito divino, ſeu ab humanitate eo inſtanti ſubſiſtente in Verbo, ſed incipiente ſubſiſtere per ſe: adeoque ejus peccatum nullo modo poſſet Verbo tribui, aut per ejus ſanctitatem impediri: unde eo caſu non poteſt dici, *Verbum peccat*, licet rectè dicatur, *juſtus peccat*, quamvis eo inſtanti, quo peccati, non ſit amplius juſtus: quia nempe in hoc caſu manet idem ſuppoſitum ſub ſtatu juſtitiæ & peccati; ratione cujus in ſenſu materiali, ſc. ſumendo juſtum pro ſuppoſito, verum eſt dicere, *juſtus peccat*: ſecus in priori, in eo enim non maneret idem ſuppoſitum ratione cujus in ſenſu materiali verificari poſſet hæc propoſitio, *Deus peccat*, ſeu ſuppoſitum quod ante fuit Deus, peccat.

Humanitas aſſumpta poteſt peccare Deo prius natura ceſſante unionem conſervare.

262 Verbum non potuit aſſumere humanitatem aliquo peccato, ſive originali, ſive perſonali, antecedenter infectam, ſic, ut in inſtanti aſſumptionis remaneret peccatum: potuit tamen ſic, ut ipſo inſtanti aſſumptionis peccatum deſineret vi ipſius aſſumptionis: 1. Pars patet ex dictis ſup. n. 266. 2. probatur, quia, cum eo caſu peccatum non eſſet ſimul cum unione, non apparet ulla ratio repugnantiæ.

Verbum non potuit aſſumere naturam peccato infectam ſic ut cum unione peccatum remaneret, potuit ſic ut per aſſumptionem pelleretur.

Eo autem caſu Verbum dici non poteſt peccaſſe, ut rectè Suarez & alii communius contra Vaſquez quia communicatio idiomatum non eſt inter ſuppoſita ejuſdem naturæ, ut patet in diuinis ubi proprietates Patris non dicuntur de Filio, nec contra, quia differunt ſuppoſitis licet ſubſiſtant in eadem natura: ſed inter naturas ejuſdem ſuppoſiti, ſeu reſpectu unius ſuppoſiti ſubſiſtentis in pluribus naturis ut in Chriſto.

Eo caſu non poſſet vere dici: Verbum peccavit: quia non fuiſſet ſuppoſitum humanitatis dum peccavit.

Dices: hic homo Chriſtus dici poteſt creaſſe omnia; licet Verbum creaverit omnia ante aſſumptionem humanitatis: ergo in caſu noſtræ concluſionis etiam dici poſſet Verbum ſeu hic Deus. Homo peccavit, quamvis humanitas peccaſſet prius quam Verbum illam aſſumeret, R. N. ſql. diſparitas eſt quod in caſu antecedentis, hic homo, ſit idem ſuppoſitum

cum Verbo quod creavit omnia; unde vere dici poſſet hoc ſuppoſitum hujus humanitatis creavit omnia: ſecus in caſu conſequentis in quo eſſent diverſa ſuppoſita, ac proinde *hic homo Deus* non eſſet idem ſuppoſitum cum homine, qui peccavit.

Nec idem ſuppoſitum cum homine qui peccavit.

283 Hinc 1. in iſta hypotheſi hic ſyllogiſmus, *hic Homo peccavit, Verbum eſt hic Homo, ergo Verbum peccavit*, nihil concludit, quia medium, nempe ly *hic Homo*, ſingulare ratione naturæ, commune tamen ratione ſuppoſiti, non diſtribuitur: unde eodem vitio laborat quo hic; *hic Deus generat, Filius eſt hic Deus, ergo Filius generat*, pro quo V. dicta par. 1. num. 225.

Hic homo Chriſtus eſt idem ſuppoſitum cum Deo, qui creavit omnia, & ideo dici poteſt creaſſe omnia.

2 Si Verbum aſſumpſiſſet naturam ante à Cajo genitam in ſuo proprio ſuppoſito, non propterea eſſet filius Caii; ſimiliter non eſſet pater Caii ii aſſumpſiſſet naturam ejus, qui genuit Cajum; quia actiones ſunt ſuppoſitorum, & ideo actiones unius ſuppoſiti non poſſunt communicari alteri ſuppoſito.

Hic homo eo caſu eſſet quid commune & capax diſtributionis ratione ſuppoſiti.

Verbum eſſet ſuppoſitum naturæ, quæ peccavit.

3 In caſu noſtræ concluſ. admitti poteſt hæc propoſitio: *Verbum peccavit*, hoc ſenſu, Verbum eſt ſuppoſitum naturæ, quæ aliquando peccavit, non verò hoc ſenſu, Verbum eſt ſuppoſitum naturæ, quæ ſubſiſtens in Verbo peccavit, vel fuit ſuppoſitum naturæ dum peccavit, ſic ut mediante natura à ſe terminata fuerit ſubjectum peccati, qui ſenſus videtur ſignificari dum ſimpliciter dicitur: *Verbum peccavit*, ideo paſſim reiicitur, quia in re tamen, ut patet, eſt multum quæſtionis de nomine.

Reatus pœnæ non ſtat cum unione reddente dignum carentia omnis pœnæ.

4 Si humanitas Chriſti ſimul terminaretur ſubſiſtentia Verbi & propria, & prout per hanc terminata peccaret, vere diceretur, *Verbum peccat*, quia peccaret natura quæ eſſet ejus dum peccat, ſecus in noſtro caſu, quia natura non fuiſſet ejus dum peccavit.

284 Non potuit aſſumi natura retinens reatum pœnæ, ita Vaſq. contra Suar. Prob. quia unio Hypoſtatica facit Filium Dei naturalem, & dat jus ad perfectam Beatitudinem ſtatim habendam, adeoque formaliter conſtituit dignum poſſeſſione omnis boni & carentia omnis mali.

§. III.

§. III.

Paſſiones humanitatis Chriſti & communicatio Idiomatum.

285 NOn fuit in Chriſto fomes peccati, neque in actu 1. neque in actu 2. id eſt, neque actualis motus appetitus ſenſitivi contra rationem, neque appetitus ſenſitivus, ut proxime diſpoſitus ad ejuſmodi modus inordinatos rationi repugnantes.

In Chriſto non fuit fomes peccati in actu 2. nec in actu 1.

Prob. 1. ex V. Synod. collat. 8. can. 11. ubi anathematizantur, qui cum Theodoro Mopſueſteno dicebant Chriſtum fuiſſe paſſionibus concupiſcentiæ obnoxium, & in iis domandis profeciſſe.

2 Ex PP. Leone Epiſt. 11. ſub finem expreſſe docente *Chriſtum nihil carni ſuæ habuiſſe adverſum*: item, *non fuiſſe in Chriſto legem peccati*. Auguſt. l. 2. de peccat. merit. c. 29. & l. 2. contra 2. Epiſt. Pelag. c. 11. Damaſc. l. 3. de fide c. 20.

Patet ex CC. & PP. & ratio eſt quod Chriſtum dedeceat, & perfectiſſimæ ejus virtuti repugnet.

3 Ratione: 1. Quia fomiti peccati, orto ex peccato originali, ad finem Incarnationis nihil conducenti, annexa eſt moralis quædam indecentia Chriſto indigna: 2. Quia in Chriſto fuit virtus in gradu perfectiſſimo, ac proinde ab eo incluſit peccati fomitem, quippe qui eo magis debilitatur, quò perfectior homini ineſt virtus.

286 Vnde fomes peccati in Chriſto non fuit, ut in quibuſdam Sanctis, ligatus, id eſt, per extrinſecam Dei protectionem remotus ab occaſionibus, quibus potuiſſet excitari ad motus inordinatos: ſed omninò extinctus, id eſt paſſiones ejus naturales per ſpecialiſſimam Dei aſſiſtentiam, & auxilia efficaciſſima: Chriſto propter unionem debita, ita rationi fuerunt ſubjectæ, ut numquam, niſi ex ejus præſcripto, in ullos, motus eruperint.

Vnde in eo fomes non fuit ligatus ut in quibuſdam ſanctis, per protectionem extrinſecam ſed per auxilia ipſi debita extinctus.

Dices: Chriſtus ex Apoſt ad Hebr. 4. *Fuit tentatus per omnia*. R. ſenſum eſſe quod expertus fuerit omnes noſtras miſerias, nihil continentes indecentiæ moralis ejus ſanctitati repugnantis: non autem quod etiam tentatus fuerit ad peccandum per motus inordinatos. Fuerunt quidem in Chriſto motus appetitus ſenſitivi refugientis mortem, ſed iſti motus non erant inclinationes ad malum; cum adverſari

tormenta & mortem non ſit ex ſe malum.

Probabilius eſt Verbum non potuiſſe aſſumere naturam cum motibus inordinatis appetitus ſenſitivi. Ita Suar Præpoſ. Amic. & alii communius contra Vaſq. & Lug. Prob. quia iſti motus fuiſſent interpretative voluntarii ſuppoſito, à quo proceſſiſſent, adeoque peccaminoſi.

Fuit tamen vera triſtitia etiam ſecundum appetitum rationalem.

287 Fuit in Chriſto vera triſtitia, etiam ſecundum appetitum rationalem. Eſt communis contra Titelman & certa ex Matt. 26. *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*, quod PP. paſſim intelligunt de triſtitia voluntatis, ut conſtat de PP. VI. Synod. inde probantibus duas in Chriſto voluntates, & aliis aſſerentibus hanc triſtitiam præcipue ortam fuiſſe ex apprehenſione gravitatis offenſæ Dei, aliiſque ejuſmodi motivis ſpiritualibus, quæ non cadunt ſub ſenſum.

Et ratio eſt, quod Chriſtus eſſet etiam viator, & naturale ſit in voluntate ſequi triſtitiam, ex triſtitia appetitus ſenſitivi; nec ulla ſubeſſet ratio illam impediendi: cum faceret ad perfectionem ſatisfactionis.

Cui non repugnavit gaudium beatificum quia verſabatur circa diverſum objectum.

Dices 1. Semper fuit in voluntate Chriſti ſummum gaudium ex viſione beatifica; ergo in ea nul'a potuit eſſe triſtitia: R. N. ſql quia licet ſummum gaudium & triſtitia de eodem objecto & motivo ſint actus vitales ſtricte contrarii, adeoque virtualiter contradictorii: & conſequenter eſſentialiter repugnantes; ita ut non poſſint etiam virtute ſupernaturali ſimul ſtare in eadem potentia, uti ob eamdem rationem, nec aſſenſus & diſſenſus, amor & odium efficax reſpectu ejuſdem: cum tamen non ſunt de eodem objecto & motivo, non ſunt contrarii ſtrictè, ſed ſolum latè, ac proinde non ſunt virtualiter contradictorii, nec repugnantes eſſentialiter, ſed ſolum naturaliter. Iam autem gaudium & triſtitia animæ Chriſti non fuerunt de eodem ſubjecto & motivo, cum triſtitia pro motivo habuerit ſupplicium & ignominiam crucis, ruinam judæorum, Dei offenſas & ſimilia, gaudium verò, ſummum bonum per claram viſionem poſſeſſum.

288 Vnde cum eorum motiva non ſe mutuò deſtruerent, ut faciunt motiva actuum virtualiter

contra-

contradictoriorum, non fuerunt ſtricte contrarii, ut ſunt amor & odium efficax reſpectu ejuſdem, adeoque non habuerunt repugnantiam eſſentialem & abſolutam, ſed ſolum naturalem, in eo ſitam, quod motivum vehementiſſimi gaudii non relinquat naturaliter ullam efficaciam motivo triſtitiæ, & actus vehementis gaudii ita rapiat voluntatem ut non det locum triſtitiæ, etiam reſpectu diverſi objecti. Et hinc fit ut gaudium & triſtitia, etiam reſpectu diverſorum objectorum, habeant aliquam repugnantiam, qualem non habent aſſenſus & diſſenſus, amor & odium, dum verſantur circa diverſa. Verum iſta repugnantia non eſt eſſentialis, ſed ſolum naturalis, & virtute ſupernaturali ſuperabilis, imò etiam probabiliter naturali virtute Chriſti qua ratione duplicis ſtatus viatoris & comprehenſoris connaturaliter debebatur virtus ſuperandi hanc repugnantiam naturalem, ut poſſet actus utrique ſtatus connaturales ſimul habere, & ad majorem ſatisfactionis perfectionem voluntarie triſtitiam cum gaudio aſſumere.

Gaudium & triſtitia circa objecta diverſa non ſunt actus ſtricte contrarii, nec virtualiter contradictorii, ut ſunt aſſenſus & diſſenſus reſpectu ejuſdem.

Dices 2. Gaudium eſt quies in bono poſſeſſo, triſtitia inquietudo; atqui quies & inquies opponuntur, contradictorie: ergo non ſtant ſimul in eadem voluntate. R. Diſt. mi. ſi inquies ſumatur negative C. ſi poſitive pro actu virtualiter inquietante qualiter ſumitur, cum triſtitia dicitur inquies ſeu inquietudo ſic N.

Amor & odium ſeu volitio & nolitio efficax reſpectu ejuſdem etiam propter diverſá motiva repugnant virtualiter contradictorie, quia deſtruunt ſuũ objectum, cum non eſſe, in quod tendit nolitio, tollat eſſe quod eſt objectum volitionis. Vnde cum iſta non poſſint repræſentari ut ſimul poſſibilia, non poſſunt proponi ut ſimul efficaciter volibilia, hæc autem, ut patet, locum non habent in triſtitia & gaudio etiam ſummo, cujus objectum eſt præciſe ſummum bonum apprehenſum ut præſens, non ut vult Lugo, bonum cum excluſione omnis mali, quod poſſit cauſare triſtitiam, quæ non habet pro objecto, ut docet idem Lug malum interius apprehenſum ſine ſolatio; ſed præciſe malum præſens cujus apprehenſio

henſio non impeditur per ſolatium beatitudinis adjunctum.

289 Aliter ſe ab hac difficultate expediunt Canus & Valent. docentes gaudium beatificum miraculoſe fuiſſe ſuſpenſum toto corpore, quo Chriſtus ſecundum voluntatem triſtatus fuit: verum hæc ſententia à S. Th. aliiſque paſſim reiicitur & quidem a variis ut omninò improbabilis.

Longe probabilior eſt ſententia quam tradit Lugo, docens triſtitiam fuiſſe natura priorem viſione beatifica,& conſequenter gaudio beatifico,ac proinde illam non potuiſſe ab hoc impediri. Potuit autem triſtitia in Chriſto eſſe prior ejus viſione Beatifica, quia potuit eſſe partiale motivum ejus continuationis, ſeu propter quod Deus eam conſervaverit: 2. Quia viſio beatifica attingens in Verbo res aliquas exiſtentes potuit illam habere pro ſuo objecto ſecundario, quod neceſſariò eſt prius natura cognitione, qua repræſentatur.

Fuit in Chriſto verus timor rationalis, non tamen conſiliativus ſeu efficax mediorum ad evaſionem.

290 Fuit in Chriſto verus, & proprie dictus timor, tum ſenſitivus, tum rationalis: non tamen efficax & conſiliativus, id eſt, qui ipſum excitaret ad inquirenda media evaſionis. Prob. prima pars 1. ex Mar. 14. *Et cœpit pavere & tædere quia* (ut Theoph. in hunc locum apud S. Th. in Catena) *quia aſſumpſerat hominem, aſſumpſit & naturales proprietates hominis, pavere, tædere & contriſtari.*

2 Quia in utroque ejus appetitu fuit diſplicentia mali apprehenſi ut phyſice abſentis & futuri: atqui talis diſplicentia non fuit triſtitia,ergo fuit verus timor, qui tam poteſt fieri in malum certo futurum, modo proponatur ut futurum & abſens, quam ſpes animarum Purgatorii poſſit ferri in bonum certò futurum,nempe beatitudinem, quæ ſicut in iſtis animabus non parit delectationem ſed ſpem, licet ſit certò futura; ita etiam malum, quamvis certò futurum, modò ſpectetur ut phyſice futurum & realiter abſens, non parit triſtitiam, ſed timorem.

Ad hanc enim requiritur incertitudo mali

291 Prob. etiam 2. pars: quia ad timorem efficacem & conſiliativum requiritur incertitudo mali futuri, & ſpes illud evadendi: cum nemo poſſit inquirere

quirere media ad evadendum malum, quod ſcit certo futurum, Chriſtus autem erat certiſſimus de morte & aliis malis futuris, quæ metuebat. Vnde recte advertit S.Thom.hic q.15.ar.7.O.ex Damaſc.l.3.de fide c.23. in Chriſto non fuiſſe timorem, ſecundum quod ex Philoſ. 2. Rhetor. c.5. dicit incertitudinem; ſed ſecundum quod dicit affectum appetitus refugientis malum. Ex quibus patet quo ſenſu ſubinde S. Doctor cum Philoſopho dicat non eſſe timorem (ſcil. conſiliativum) ſine ſpe evadendi. De eodem timore intelligendi ſunt Hilar. l. 10. de Trin. Aug. enarratione 2 in Pſ. l. 21. aliique PP. dum negant Chriſtum timuiſſe mortem. *futuri, quæ non erat in Chriſto.*

292 Admiratio eſt affectus delectationis circa rem inſolitam noviter cognitam, cum deſiderio cognoſcendi ejus cauſam, ſi ignoretur: cum propenſione ad ejus laudem, ſi ſit bona: vel triſtitiæ, cum propenſione, ad ejus vituperium, ſi ſit mala. Vnde eſt in recto actus voluntatis connotans in obliquo varios actus intellectus.

Chriſtus miratus quædam noviter cognita, non quidem ſecundum ſcientiam infuſam ſecundum experimentalem.

Fuit in Chriſto: ita S. Th. ex Matth. 8. *Audiens Ieſus* (nempe Verba Centurionis) *miratus eſt*. Ratio eſt, quod licet Chriſto nihil potuerit eſſe novum & inſolitum ſecundum ſcientiam beatam & infuſam: potuit tamen ei accidere & de facto ſæpius accidit aliquid novum & inſolitum ſecundum ſcientiam experimentalem, ſecundum quam varia de novo cognovit prius ignota, non quidem ſimpliciter & abſolute ſed per hanc ſcientiam, juxta illud ad Hebr.5. v.8. *Didicit ex iis, quæ paſſus eſt, obedientiam.*

293 Ita fuit in Chriſto: patet ex Ioan. 2. ubi dicitur in Chriſto eiiciente vendentes è templo impletum eſſe illud Pſalm. 68. *Zelus domus tuæ comedit me;* zelus autem eſt ſpecies iræ. Item ex Marci 3. v. 5. ubi de Ieſu dicitur: *Et circumſpiciens eos* (ſcil. Phariſæos) *cum ira*. Et ratio eſt quod ita ſit appetitus vindictæ, ex triſtitia ob malum ſibi aut alteri illatum, qui honeſtus eſt & laudabilis, cùm ſequitur ordinem juſtitiæ; adeoque potuit eſſe in Chriſto, cum nullam dicat imperfectionem ejus ſtatui ac dignitati repugnantem, de facto autem in

eo fuiſſe, ſicut fuerunt cæteri affectus ad fines Incarnationis conducere valentes, docent PP.S.Tho.aliique DD.paſſim ex Script jam cit.

Fuit viator & comprehenſor, datur in hoc myſterio communicatio idiomatum.

Chriſtus fuit comprehenſor, quia perfecte videbat Deum eoq; fruebatur, & ſimul viator, quia cum eſſet quoad corpus & animam paſſibilis, ſibi merendo impaſſibilitatem tendebat ad plenam Beatitudinem.

294 Fide certum eſt, dari in hoc myſterio aliquam communicationem idiomatum, tum ex Concil. Epheſ. contra Neſtorium definiente B. Virginem eſſe Dei Matrem: quia iſte homo, cujus eſt Mater, eſt vere Deus. Tum ex Script. ſæpius ea, quæ ſunt naturæ Divinæ propria tribuente homini, & contra; ut Ioan.8.v.8. Vbi Chriſtus de ſeipſo dicit: *Antequam Abraham fieret, ego ſum*: & 1.ad Cor.2.v.8. ubi dicitur: *Numquam Dominum gloriæ*, id eſt Deum *crucifixiſſent*.

Id eſt proprietatum divinarum & humanorum mutua prædicatio.

Communicatio idiomatum eſt proprietatum, ſeu attributorum divinorum, & humanorum mutua prædicatio: idioma enim idem eſt, quod proprietas: unde ex vi vocis ſolum mutua prædicatio proprietatum eſt ſtricte & proprie communicatio idiomatum: licet ex uſu communi latius ſumatur, & etiam tribuatur mutuæ prædicationi naturarum in concreto de ſe invicem.

Fundata in adunatione duarum naturarum in eodem ſuppoſito pro quo concreta ſubſtantiva ſupponunt in recto.

295 Hæc communicatio non fundatur in reali communicatione, qua proprietates unius naturę realiter ſint alteri propriæ, ita ut v.g. humanitas Chriſti ſecundum ſe realiter facta ſit, & in abſtracto dici poſſit omnipotens, ubique præſens &c cum ſit de fide contra Eutychetem naturas & proprietates in hoc myſterio manſiſſe inconfuſas & impermixtas, quod ſtare nequit cum tali communicatione reali.

296 Duplex habet fundamentum, unum reale & phyſicum, nempe unionem, ſeu adunationem duarum naturarum in eadem perſona: alterum logicum & rationis; quod nempe, præſuppoſita iſta unione, concreta utriuſque naturæ & attributorum aliquo modo ſupponant pro eodem in recto, quod in ſententia admittente ſubſiſtentiam diſtinctam, commode explicatur, ſi concreta ſubſtantiva dicantur ſigni-

ſignificare in recto ſuppoſitum; ſeu ſubſiſtentiam; in ſententia vero negante ſubſiſtentiam diſtingui (quam ſupra n. 207. attenta ratione ut probabiliorem ſubſtinuimus) hac in re minor eſt difficultas, cum in ea ſententia *homo* prout tribuitur Verbo, non ſignificet *habens humanitatem* intranſitive, id eſt, ſic ut habens & humanitas ſignificetur eſſe eadem res, prout in iſta ſententia ſignificat, dum tribuitur Petro, cum nempe dicitur, Petrus eſt homo, ſeu habens humanitatem; ſed *habens humanitatem* tranſitive, id eſt habens, ſeu in ſe ſuſtentans humanitatẽ à ſe realiter diſtinctam ut ſuam: ſic ut ejus proprietates faciat ſuas per prædicationem, eo fere modo, inquit Vading. quo ſubſtantia formas accidentales in ſe ſuſtentans illas earumque operationes ita facit ſuas, ut vere dici poſſit agere, quod illę agunt, licet forte cum illis per ſe immediate non influat: quo ſenſu ignis recte dicitur calefacere, quamvis ex probabili multorum ſententia ejus forma ſubſtantialis calefactionem non attingat immediate, ſed ſolus ejus calor.

Quare Verbum, ratione humanitatis quam per unionem facit ſuam, vere dicitur paſſum, mortuum, &c. ſcilicet in ſua humanitate. Ea vero, quæ Deo ſunt propria, recte dicuntur de homine in hoc myſterio quia homo, in hoc myſterio non eſt humanitas per ſe exiſtens, ſeu non exiſtens in alio ſe digniori, ſicut dum tribuitur Petro, ſed eſt habens humanitatem, ſibi hypoſtatice unitam qui eſt verus Deus, creator, æternus &c.

297. Variæ ab authoribus adferuntur regulæ communicationis idiomatum, quarum præcipuæ ſunt ſequentes. **Regulæ ejus præcipuæ novem recenſentur.**

Prima: quando duæ naturæ completæ exiſtunt in eodem ſuppoſito, poſſunt in concreto vere ac proprie de ſe mutuo prædicari; ut: *Deus eſt homo, Homo eſt Deus*: ratio eſt quod tunc ſupponunt pro eodem in recto.

Secunda: eadem de cauſa poſſunt etiam eo caſu attributa naturarum in concreto de ſe invicem, & de ipſis naturis mutuo prædicari. Vt: *Deus eſt mortalis: homo eſt immortalis: mortalis eſt immortalis.*

Ex-

Natura expreſſa in concreto, & earum attributa ſimiliter expreſſa poſſunt de ſe invicem prædicari: quia ſupponunt pro eodem in recto.

Excipe 1. attributa negativa negative ſumpta, à ſuppoſito ſimpliciter removentia proprietatem ei ratione alterius naturæ convenientem, ut ſi dicatur: *hic homo*, Chriſtus, *eſt incorporeus*: ſic ut ſignificetur non eſſe corporeus ſeu non eſſe ſuppoſitum naturæ corporeæ, quod eſt falſum. Eſt tamen verum ſi ſumatur in ſenſu poſitivo exponibili per affirmativam infinitam, hoc modo; *eſt incorporeus*, id eſt, *eſt non corporeus*. Excipe 2. attributa quæ non conveniunt naturæ prout eſt in ſuppoſito, in quo fundatur communicatio, ut generare, ſpirari, quæ quidem conveniunt Deo ſed prout ſubſiſtit in Patre aut in Spiritu S. non tamen prout ſubſiſtit in Verbo. Vnde licet recte dicatur: *Deus generat* ſc. in Patre, & *ſpiratur* nempe in Spiritu S. non tamen vere dici poteſt, *hic homo*, Chriſtus, *generat ſpiratur*. Excipe 3. attributa ſoli naturæ convenientia, ut aſſumi: vel ſoli ſuppoſito, ut aſſumpſiſſe, hinc homo recte dicitur aſſumptus à Verbo, & Verbum aſſumpſiſſe; non contra quia aſſumi convenit ſoli naturæ humanæ. Et aſſumpſiſſe ſoli ſuppoſito divino.

Non poſſunt in abſtracto de ſe invice prædicari.

Tertia abſtracta naturæ & attributorum non poſſunt, de ſe mutuo prædicari unde non poteſt vere dici *Humanitas eſt Divinitas: mortalitas eſt immortalitas*, ratio eſt quod ſic non ſupponunt pro eodem in recto.

Nec concretum unius naturæ aut attribui de abſtracto alterius naturæ aut attributi.

298. Quarta: concreta unius naturæ, aut ejus attributorum, non poſſunt prædicari de abſtractis alterius naturæ, aut illius attributorum, ſaltem formaliter & proprie: quia habent alium modum ſignificandi, nempe abſtracta per modum formæ habitæ & conſtituentis: concreta per modum habentis & conſtituti. Poſſunt tamen nonnulla de ſe invicem prædicari materialiter & identice, cum hæc propoſitio: *hic Homo eſt divinitas*: vera ſit in ſenſu identico, uti & hæc: *Divinitas eſt hic Homo*: quia, *hic Homo*, includit & in recto importat ſuppoſitum, quod identificatur divinitati. Hinc prædicata connotativa, quæ ex uſu paſſim recepto faciunt ſenſum formalem, non debent ſimpliciter tribui divinitati, ſic enim ſignificarentur ineſſe ei ſpectatæ ſecundum ſe, ut ſi dicatur: *divinitas eſt paſſa*.

Quin-

Quinta : prædicata, quæ ſubſtantive dicuntur de concreto unius naturæ, non poſsunt adiectivè dici de concreto alterius naturæ, aut de Chriſto: quia ſic denotaretur diſtinctio ſuppoſitorum. Hinc non admittuntur hæ propoſitiones: *Hic homo* (demonſtrando Chriſtum) *eſt Dominicus*: *Deus eſt humanus*, *aut humanatus nominaliter*. Dionyſius Ieſum vocavit divinum eo ſenſu, quo Verbum dicitur divinum, quod eſt aliquo modo Dei, licet etiam ſit Deus.

Quæ conveniunt ſubſtantive, non poſſunt adjective exprimi.

Sexta: concreta quæ conveniunt ſoli naturæ expreſsæ in abſtracto & non ſuppoſito ratione illius, ut eſse creaturam, aſsumi, aſsumptione perfici, & ſimilia, non poſsunt, per communicationem idiomatum dici de altera natura in concreto: hinc dici nequit: *Deus eſt pura creatura*. Ratio eſt quod non ſupponunt pro eodem in recto.

299 Septima: concretum unius naturæ non poteſt prædicari de concreto alterius ſumpto cum particula reduplicativa. Hinc falſo dicitur: *Deus qua Deus eſt homo*: *Chriſtus qua homo eſt Deus*. Ratio eſt quod particula reduplicativa ſignignificet formale ſubiecti, quod afficit, eſse rationem adæquatam, ſi ſumatur reduplicative, vel inadæquatam, ſi ſpecificative, cur prædicatum conveniat ſubiecto, quod falſum eſt in præſenti caſu.

Concretum unius naturæ non poteſt prædicari de concreto alterius ſumpto cum particula reduplicativa.

Octava: prædicata naturam humanam, aut aliquam eius proprietatem ſignificantia, recte prædicantur de Deo per Verbum, *fieri*, aut *factum eſſe*: non contra: quia per eiuſmodi prædicationes ſignificatur ſubiectum fuiſse prius, ſaltem natura, ſubſiſtens, quàm ei adveniret illud quod ſibi per prædicatum tribuitur, quod, ut patet, verum eſt de Deo, non de homine. Vnde hoc ſenſu, Deus vere factus eſt homo; non tamen homo factus eſt Deus, quæ poſterior propoſitio non eſt convertens prioris; ſed hæc: qui factus eſt homo eſt Deus: quæ vera eſt.

Recte dicitur Deus factus eſt homo, non contra.

Nona: neque partes eſsentiales neque integrales humanitatis prædicari poſsunt de Deo, v.g. dicendo, *Deus eſt anima*, *caput &c.* quia iſta vocabula, non ſunt nomina ſuppoſiti, cum partes proprie non exiſtant per ſe in alio, nempe in toto:

Partes eſſentiales aut integrales humanitatis non poſſunt prædicari de Deo.

adeo-

adeoque non ſignificant per modum habentis; ſeu cōſtituti, ſic ut importēt aliquid in recto, quod poſſit verificari de Deo. Hinc anima ne quidē dici poteſt de homine Chriſto, ac proinde multo minus de Verbo.

Prædicta regula patiuntur aliquas exceptiones.

300 Pro majori horum intelligentia, notandum 1. has regulas ſubinde varias pati exceptiones uſu colligendas. 2. Multas locutiones hic & in myſterio SS. Trin. non ſolum eſſe expendendas (ut rectè advertunt nominales) ex principiis dialecticæ, ſed ex Doctrina & uſu PP. ac DD. Eccleſiæ. 3. Quædam attributa Chriſto convenire, præciſe qua Deo; ut eſſe æternum; quædam qua homini, ut eſſe natum in tempore; quædam quatenus eſt homo Deus, ut redimere. 4. Quædam eſſe attributa humana, quæ ratione unionis hypoſtaticæ non poſſunt Chriſto convenire, ut eſſe purum hominem, alium à Deo &c. 5. Has tres propoſitiones, *Deus eſt homo: Ieſus eſt homo: Chriſtus eſt homo*: differre in eo quod, licet eorum ſubjecta ſignificent in recto perſonam Verbi, eam tamen diverſimode ſignificent, cùm Deus illam ſignificet præciſe quatenus eſt perſona naturæ Divinæ; Ieſus præciſe quatenus eſt perſona naturæ humanæ; Chriſtus verò prout eſt perſona utriuſque naturæ.

301 Hæc propoſitio: *Deus eſt homo*: eſt omnino propria, ita S Th. aliique communiſſime contra Dur. Prob. quia CC & PP. paſſim dicunt B. Virginem eſſe vere ac proprie Matrem Dei, quod falſum eſſet, ſi Deus non eſſet vere ac proprie iſte homo, cujus eſt Mater: non ſolum veritate naturæ ac proprietatum, ſed etiam veritate prædicationis ut recte S. Th hic. 2. quia vera natura humana eſt vere ac proprie divini ſuppoſiti, ſed quælibet natura ſumpta in concreto vere ac proprie prædicatur de ſuo ſuppoſito: ergo &c.

Veritas propoſitiones ex eo præciſe ſumitur quod extrema ſupponant pro eodem in concreto.

Vera eſſentia, & proprietas prædicationis non petitur ex identitate majori aut magis neceſſaria connexione prædicati cum ſubjecto: ſed ex eo præciſe, quod extrema ſupponant pro eodem in recto: unde hæc prædicatio *Petrus eſt homo*: eſt quidem magis neceſſaria, non tamen magis propria prædicatio, quam hæc: *Deus eſt homo*.

Homo

Homo prædicatur de Deo in quid late, id eſt ſubſtantive ; non in quid ſtricte id eſt eſſentialiter & quidditative. Deus juxta Damaſ. eſt humanatus participaliter, id eſt factus homo; non nominaliter, ſic ut ly humanatus habeat vim nominis adjectivi, & ſignificet affectũ humanitate tamquam forma accidẽtali.

302 Hæc propoſitio : *Deus eſt homo* ; verificatur ratione ſolius verbi ; cum enim ſolum Verbum ſit incarnatum de eo ſolo verificari poteſt hoc prædicatum, *homo*, in rigore tamen Dialectico, attenta vi vocis, *Deus*, quæ licet ratione naturæ ſit ſimpliciter ſingularis ; ratione tamen ſuppoſiti multiplicis habet vim termini cõmunis, ſupponitur indeterminate pro quovis ſuppoſito divinitatis : iſta enim prædicatio eſt inſtar propoſitionis indefinitæ, cujus ſubjectum ſupponitur pro omnibus inferioribus disjunctive, ut patet in hac propoſitione, *Homo eſt doctus*.

In hac propoſitione ; Deus eſt homo, ly Deus ſupponitur indeterminate. Propoſitio tamen verificatur ratione ſolius Verbi.

Cum tamen ſciant omnes Chriſtiani ſolum Verbum eſſe incarnatum, ſubjectum dictæ propoſitionis ordinarie accipiunt pro ſolo ſuppoſito Verbi, nec plus vu t S.Th.

303 Si ſubjectum iſtius propoſitionis : *Deus eſt homo* : ſupponatur indeterminate pro quolibet ſuppoſito Deitatis, aut determinate pro ſuppoſito Verbi, ſed præciſe ut ſubſiſtente in natura Divina, propoſitio eſt in materia contingenti : quia ſubjecto ſic accepto prædicatum convenit contingenter ; non per ſe : cum nullam habeat neceſſariam connexionem cum eſſentia ſubjecti. Vnde dici poteſt accidentalis, logice non phyſice, cum ejus prædicatum non ſit accidens phyſicum, ſed ſubſtantia, & quidem ſubſtantialiter Verbo unita : hinc ad vitandam Neſtorianiſmi ſuſpicionem tutius dicitur prædicatio ſubſtantialis, quàm accidentalis.

Si verò ly *Deus* accipiatur determinate pro perſona Verbi ut nunc eſt, aut ex communi uſu Chriſtianorum pro perſona compoſita Chriſti, propoſitio eſt in materia neceſſaria adeoq; eſſentialis ac per ſe, cum Deus in illa acceptione, quoad rem idem ſit quod Ieſus, Chriſtus, Emmanuel, & ſimilia humanitatem eſſentialiter includentia, non ut adjunctam & ſuperve-

venientem ; ſed ut conſtituentem intrinſecè.

Homo dicitur univoce de Deo & Petro.

304 Homo dicitur univoce de Deo, & de Petro, ac cæteris hominibus, ſi ad univocationem ſolùm requiras ut prædicatum retineat omnino eamdem ſignificationem ex parte ſua, cum plane idem, & eodem modo cum eadem proprietate ſignificet, cum tribuitur Deo & Petro. Si verò ad univocationem requiras, ut nomen commune non ſolum ſervet in omnibus idem ſignificatum & eundem modum ſignificandi, ſed etiam eundem modum conveniendi ſubjecto (ut vult Vaſq.) non dicitur univoce; cum de Deo dicatur contingenter per modum adjacentis; de Petro autem eſſentialiter per modum conſtituti.

Poteſt Chriſtus ſimpliciter dici creatura, expetit tamen addere ſecundum humanitatem.

Chriſtus poteſt ſimpliciter dici creatura, cum Hier. Leo aliique PP. eum ſimpliciter ſic appellent. Ratio eſt quod eſſe creaturam non ſit ſecundum quidlibet ſui eſſe productum ex nihilo, ſed ſolum ſecundum aliquam naturam, aut præcipuam aliquam ſui partem; quod Chriſto ſimpliciter convenit. Ex mente tamen S Th. expedit addere, *ſecundum humanitatem* aliamve determinationem propter periculum ſeu ſpeciem erroris Arianorum, qui ſentiebant Chriſtum eſſe creaturam etiam ſecundum divinitatem.

Si humanitas Chriſti eſſet annihilata, Chriſtus non poſſet ſimpliciter dici annichilatus, quia rem annihilari eſt ita totaliter deſtrui ut ejus nihil remaneat: unde non eſt idem quod mori, hoc enim ſolam unionis defitionem importat. Neque eſſet ſuppoſitum naturæ, quæ jam eſt annihilata.

Vera eſt hæc propoſitio Chriſtus incepit eſſe.

Secluſo Arianiſmi periculo aut ſcandalo, admitti poteſt hæc propoſitio: *hic homo* (demonſtrato Chriſto) *incipit eſſe:* quia vera eſt 1. hoc ſenſu, quod ſuppoſitum huius humanitatis ceperit eſse ſuppoſitum huius humanitatis. 2. quod ſit ſuppoſitum naturæ, quæ cepit eſse. 3. quod *hic homo* (Chriſtus) ſumptus formaliter, prout à Chriſtianis ſumi ſolet, pro ſuppoſito ut ſubſiſtente in natura humana, ſeu pro compoſito reſultante ex ſuppoſito divino & natura humana, non ſemper fuerit, adeoque cæperit eſse: iſtud tamen ſuppoſitum ſumptum materialiter eſt indubie æternum.

Hæc

Hæc propoſitio: *Chriſtus ſecundum quod homo eſt creatura*: juxta S.Th. potius concedenda eſt quam neganda: quia ly, *ſecundum quod homo*, potius reduplicat naturam, quæ formaliter & diſtinctè ſignificatur quam ſuppoſitum, quod ſolum confuſe importatur.

Hæc verò: *Chriſtus ſecundum quod homo eſt Deus*: potius neganda quam concedenda: quia Homo dum reduplicatur potius ſignificat naturam ſecundum quam non eſt, quam ſuppoſitum ſecundum quod eſt Deus.

§. IV.

Pertinentia ad unitatem quoad eſſe, & quoad Voluntatem

305. CHriſtus, tum maſculine, tum neutraliter eſt *unum*, non *duo*. 1. pars eſt de fide ex VI. Synod a.4.& aliis CC. apud Suar. contra Neſtorium, qui volebat in Chriſto eſse alium & alium, eo quod in ipſo cognoſceret pluralitatem perſonarum & probatur ratione Nazianzeni Damaſ. Anſel. & aliorum PP. apud Lugo, quod nempe adiectivum maſculini generis referatur ad perſonam dum ſimpliciter ponitur, adeoque ly, *unus, alius, hic, ille*, & ſimilia, ſine addito afficiant & determinent ſuppoſitum, & conſequenter importent unitatem, vel diverſitatem ex parte perſonæ; unde cum Chriſtus ſit indiviſus in perſona, non poteſt maſculine dici duo, ſed unus conformiter Apoſt 1.ad Timoth. 2. *Vnus mediator Dei & hominum Homo Chriſtus Ieſus*, & Athanaſio in Sym. *Non duo tamen, ſed Chriſtus*.

Chriſtus non poteſt dici duo maſculine quia ſignificaretur (ut volebat Neſtorius) eſſe duplex quoad ſuppoſitum: adjectiva enim maſculini generis juxta PP. afficiunt ſuppoſitum.

2. Pars, quod nempe ſit unum neutraliter, neque duo neutraliter, eſt communis contra Dur. Prob. 1. ratione Divi Th. hic q.17. a. 1. Quia licet in Chriſto ſint duæ naturæ, in eo tamen non ſunt duo aliqua, quæ poſſint in recto de eo prædicari diſtributive & ſigillatim: quandoquidem naturæ in abſtracto, qua ſolum ratione ſunt duæ, & de ſe invicem negabiles, non poſſint diviſim & ſeorſim prædicari de Chriſto, dicendo: *Chriſtus eſt divinitas? Chriſtus eſt humanitas*: licet enim divinitas, eo quod ſubſtantiæ Chriſti

realiter

realiter identificetur poſſit identice de eo prædicari; ſicut poteſt prædicari de Deo, quia in divinis non differunt, id quod eſt, & quos eſt, humanitas tamen nullo modo poteſt abſtractim de eo prædicari, cùm realiter differat à ſubſiſtentia Chriſti, adeoque nulla ratione ſupponat pro eodem in recto.

Non poteſt Chriſtus dici duo licet exurgat ex duobus quia iſta duo non ſunt duo entia completa.

Prob. quia quod eſt unum per ſe compoſitione ſubſtantiali, ut Chriſtus, non poteſt dici duo; licet exurgat ex duobus inter ſe unitis, ut patet in homine, qui ſimpliciter eſt unum, non duo; licet exurgat ex corpore & anima, quæ ſunt duo. Cujus hanc rationem ulteriorem adfert Lugo; quod componentia unum per ſe, cum non ſint entia completa, quæ juxta Ariſt. & philoſophus ſolum veniunt nomine entis ſimpliciter, non poſſunt ſimpliciter duo entia, ſed ſolum cum addito ſignificante eſſentia incompleta facientia unum per ſe. Vnde compoſitum ex illis exurgens non poteſt propter illa ſimpliciter dici duo, ſic enim ſignificaretur eſſe duo entia ſimpliciter, id eſt completa, quod falſum eſt.

306 Hinc Chriſtus non eſt aliud & aliud: hoc & iſtud: quia ut recte S.Thom.Scot. & alii communius dum ly *aliud* ſimpliciter tribuitur alicui expreſſo in recto ex parte ſubiecti, ſignificat alietatem naturæ ſimul & ſuppoſiti.

Patres dicentes Chriſtum eſſe aliud & aliud tantum nolunt illum componi ex alio & alio.

Cum ergo PP. apud Suar. Vaſq. &c. ſubinde ſignificant Chriſtum eſſe aliud & aliud, vel intelligendi ſunt in ſenſu collectivo, non in diſtributivo: ſic ut ſolùm velint eſſe plura, hoc & illud, utrumque ſimul, ſeu collectivè prout faciunt unum per ſe. Vel loquuntur improprie, & in ſenſu velut cauſali, ſic ut ſignificent Chriſtum habere aliam & aliam naturam, ut expreſſit Nazianz. dum ait: *aliud & aliud ſunt ea, ex quibus Salvator eſt*. Vel certe per iſtas voces, *aliud & aliud*, & ſimilia, non tam diſtinxerunt res, quam nomina, ſic ut ſolum velint, Chriſtum eſſe id, quod utroque, alio & alio, hoc & illo nomine ſignificatur: ut intellexit S Th. hic.

Quamvis tres perſonæ divinæ dicantur unum neutraliter ob unitatem naturæ; Chriſtus tamen dici nequit duo neutraliter ob dualitatem naturæ: nam

diſpa-

diſparitas eſt. 1. quòd in divinis illa una natura abſtracte prædicetur in recto de ſingulis perſonis; at verè duæ naturæ hìc non poſſint abſtractim expreſſæ de Chriſto prædicari in recto ſigillatim, ſed ſolum collective. 2. Quod unitas naturæ in divinis ſufficiat ut tres perſonæ ſint eorum concretum ſubſtantiale, nempe Deus, quod eſt unum ſimpliciter: Pluralitas verò naturarum in Chriſto non ſufficiat, ut ſint duo concreta ſubſtantialia, de ſe invicem negabilia, & conſequenter quæ ſint duo ſimpliciter: unde licet Chriſtus habeat dualitatem naturarum, non tamen habet dualitatem ſui ipſius ſeu ejus, quod de ipſo ſi prædicabile in recto.

Verum quidem eſt, quod Chriſtus non ſit tantum Deus: non ideo tamen admitti poteſt, quòd ſit ſimpliciter & abſolute aliud quàm Deus: quia per aliud ſimpliciter & abſolute, ſignificatur diverſitas ſimpliciter, adeoque etiam quod ſuppoſitum, quæ diverſitas in Chriſto non reperitur. Vnde ſolum poteſt dici aliud ſecundum quid, & tranſcendentaliter, per quod ſolum indicatur diverſitas quoad aliquam formam ſeu naturam, ex quo non poteſt inferri eſſe duo ſimpliciter, ſed ſolum cum addito indicante eſſe duo conjuncta ad faciendum unum per ſe. **Non poteſt Chriſtus dici abſolute aliud quam Deus.**

307 Fuerant in Chriſto duæ voluntates. Eſt de fide contra Apollinariſtas, Eutychian Neſtorian. & ex iis ortos Monothelitas, ſic dictos ab unicam voluntate, quam in Chriſto admittebant; quamvis ſaltem verbotenus profiterentur ſe duas in Chriſto naturas admittere. **Sunt in Chriſto duæ voluntates.**

Prob. 1. ex Script. Matth. 26. *Pater &c. non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Ioan. 5: *Non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui miſit me.* Quibus locis voluntas Chriſti, qua hominis opponitur, ut quid diſtinctum, voluntati Patris, quæ eadem eſt cum voluntate Chriſti qua Dei. 2. ex VI. Synodo habita Conſtant. ſub Agathone Papa, & expreſſe convocata ad damnandos Monothelitas. 3. ex litteris ejuſdem Agathonis in eadem Synodo lectis & approbatis. 4. ex plurimis PP. apud Suar. Vaſq. & aliis. 5. ratione quia Chriſtus fuit perfectus Deus & perfectus **Eſt de fide ex Script. CC. & PP.**

homo, ergo habuit perfectiones naturæ tum divinæ tum humanæ, ergo ſicut habuit voluntatem divinam, ita & humanam ac utriuſque operationem.

Fuit in Chriſto voluntas ſenſualitatis

Fuit in Chriſto aliqua voluntas ſenſualitatis, præter voluntatem rationis: quia Filius Dei aſſumpſit naturam humanam cum omnibus ad eam pertinentibus, adeoque naturam animalis, quæ appetitum ſenſitivum ſibi annexum habet. Hic appetitus juxta S Th. & alios dicitur rationalis, ſcilicet participative, in quantum natus eſt obedire rationi. Ob eamdem rationem, etiam participative dicitur voluntas.

Voluntas humana Chriſti fuit conformis divinæ ut principio ac regulæ

Voluntas humana Chriſti, tam efficax quàm ineſficax ſemper fuit ſecundùm ſe conformis voluntati divinæ ut principio ac regulæ, id eſt, talis qualem Deus eam voluit eſſe: id enim exigit debita ſubordinatio voluntatis creatæ ad divinam: unde cum in Chriſti voluntate nulla potuerit eſſe inordinatio, ſemper habuit hanc conformitatem cum divina.

Humana Chriſti voluntas efficax fuit ſemper conformis divinæ circa materiale.

308 Humana Chriſti voluntas efficax & abſoluta, ſemper fuit conformis divinæ in objecto materiali, hoc ſaltem ſenſu negativo, quod nunquam ut homo noluerit id quod ut Deus volebat; ut contra; eſt de fide ex variis Scripturæ locis Pſal. 36. *in capite libri ſcriptum eſt de me, ut faciam voluntatem tuam Deus*, quem locum de Chriſto intelligit Apoſtolus ad Hebr. 10. Ioan. 4. *Meus cibus eſt ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me*. Item ex Matth. 26. 39. & ex VI. Synod definiente, voluntatem divinam & humanam Chriſto non fuiſſe inter ſe contrarias. Id

Item circa objectum formale.

etiam ratio evincit cum enim Chriſtus ſciret fieri non poſſe contrarium ejus quod Deus abſolute volebat, tale objectum ut cognitum à Chriſto habebat rationem impoſſibilis, ac proinde non poterat eſſe objectum voluntatis efficacis. Deinde ſi per humanam voluntatem abſolute voluiſſet id quod ſciebat Deum nolle, aut contra peccaſſet: quia ſcienter divinæ voluntati repugnaſſet.

Non tantum humana Chriſti voluntas efficax fuit ſemper conformis divinæ circa objectum materiale prædicto ſenſu negativo, quod nihil unquam efficaciter

citer voluerit, quod divina nolebat; aut contra: ſed etiam in hoc ſenſu poſitivo, quod ſemper efficaciter voluerit, quidquid divina efficaciter volebat, aut, contra: ita ut nunquam habuerit ſe indifferenter circa objectum divinæ voluntatis cognitum, neque volendo illud neque nolendo. Idque directe important ſcripturæ loca citata pro concl. præced. ut conſiderandi patebit.

Nec refert quod in iſta indifferentia non fuiſſet contrarietas, inter volitionem humanam & divinam: quia voluntas humana non tantum tenetur non habere voluntatem aliquam aut nolitionem difformem divinæ, ſed etiam debet habere illam poſitive conformem, quando divina ſufficienter innoteſcit.

Prædicta Chriſti voluntas fuit etiam ſemper conformis cum divina circa objectum formale ſeu motivum, ſaltem negative hoc ſenſu. Quod non poſſet ei diſplicere motivum propter quod Deus rem aliquam volebat: quia iſta diſplicentia fuiſſet inordinata. Imo & poſitive hoc ſenſu, quod in volitionibus ſuis habuerit ſemper illud ipſum objectum formale, quod habebat divina: quia hoc erat majoris perfectionis. Non tamen hoc ſenſu altero quaſi non potuerit habere aliquod motivum, quod non habebat divina. Habuit enim etiam pro motivo obedientiam quod motivum non habuit divina, quippe nulla inferior. In hoc tamen erat quoque conformis divinæ: quia Deus volebat, ut humana Chriſti voluntas niteretur etiam motivo obedientiæ.

309 Voluntas humana Chriſti inefficax & conditionata non ſemper fuit conformis divinæ in volito materiali. Patet ex Matt. 26. *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte; verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Non propterea tamen proprie voluit contrarium ejus quod volebat Deus; quandoquidem illud non voluerit abſolute, ſed ſolum ſub conditione beneplaciti divini; ac proinde talis volitio non fuit inordinata.

Voluntas Chriſti inefficax potuit eſſe difformis in volito materiali.

CAPUT VII.

Chriſti Libertas, Meritum, Mors pro omnibus, Servitus & Filiatio.

§. I.
Chriſti Libertas.

Fuit in Chriſto liberum arbitrium, & quidem etiam à neceſſitate.

310 FVit in Chriſto liberum arbitrium, & quidem non ſolum à coactione ut vult Ianſ. l. 6. de gratia Chriſti c. 9. & l. 7. c. 15. ſed etiam a neceſſitate.

1. Pars eſt de fide contra Monothelitas, Abaliard. VVicleff & alios hæreticos, ex Iſa. 7. *ut ſciat reprobare malum, & eligere bonum*, & 33. *Oblatus eſt, quia ipſe voluit*. Ioan. 10. *Ego pono animam meam* &c. *à me ipſo*, & ex definitione VI. & VII. Synodi.

2. Pars eſt etiam de fide tùm ex Script. jam citatis & infra citandis. Tùm ex conſtitutione Innoc. X. hanc tertiam Ianſ. propoſ. *Ad merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas à neceſſitate, ſed ſufficit libertas à coactione:* damnantis ut hæreticam, adeoque ad meritum generaliter requirentis libertatem à neceſſitate. Quare cum ex Script. infra citandis ſit de fide. Chriſtum habuiſſe meritum proprie dictum, eſt etiam de fide, Chriſtum habuiſſe liberum arbitrium à neceſſitate.

311 Nec obſtat, ly *in ſtatu naturæ lapſæ:* iſta enim verba non ſunt reſtrictiva, ſed ampliativa; quaſi diceretur, *etiam in ſtatu naturæ lapſæ*; quod patet ex ſcopo Pontificis ibi damnantis Ianſenium, qui docebat in ſtatu naturæ integræ, qualis eſt natura Chriſti, fuiſſe libertatem à neceſſitate, eamque per peccatum Adami periiſſe.

Eſt dogma fidei ab Auguſt. agnitum & ſæpius aperte traditum.

312 Eandem doctrinam aperte tradit Aug. tract. 119. in Ioan. ſub finem: *Quis ita dormit quando voluerit, ſicut Ieſus mortuus eſt, quando voluit? quis ita veſtem deponit, quando voluerit, ſicut ſe carne exuit quando voluit? quis ita cùm voluerit abiit, quomodo cum voluerit obiit?* & tract. 37. *Dominus, quando voluit, carnem in utero Virginali accepit, quando voluit ad homines*

pro-

proceſſit, quamdiu voluit, inter homines vixit, quando voluit à carne diſceſſit: hoc eſt poteſtatis, non neceſſitatis.

Vnde cum l. de prædeſt. SS. c. 15. dicit: *numquid metuendum fuit, ne accedente ætate homo ille* (nempe Chriſtus) *libere peccaret arbitrio? an ideo in illo non libera voluntas erat, ac non tantò magis erat, quantò magis peccato ſervire non poterat?* Non vult ut contendit Ianſ. Chriſtum habuiſſe liberum arbitrium ad non peccandum, non obſtante abſoluta neceſſitate non peccandi: ſed 1. libertatem à peccato, quæ non eſt de eſſentia liberi arbitrii, tantò perfectiorem in Chriſto fuiſſe, quantò minùs peccato ſervire poterat: 2. Impotentiam peccandi, quamvis Chriſto nec voluntaria, nec libera ſit, ei tamen non abſtuliſſe libertatem in electione bonorum, ſed perfeciſſe: *Qui enim peccare non poſſunt,* (inquit Eſtius contra Calviniſtas in 2.diſt.25 §2.) *multò ſunt liberiores in electione bonorum, dum interim ſine errore & periculo peccati eligunt quod volunt, quàm ſi peccare poſſent, quod patet in Deo.*

313 Quamvis S. Th. Chriſto libertatem à neceſſitate ſimplici apertiſſime tribuat tum hic q. 18. art. 4. ad 3. *Voluntas Chriſti licet ſit determinata ad bonum: non tamen eſt determinata ad hoc, vel illud bonum. Et ideo pertinet ad Chriſtum eligere per liberum arbitrium confirmatum in bono, ſicut ad beatos.* Tum q.26. de veritate ar.6. ad 1. *Licet anima Chriſti eſſet determinata ad unum ſecundùm genus moris, ſc. ad bonum; non tamen erat determinata ad unum: poterat enim hoc, vel illud facere, & non facere: & ideo libertas in eo remanebat, qua requiritur ad meritum.* Et aliis pluribus locis Deſchamps l.3. de hæreſi Ianſeniana diſp.2. c. 20 & 21. & Sebille in interprete Thomiſtico l.1. cap. 14. ſect.31.

Eſt à S. Th. variis locis, quem proinde immerito pro ſe allegant Ianſeniani.

His non obſtantibus S.Th. ad ſuas partes pertrahere nititur Ianſenius l. 6. de gratia Chriſti c. 24. idque præſertim ex iis quæ habet S.D. in 3.diſt.18. q.1. art.2. ad 5. ubi poſt adhibitam ſolutionem ſup. allatam, ſubjungit: *Vel dicendum, quod etiam ſi eſſet determinatum ad unum numero, ſicut ad diligendum eum: quod non facere non poteſt, tamen ex hoc non amittit libertatem aut rationem laudis ſive meriti, quia in illud non coacte, ſed ſponte tendit: & ita eſt actus ſui dominus.*

Verum etſi hic locus ſit difficilis, variæ tamen à Catholicis probabiles adferuntur explicationes. 1. Enim Peſant. Gabr. Sebille & alii dicunt, S. Th. hanc ſecundam ſolutionem non adferre ex ſua, ſed ex ſententia aliorum, eo tempore eam tuentium ſaltem ut probabilem. Hoc autem probant, tum ex eo quod S.Th. priore ſolutione uſus ſit ſæpius, hac poſteriore ſemel tantum, ut oſtendit Sebille. Tum ex eo quod plurimis locis apud Deſchamps & Sebille, ad meritum aperte requirat libertatem indifferentiæ.

Quæ enim alibi habet in ſpeciem contraria, varias probabiles admittunt explicationes.

Adde quòd etſi S.Th. ita ſenſiſſet ſcribens in Magiſtrum meritò cenſeri deberet id tacite retractaſſe in ſumma loco ſup. cit. ubi eidem prorſus objectioni reſpondens priorem dumtaxat ſolutionem adhibet, poſteriore omiſſa.

314. 2. Addit Sebille l.3.c.1.ſect. 18. S. Doctorem; ſi quidem ibi ex propria loquatur ſententia, tantum velle actum amoris Dei beatificum, quamvis Chriſto neceſſarium quatenus fertur in Deum, ſimul tamen fuiſſe liberum, etiam libertate indifferentiæ, quatenus per illum Chriſtus ſimul attingebat proximum, illum amando propter Deum, & eatenus fuiſſe meritorium.

3. Deſchamps ſup. cit. 21. Moraines in Anti-Janſenio diſp.34. ſect.5. S. Thom. intelligunt hoc ſenſu, quod ibi tantum ſupponat Chriſtum ſic fuiſſe determinatum ad unum numero objectum, ut tamen ei relicta fuerit libertas quoad exercitium, vel ſaltem quoad modum actus, ſufficiens ad fundandum meritum. Hunc autem ſenſum colligunt ex his verbis *& ita eſt actus ſui dominus*, quibus expreſſe aſſerit, non obſtante determinatione ad unum numero objectum, remanere in Chriſto dominium actus tendentis in illud objectum, ad quod dominium 1. p. q. 82. art. 1. ad 3. requirit libertatem indifferentiæ, ſeu à neceſſitate, his verbis: *dicendum quòd ſumus domini noſtrorum actuum, ſecundum quod poſſimus hoc, vel illud eligere.*

315. Nec obſtat hæc ejus ratio: *quia in illud non coactè, ſed ſpontè tendit*: cum illud *non coactè ſed ſponte* idem ſit ac non neceſſariò, ſed liberè; ſæpiſſime enim

à S.

Digitized by Google

à S. Th. & veteribus coactum ſumitur latè pro neceſſario, & ſpontaneum, ſicut & voluntarium ſtricte, pro libero, ut patet ex dictis p. 2. n. 43. 48. Adde, ad hanc explicationem facilius tuendam dici poſſe cum Scot. Val. Suar. fuiſſe in Chriſto ex directione ſcientiæ infuſæ actus amoris Dei diſtinctos ab amore beatifico, quos Chriſtus pro libitu poterat elicere vel non elicere. Atque ex his ſatis conſtat in Chriſto fuiſſe libertatem, non ſolum à coactione, quam eſſentialem vocant, quia à voluntate, cui repugnat in ſuis actibus pati violentiam, ſeparari non poteſt: ſed etiam libertatem indifferentiæ a voluntate ſeparabilem & ejus actibus accidentalem.

Verum ſuppoſita hac fidei veritate graviſſima reſtat inter Catholicos controverſia de modo hanc Chriſti libertatem explicandi ac tuendi circa actus præceptos aut prohibitos; quoad alios enim, conſtat inter Catholicos potuiſſe Chriſtum pro libitu illos ponere vel non ponere, ſicut & Beati actus bonos ſibi non præceptos, æque ac ſi eſſent viatores.

Difficillimum eſt Chriſti libertatem circa actus præceptos conciliare cum ejus impeccabilitate, & neceſſaria determinatione ad bonum orta ex viſione beatifica.

316 Fundatur autem hæc difficultas, partim in unione hypoſtatica, qua Chriſtus ex dictis ſupra reddebatur intrinſece impeccabilis. Partim in viſione & amore beatifico Chriſti voluntatem immobiliter determinante ad bonum. His enim ſuppoſitis hæc urgent argumenta.

Primum qui ex ſuppoſitione alicujus, quod nullo modo eſt in ejus poteſtate, & habet ſe antecedenter ad omnes ejus actiones, eſt abſolutè impeccabilis, non poteſt non implere præceptum ſibi à Deo impoſitum: illud enim non implendo peccaret, quod, ut ſupponitur, eſt ipſi impoſſibile: atqui Chriſtus ratione unionis fuit (ex dictis ſup. n. 284.) iſto modo impeccabilis; ergo non potuit non implere præceptum moriendi ſibi à Patre impoſitum, ac proinde illud non implevit libere nec meritorie.

Non potuit peccare & conſequenter non potuit non implere præceptum. Quomodo ergo illud libere implevit?

Secundum: qui clare videt Deum, per viſionem (quæ eſt ſuppoſitio antecedens, cùm nullo modo ſit in poteſtate Beati) rapitur, & ut declaratum eſt parte 2. n. 8. phyſice determinatur, adeoque neceſſitatur ad amorem Dei appretiative ſummum, id eſt,

Digitized by Google

formaliter aut virtualiter includentem volitionem efficacem nihil faciendi aut omittendi quod Deo diſplicere queat: cùm quo amore, ut patet, ſtare nequit volitio tranſgrediendi præceptum, ejuſve libera tranſgreſſio. Atqui Chriſtus à primo inſtanti ſuæ conceptionis vidit clare Deum; ergo fuit phyſice & antecedenter determinatus, ac proinde neceſſitatus ad impletionem cujuſvis præcepti ſibi à Patre impoſiti; ergo non potuit libere implere.

Non ſatisfit ſi dicatur Chriſtum fuiſſe liberum à coactione aut potuiſſe actum præceptum non ponere in ſenſu diverſo; licet non in ſenſu compoſito.

317 Variæ à variis authoribus huic difficultati adhibentur ſolutiones. 1. Enim Ianſ. & Vincentius Lenis, id eſt Fromondus, concedunt voluntatem Chriſti fuiſſe quidem neceſſitatam ad impletionem præcepti, ſimul tamen ſufficienter liberam ad merendum, quia fuit libera à coactione ſeu violentia. Sed hæc ſolutio repugnat fidei, ut patet ex dictis ſup. n. 309 & ſeqq.

2. Recentiores Thomiſtæ, Sylv. & alii admittunt Chriſtum, ſuppoſito præcepto, non potuiſſe non velle mori in ſenſu compoſito; potuiſſe tamen in ſenſu diviſo, ſeu abſolute: & hoc poſtremum putant ſufficere ad veram libertatem fundativam laudis & meriti. Verum hujus ſolutionis inſufficientia patet, tum ex dictis p. 2. n. 82. ubi probavimus, ad libertatem requiri potentiam componendi, tam actum, quàm non actum, cum antecedentibus, quæ non ſunt in poteſtate operantis. Tum ex iis quæ à noſtris dicuntur in phyſica contra prædeterminationem phyſicam.

Neque ſatisfit dicendo cum Scotiſtis Chriſtum fuiſſe tantum extrinſece prædeterminatum ad obediendum.

3. Varii Scotiſtæ reſpondent, præceptum non potuiſſe libertati Chriſti officere, quia eſt extrinſecum, & extrinſeca prædeterminatio orta ex voluntate Dei, ſecundum ipſorum principia, non eſt libertati noxia. Sed contra eſt quòd neceſſitas antecedens, undecumque oriatur, non magis ſtet cum libertate, & perfecto actus dominio, quàm phyſica prædeterminatio intrinſeca, quam nobiſcum ſentiunt evertere libertatem.

Neque ſufficit ſi dicatur meruiſ-

4 Quidam docent Chriſtum meruiſſe per quamdam animi præparationem & conditionalem voluntatem, qua dixit, vellem pati mortem libere, etſi nul-

la

la præcepti obligatione ad eam eſſem neceſſitatus. Hæc ſolutio communiter reiicitur, & meritò; quia ſic Chriſtus non fuiſſet meritus per actum obedientiæ, quo implevit præceptum, quod repugnat Scripturæ ad Philip. 2. *Factus obediens uſque ad mortem* &c. *propter quòd & Deus exaltavit illum.* Ad Rom. 5. *ſicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per unius obeditionem, juſti conſtituuntur multi.* Et alibi ſæpius hominum redemptionem tribuenti obedientiæ Chriſti. His rejectis, quatuor ſuperſunt probabiles hujus difficultatis ſolutiones.

ſe per voluntatem conditionatam patiendi mortem è. tiamſi non fuiſſet præcepta.

318. Prima ſolutio, eaque inter recentiores communiſſima, & cæteris præferenda, eſt illa, quam adferunt Alexand. Vaſq. Val. Curiel. Ruiz. Beccan. Iſam. Vigg. & alii docentes, Chriſtum libere potuiſſe actum quo implevit præceptum affirmativum, licet abſolute illud non potuerit non implere: quia præceptum fuit illi impoſitum cum ea indeterminatione & abſtractione à circumſtantiis, actum intrinſece variantibus, ut vi illius ita obligaretur ad ſubſtantiam præcepti, v. g. ad mortem & illius acceptationem pro ſalute hominum, ut tamen indifferens eſſet ad plurimas ejus circumſtantias v. g. ad mortem acceptandam primo ſuæ exiſtentiæ inſtanti, aut ſequentibus, hoc vel illo actu, unico vel pluribus ſæpius iteratis, ex hoc vel illo motivo, non imperato, neque neceſſario ad præceptum implendum, cum tanta vel tanta actus intenſione, ſeu hoc vel illo genere ſupplicii, hoc vel illo tempore, in ætate ſenili, vel juvenili, ſic inquit Amic. ut in ejus eſſet poteſtate, etiam ad multos annos mortem differre. Quæ indifferentia ſufficit, ut, quamvis ad ſubſtantiam præcepti, id eſt, indeterminate ad aliquem actum præcepti impletivum eſſet neceſſitatus; actus tamen, quo præceptum implevit, ſimpliciter & abſolute fuerit liber, adeoque meritorius etiam quoad ſubſtantiam, ut mox declarabitur.

Probabile eſt præceptum iſto fuiſſe impoſitum cum indeterminatione ad varias circumſtantias actum intrinſece variantes.

319. Porro præceptum Chriſto fuiſſe ita impoſitum cũ iſta latitudine & indeterminatione ad varias circumſtantias. Prob. 1. quia præcepta divina non ſolent aliter hominibus imponi; ergo etiam ſic fuerunt

Præceptum moriendi fuiſſe cum

circumſtantiarum in determinatio. ne Chriſto impoſitum ſuadent ratio & ſcriptura.

runt impoſita Chriſto; cùm non debeat ten ere & abſq; urgenti fundamento dici Deum minutius, & minus liberaliter cum Filio quam cum ſervis egiſſe 2. Quia decuit aliquid relinqui Chriſti ſapientiæ & charitati: imò id neceſſarium fuit, quia omnes circumſtantiæ non potuerunt abſoluto & indiſpenſabili præcepto determinari illæſa libertate ad meritum requiſita.

3. Quia Matt. 26. aperte ſignificatur Chriſtum potuiſſe mortem differre, & ſui comprehenſionem adeò ignominioſam impedire his verbis: *An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò pluſquam duodecim legiones Angelorum?* &c. Item Ioan. 10. ubi Chriſtus ait; *nemo to'lit eam* (ſc. animam meam) *à me; ſed ego pono eam à meipſo; & poteſtatem habeo ponendi eam, & habeo poteſtatem iterum ſumendi eam; hoc mandatum accipi à patre meo.* Quibus ſatis oſtendit ſe mandatum moriendi ita accepiſſe, ut variæ ejus circumſtantiæ eſſent ejus poteſtati relictæ. Vnde Aug. l. 4. de Trin. c. 13. hunc ipſum locum adducens, ita loquitur *Non tamen deſeruit invitus, ſed quia voluit, quando voluit, quomodo voluit.*

Fuit autem iſta indifferentia ad varias circumſtantias ſufficiens ut actus quo Chriſtus præceptum implevit, fuerit liber quo ad ſubſtantiam.

320 Quod autem iſta indeterminatio fuerit ſufficiens ad hoc ut actus, quo præceptum implevit, fuerunt liber & meritorius, etiam quoad ſubſtantiam, Prob. 1. ex S Th. q. 18. a. 4. ad 3 his verbis ſup. cit. n. 3. 12. quibus docet ideò Chriſtum fuiſſe liberum, quia etſi determinatus eſſet ad bonum in communi; non erat tamen determinatus ad hoc vel illud bonum.

2. Ex libertate, & merito martyrum qui licet ex efficaci Dei decreto, & ex intrinſeca conditione ſuæ naturæ ſint abſolute neceſſitati ad mortem aliquando obeundam, ideò tamen libere & meritorie eum obeunt, quia moriuntur, cum poſſent necdum mori aut non eo mortis genere.

Ita Martyres libere moriuntur, licet neceſſariò morituri erant.

3. Quia impoſitio præcepti cum indeterminatione à nobis explicata, ſolum inducit obligationem, & conſequenter in Chriſto neceſſitatem disjunctivam ad unicum actum ex innumeris eius poteſtati ſubjectis pro libitu eligendum: atqui talis obligatio, & disjunctiva neceſſitatio nullo modo poteſt officere li-

ber-

bertati voluntatis Chriſti, cum nulla ratione tollat indifferentiam ejus activam ad ſpeciem & exercitium actus, quem de facto ponit, ut patet in nobis: etſi enim ſimus phyſice determinati, vel ad ſtandum, vel ad ſedendum aut flectendum &c abſolute tamen libere flectimus ante altare & meremur. Item licet objecto cum indifferentia nobis propoſito, ſimus disjunctive determinati ad volitionem vel nolitionem, vel omiſſionem liberam; cum tamen ad volitionem nos determinamus volitio eſt nobis abſolute & ſimpliciter libera, etiam quoad ſubſtantiam. Ergo ſimiliter in Chriſto &c.

Impoſitio præcepti cum prædicta indeterminatione tantum inducit neceſſitatem disjunctivam ad hunc aut illum actum adeoque non efficit libertati.

321 His non obſtat Script. Luc. 22. ubi habetur: *Filius hominis, ſecundum quod definitum eſt, vadit* ut Io. 14. *ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio*: ibi enim nullo modo ſignificatur Chriſto impoſitum fuiſſe præceptum moriendi cum omnibus ſuis circumſtantiis.

1. Quia verborum Lucæ hic ſolum ſenſus eſt, Chriſtum moriturum, ejuſque mortem ſecundum ſe prædefinitam eſſe à Patre Deinde licet daremus mortem ipſam fuiſſe prædefinitam quoad omnes ſuas circumſtantias; non propterea ſequeretur etiam actum, quo Chriſtus mortem acceptavit, fuiſſe ſecundum omnes circumſtantias prædefinitum. Adde quod prædefinito, etiam quoad omnes circumſtantias, tam actus, quàm objecti, nihil officiat libertati, ut liquet ex dictis 1. p. n. 171.

Scriptura non ſignificat Chriſti mortem fuiſſe præceptam quoad omnes circumſtantias ſed ut ſummum fuiſſe definitam.

2. Quia per ly *ſicut* in Script. non ſemper ſignificatur omnimoda ſimilitudo, ſed ſępe aliqualis tantum: ut patet Ioan. 17. *ſicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos*; & infra, *ut ſint unum, & nos unum ſumus*, in quibus conſtat non ſignificari omnimodam ſimilitudinem, utpote inter iſta impoſſibilem. Vnde Chriſtus per ly *ſicut* Ioan. 10. ſolùm ſignificat ſe ita integre Patris ſui præceptum implere, ut ejus nihil prætermittat. Eodem etiam ſenſu veriſſime poteſt à nobis dici, cum Dei præcepta ſervamus, & à ſervis dominorum mandata exequentibus, *ſicut mihi mandatum eſt, ſic facio*, licet nec nobis, nec ſervis omnes circumſtantiæ ſint imperatæ.

Ly ſicut in Scripturis non ſemper importat omnimodam ſimilitudinem.

322 Ne-

Digitized by Google

Iuxta hanc ſolutionem actus quo Chriſtus præceptum implevit, ſimpliciter potuit non poni, adeoque fuit meritorius quoad ſubſtantiam.

322 Neque ex hac ſolutione, pro ut à nobis explicata, ullo modo ſequitur, actus Chriſto præceptus ſolùm fuiſſe liberos & meritorios, quoad circumſtantias, non quoad ſubſtantiam: quia poſito quòd fuerit indifferens ad circumſtantias redundantes in ſubſtantiam actus modo ſup explicato, eius actus interni, à quibus externi habent totam libertatem, & vim merendi, fuerunt quoad ſuam entitatem ac ſubſtantiam liberrimi.

Poſito enim quòd mortem ſibi cum multiplici indeterminatione imperatam, ex pluribus motivis per plures actus re, & ſpecie diverſos, acceptare potuerit, & de facto acceptaverit, ut ſubeundam aliquo determinato tempore & modo pro ſuo arbitrio, primus actus, quo ex motivo charitatis v. g præceptum moriendi acceptavit, non fuit neceſſarius, quia ad impletionem præcepti ſufficiebat ſecundus v. g. ex motivo obedientiæ, neque hic ſecundus erat neceſſarius, quia ſufficiebat primus aut tertius ex motivo miſericordiæ, & ſic de cæteris actibus, qui ex his aut illis circumſtantiis Chriſto liberis potuerunt ſubſtantialiter diverſificari; ergo omnes actus interni, impletivi præceptorum Chriſto impoſitorum, fuerunt Chriſto liberrimi, & conſequenter etiam externi cum internis facientes unum in genere moris: imò actus externus moriendi, poſito quòd potuerit pro arbitrio ei tempus determinare, potuit ipſi ſimpliciter dici liber: cum enim mors, ad quam aliquando obeundam Chriſtus, ut cæteri homines, erat ab intrinſeco neceſſitatus, non poſſit aliter eſſe libera, quàm quoad temporis determinationem, ſeu anticipationem, ei ſimpliciter dicitur libera, qui illam libere anticipat, ſaltem notabiliter, ut patet in Martyribus, præſertim iis qui aliunde ob ſua crimina damnati ad mortem, in carcere converſi ſunt: & propter fidei confeſſionem citiùs aut atrociùs fuerunt ſupplicio affecti. Hinc

Mors non poteſt eſſe aliter libera, quam quoad anticipationem.

Vnde Chriſtus mortem acceptando exercuit libertatem quoad exercitium.

323 Patet 1. Chriſtum, mortem acceptando, exercuiſſe libertatem, non tantum quoad ſpecificationem, ſed etiam quoad exercitium actus; cùm potuerit hunc actum acceptationis non exercere, &

hanc

hanc mortem, prout cum actu interno illam imperante facit unum in genere moris,non ſubire:imò etiam potuerit non ſubire, hanc mortem phyſice acceptam pro cauſis proxime diſponentibus ad diſſolutionem animæ;cùm ſit valde probabile Chriſto liberum fuiſſe aliud genus occiſionis eligere,quod docet Raynaud. in nova libertatis explicatione, parte 2. c. 5. ubi dicit potuiſſe Chriſtum mortem ſibi præceptam pati ab aliis perſonis, ut cùm Iudæi voluerunt eum lapidare.

Patet 2. nobis agendas eſſe gratias Chriſto, non ſolùm quòd tali tempore, motivo, aut modo mortuus ſit pro nobis,ſed ſimpliciter quod pro nobis,mortuus ſit;cùm pro nobis liberè mortem ſubierit ea libertate,qua mors poteſt eſſe libera, & liberè alterius cauſa ſubiri nempe quad anticipationem & ſimilia.

De qua poſſunt intelligi Seri p. & PP. docentes Chriſtum pro nobis liberè mortuum.

Patet 3. de hac libertate poſſe verificari illud Iſa. 53. *oblatus eſt quia ipſe voluit*, & illud Aug. l.4. de Trin. c.13.*quia voluit, quando voluit, quomodo voluit*, nempe mortuus eſt Chriſtus. Item illud Ioan. 10. *ego pono animam meam,nemo tollit eam à me*,& ſimilia. Quibus tamen Vaſq.& alii putant,præcipue ſignificari Chriſtum ſponte oblatum, quia nulla poteſtate humana potuit ad mortem cogi. Illud verò ad Hebr. 12.*propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem*: quidam explicant hoc modo, quòd Chriſtus potuerit non impedire per miraculum (ut de facto impedivit) efficaciam gaudii beatifici ad excludendum dolorem & triſtitiam à ſuo ſuppoſito; cùm iſtius miraculi nullum probari poſſit Chriſto datum fuiſſe præceptum. Iuxta hanc explicationem clarum eſt totam mortis & paſſionis tolerantiam Chriſto fuiſſe liberrimam.

Potuit Chriſtus non impedire efficaciam gaudii beatifici ad excludendum dolorem & triſtitiam.

Patet 4. non poſſe antiquos PP. dici meruiſſe ſubſtantiam Incarnationis, eò quòd meruerint ejus accelerationem,ſicut Chriſtus dicitur liberè meritus per ſubſtantiam mortis, eò quòd liberè meritus ſit per ejus anticipationem: eſt enim evidens diſparitas, quòd cùm Incarnatio poſſit aliter cadere ſub meritum,quàm quoad accelerationem,nempe etiam quoad primam ejus exiſtentiam in divina prædeſtinatione, nullus poſſit ſimpliciter dici eam mereri,aut ejus

ſubſtantiam, non ſit cauſa moralis, cur Deus primò & ſimpliciter eam decernat: at vero mors non poſſit aliter eſſe libera quam modo ante explicato.

324 Hinc etiam habes, cur potius Chriſtus ſimpliciter dici poſſit mortuus pro nobis, quàm ſimpliciter veniſſe pro nobis, ſi juxta mentem Scoti ſolum pro nobis veniſſet in carne paſſibili, quia nempe aliter pro nobis abſolutè venire potuit.

Chriſtus fuit liber ad rem præceptam qua præceptam ſub indeterminatione ad varias circumſtantias.

Quod ſi cum variis urgeas: ergo contra Apoſtolum ad Philip. 2. & ad Rom. 5. ſup. n. 315. Chriſtus non eſt meritus obediendo: quippe qui non fuit liber ad rem præceptam, qua præceptam; ſed ſolum quoad circumſtantias non præceptas: atqui non potuit mereri obediendo, niſi per liberam executionem rei præceptæ quà præceptæ: quandoquidem libera executio rei ſub circumſtantiis non præceptis non poſſit, quà talis, eſſe objectum obedientiæ, quæ eſſentialiter reſpicit rem præceptam ut ſic; ergo, &c.

Reſpondebitur neg. ſeq. antec. & ad probationem negabitur Ma. & dicetur Chriſtus fuiſſe liber ad rem præceptam, qua præceptam, ſub indeterminatione ad varias circumſtantias per ipſius liberam electionem determinandas, ſive ad rem præceptam, præcepto disjunctivo, inducente obligationem ad hunc vel illum actum ex variis ſub disjunctione imperatis: ac proinde verum ac liberum obedientiæ actum exercuiſſe ponendo unum ex actibus circumſtantiatis ſub indeterminatione, ſeu disjunctione præceptis: cum per talem actum ſatisfecerit obligationi præcepti, quo jubebatur ex variis actibus, v. g. internæ acceptationis ſibi liberis pro ſuo arbitrio determinate unum ponere.

Præcepto disjunctivo ſatisfit ponendo unum ex membris disjunctionis.

325 Similiter B. V. Luc. 2. vere obediebat legi præcipienti *par turturum, aut duos pullos columbarum*, determinate offerendo par turturum, quamvis non obligaretur ad id determinate, ſed indeterminate & ſub disjunctione ad alterutrum.

Ratio autem hujus reſponſionis eſt quod, ſicut præceptum disjunctivum ſolùm inducit obligationem ſub disjunctione ad unum ex membris disjunctionis, ita ei ſatisfiat, etiam formaliter ex motivo obe-

obedientiæ, & per verum actum obedientiæ, per poſitionem cuiuſcumque ex membris disiunctivis.

Opponunt hic Lug. & alii operanti non tribui ad laudem & meritum id, quod facit, niſi quatenus excedit id, ad quod antecedenter erat neceſſitatus, illudque probant hoc exemplo, ſi Petrus v.g. phyſice neceſſitatus ad 100. aureos, intra aliquod tempus dandos pauperi, det hos 100. aureos potius quam illos, paulo plus, vel paulò citius, quam neceſſitate cogatur, ex affectu & motivo liberalitatis, manu dextra, potius quàm ſiniſtra: non propterea dici poterit libere, aut ex libertate feciſſe illam donationem cùm laude & merito. Ergo ſimiliter in noſtro caſu.

Quod eſt neceſſarium in eſſe phyſico; pteſt eſſe laudabile ſi ſit liberum & honeſtum in eſſe moris.

Sed contra eſt, quod aſſumptum non ſit univerſaliter verum: falſum eſt enim operanti non tribui ad laudem id, quod facit ex neceſſitate phyſica; ſi illud faciat libere, & honeſte in eſſe moris, v.g. patienter, & ex motivo virtutis tolerando moleſtias paupertatis morbi, &c.

Oſtendetur id exemplo ejus qui patienter & ex motivo virtutis fert morbum.

Nec quidquam efficit quod adfertur in probationem; nam diſparitas eſt 1. quod, cùm datio aliter poſſit & ſoleat eſſe libera, ex communi modo loquendi, non poteſt ſimpliciter dici libera, & ex liberalitate, niſi ſit ſimpliciter talis, etiam quoad ſubſtantiam; ſecus mors ob rationem in contrarium ſup. n. 319 2. Quod datio centum aureorum phyſice neceſſaria morali æſtimatione nihil ab actu interno accipiat libertatis & valoris in ordine ad pauperem cui datur; cum pecunia data, quocumque affectu detur, non ideò pauperi plus aut minus utilitatis adferat, 3. quòd electio quarumcumque ex circumſtantiis ibi poſitis, ut quod datio fiat dextra potiùs quàm ſiniſtra, non ſit æſtimabilis in genere moris, qualiter nec æſtimabilis fuiſſet electio, qua Chriſtus elegiſſet in albo potiùs ligno, quàm in nigro crucifigi.

326 Dixi ſup. num. 318. *actum quo implevit præceptum affirmativum;* quia ut ſentit Suar. probabile eſt, quod abſolute docent VViggers, Martinon, Chriſto liberam non fuiſſe impletionem præcepti negativi; ſaltem naturalis, eo quòd non habuerit potentiam proximam ad actus, ſaltem lege naturali prohi-

Probabile eſt Chriſtum non habuiſſe concurſum ſibi paratum ad actus.

prohibitos v.g. ad mendacium, blaſphemiam, odium Dei &c defectu concurſus Dei, quem non habuit ſibi paratum ad tales actus.

intrinſece malos ac proinde eorum omiſſionem non fuiſſe Chriſto liberam.

1. Quia Deus non poteſt exhibere ſuum concurſum ad actus de potentia abſoluta impoſſibiles, quales reſpectu Chriſti ſũt actus intrinſece mali, ac peccaminoſi; cui abſolute, non ſolum ex ſuppoſitione, ut confirmato in gratia, repugnat ponere actũ peccati.

2. Quia talis concurſus dedecet dignitate perſonæ Chriſti, exigentis à ſe removeri quàm longiſſimè actum peccati, ejuſque committendi potentiam 3. Quia carentia talis concurſus, & conſequenter potentiæ peccandi, non eſt contra perfectionem libertatis; cum iſta potentia, quæ, ut recte Aug. Anſel. S. Th & alii, potius eſt impotentia & defectibilitas, quàm potentia, non ſit in Deo, qui tamen eſt liber modo perfectiſſimo.

Non meruit Chriſtus præciſe ob impletionem præcepti negativi.

327 Iuxta hanc viam Chriſtus non meruit, nec laudabilis fuit præciſe ob impletionem præcepti negativi, ſaltem naturalis v.g. non mentiendo; quia mentiri non fuit in ejus poteſtate, licet meruerit per actum poſitivum, quo voluit illud ſervare v.g. poſitive nolendo mentiri.

Addidi *ſaltem naturalis*: quia, cum actus, lege dumtaxat poſitiva prohibiti non ſint intrinſece mali, ac proinde nec de ſe Chriſto impoſſibiles, non eſt cur Chriſtus ad hujuſmodi actus non potuerit habere concurſum ſibi præparatum.

Probabile eſt Chriſtum potuiſſe liberare ſe ab obligatione præcepti petendo diſpenſationem: ac proinde actum quo illud implevit ipſi fuiſſe liberum.

Secunda ſolutio eſt, qua obligatio præcepti dicitur fuiſſe Chriſto libera, tum quoad inchoationem, quia ut ſentiunt Mendoza, VVading. & alii, præceptum non fuit ei impoſitum, niſi dependenter à conſenſu, quo ſe prius ad illud acceptandum libere obtulit, tum quoad continuationem, quia, ut docent Lug. Martin. & alii cum præcitatis, Chriſtus ſemper potuit petere diſpenſationem, eamque, ſi abſolute voluiſſet impetrare, atque ita ſe ab omni obligatione præcepti liberare; unde manifeſte ſequitur, neceſſitatem in ejuſmodi obligatione fundatam, non eſſe abſolutam, ſed ex ſuppoſitione conſequente: adeoque, ea non obſtante, mortem fuiſſe Chriſto liberam, etiam

etiam quod ſubſtantiam, tum pro eo inſtanti, quo illam acceptavit, & ſubiit; quia, inquit Lug. præceptum non obligabat pro iſto inſtanti determinate; tum pro quolibet alio ſequenti; quia cum poſſet, petitione diſpenſationis, obligationem tollere, poterat abſolute mortem violentam numquam ſubire.

328. Quod autem præceptum Chriſto impoſitum fuerit dependenter ab ejus conſenſu. Probat ex Apoſt. ad Hebr. 10. *Ideò*, Chriſtus, *ingrediens mundum dicit, ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam*. Quod verò Chriſtus poſſet pro arbitrio illius diſpenſationem petere. Prob. 1. ex Matth. 26. 53. ubi Chriſtus verbis ſup. cit. n. 318. declarat, ſe habuiſſe poteſtatem impetrandi à Patre pluſquam duodecim legiones Angelorum; ad impediendum Iudæorum conatus, & conſequenter mortem ab illis inflictam: ac proinde habuiſſe poteſtatem, ſe liberandi ab omni obligatione præcepti.

Probatur prædicta poteſtas ex Scriptura.

Item ex illo Iſa. 53. *Oblatus eſt, quia ipſe voluit*; Ioan. 10. *Nemo animam meam tollit à me*. 2. Quia præcepta ſolent fieri ſub hac tacita conditione, ab omni prudenter præcipiente ſubintellecta: *Niſi diſpenſavero*; & Chriſti dignitas, ac authoritas apud Patrem poſtulabat; ut ſi diſpenſationem efficaciter peteret, ei non negaretur.

Suadetur etiam ratione.

Iuxta hanc ſententiam, Chriſtus nullo modo fuit liber circa præcepta naturalia negativa, omnino indiſpenſabilia, qualia ſunt non mentiendi, blaſphemandi &c. circa poſitiva verò, v.g. præcipientia Dei cultum, amorem & ſimilia; fuit quidem liber, ſed ſolum quatenus fuit indifferens ad varias eorum circumſtantias, modo ſup. explicato n. 317. Neque ex Script. aut PP. probari poteſt, Chriſtum in illis ampliorem habuiſſe libertatem, cum de illorum obſervatione nuſquam ſpecialiter laudetur, ſicut de morte pro nobis obita.

Huic ſolutioni nulla ratione repugnat Script. Matth. 26. ubi Petro volenti impedire ne comprehenderetur, dixit: *Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia ſic oportet fieri?* Luc. 24. *Nonne hac oportuit pati Chriſtum?* Iſtis enim & ſimilibus locis non ſigni-

Scriptura ſolum ſignificat præceptum Chriſto impoſitum.

ſignificat mortis præceptum fuiſſe indiſpenſabile; ſed neceſſariò ſervandum, non neceſſitate antecedente; ſed, ut interpretantur Carthuſian. Mald. Lug. neceſſitate conſequente, fundata in Dei præſcientia, prædictionibus prophetarum, & decretis conſequentibus exercitium libertatis Chriſti, partim in ſtatu conditionato, ut ſunt decreta prædefinitiva actuum, quibus Chriſtus libere mortem acceptavit & pertulit, partim in ſtatu abſoluto, ut decreta remuneratoria mortis Chriſti prævisæ, ut abſolute futuræ.

fuiſſe neceſſario ſervandum neceſſitate conſequente, non verò fuiſſe indiſpenſabile.

Petiit quidem Chriſtus ibid. Matth. 36. diſpenſationem à præcepto moriendi, his verbis: *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*, quam non impetravit: at eam non petiit efficaciter & abſolute, ſed ſolùm inefficaciter, & conditionate, ut patet ex his verbis ſequentibus: *Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.*

Petiit Matt. 26. diſpenſationem non abſolute ſed tantum conditionate.

329 Fuit autem juxta hanc ſolutionem præcepti acceptatio, ejuſque impletio Chriſti ſimpliciter libera, 1. mediate & denominative ab actu, quo ſe obtulit ad præceptum acceptandum & quo noluit ab eo jam impoſito petere diſpenſationem, quæ libertas ſufficit, ut mors ejuſque acceptatio ſimpliciter dici poſſit Chriſto libera ac meritoria, idque ſufficienter ad explicanda Scripturæ & PP. teſtimonia, quibus mors Chriſti dicitur meritoria; cùm noſtri actus externi non ſint aliter liberi, & tamen ſimpliciter meritorii. 2. Etiam immediate & formaliter: quia cum præceptum non obligaret ad acceptationem ejuſque impletionem pro ullo inſtanti determinate, ſed ſolum indeterminate pro aliquo intra certam temporis latitudinem, Chriſtus actum acceptationis & obedientiæ ita poſuit, ut abſolute poſſet non ponere eo inſtanti quo illum poſuit.

Suppoſita poteſtate impetrandi diſpenſationem facile intelligitur quomodo Chriſtus mortuus ſit liber.

Quod etiam verum eſt, etſi Chriſtus ſupponatur diſtuliſſe acceptationem uſque ad ultimum inſtans temporis, intra cujus latitudinem tenebatur acceptare. 1. Quia etiam pro illius inſtanti Chriſtus prius natura fuit indifferens ad petendam, vel non petendam diſpenſationem, quàm intelligeretur in actu 2. abſolute obligatus ad acceptationem; ac pro-

Mortuus fuiſſet libere etiamſi ſuſtuliſſet petere diſpenſationem uſque ad inſtans ultimum.

proinde etiam iſto inſtanti ita acceptavit, ut abſolute potuerit non acceptare, petendo diſpenſationem in priori naturæ quàm intelligeretur abſoluta obligatio. 2. Quia, etiam pro tunc, obligatio erat tantum disjunctiva, vel ad acceptationem, vel ad petendam diſpenſationem, ac proinde Chriſtus libere libertate formali, & immediata elicuiſſet hunc actum: *Nolo petere diſpenſationem, ſed ex obedientia pati mortem.*

390 Tertia ſolutio, valde facilis & probabilis, ſicut eſt præcedens, eſt illa, quam adhibent Albert. Palud. Lorc. Vaſq. in 2. ad Philip. Pezan. Eſparſ. docentes Chriſto impoſitum non fuiſſe præceptum ſtrictum, ſed latum non tam obligans, quam dirigens, ut faciunt regulæ quarumdam Religionum, quæ tamen ſunt materia obedientiæ, ut aperte docet S. Th. 2. 2. q. 104. ar. 2. O. Voluntas ſuperioris, quomodocumque innoteſcat, eſt quoddam tacitum præceptum & tantò videtur obedientia promptior, quantò expreſſum præceptum obediendo prævenit voluntate ſuperioris intellecta.

Probabile eſt Chriſto ſolùm fuiſſe impoſitum præceptum pure directivum.

Hoc autem probant 1. PP. Chryſ. homil. 59. & 75. Vbi expreſſe negat talem obligationem præcepti in Chriſto, & dicit vocari præceptum humano more, & hom. 28. in epiſt. ad Hebr. ubi ait: *Licebat illi nihil pati, ſi voluiſſet; erat ergo ei promptum, ſi voluiſſet non venire ad crucem.* Aug. l. 4. de Trin. c. 13. *Qui poſſet non mori ſi nollet, proculdubio, quia voluit, mortuus eſt.* Anſel. de medit. Redempt. gen. humani c. 4. *Non illi homini Pater ut moreretur cogendi præcipit; ſed ille, quòd Patri placiturum, & hominibus profuturum intellexit, hoc ſponte fecit*, & infra. *Sic itaque Patri liberam obedientiam exhibuit, cùm hoc, quod Patri placitum ſcivit, ſponte facere voluit. Denique quoniam Pater illi hanc bonam voluntatem dedit; quamvis liberam, non immerito dicitur, quia eam velut Patris præceptum accepit.* Et lib. cur Deus homo c. 10. ubi negat Chriſtum proprie mortuum ex obedientia, cui conſentire videtur S. Thom. l. 4 contra gentes c. 55. ad 15. & 16. ubi ſolum tribuit charitati & fortitudini Chriſti, quòd pro nobis mortuus ſit. Item in illud ad Rom. 8. *Propriis*

Probatur in Auguſtino, Anſelmo, & Thoma non fuiſſe impoſitum Chriſto præceptum moriendi ſtrictè dictum.

bis omnibus tradidit illum; ubi ſic loquitur: *Tradidit eum Deus Pater in mortem, eum incarnari & pati ſtatuendo* (ſcilicet prædefinitionem) *& humanæ ejus voluntati inſpirando charitatis affectum, qua paſſionem ſpontaneus ſubiret*.

Suadetur etiam ratione.

2. Ratione, quia hoc genus mandati videtur magis convenire amori Patris in Filium, fiduciæ de ejus virtute ac dignitate ipſius Filii. Deinde, cùm Chriſtus eſſet abſolute impeccabilis, non videtur fuiſſe capax præcepti proprie dicti, quod utique includit comminationem culpæ ac pœnæ proprie dictæ.

Scriptura variis locis ſignificans Chriſtum fuiſſe obligatum præcepto, explicanda eſt de præcepto late.

331. Scripturæ ſup. cit. num. 316. & 320. & alibi ſæpius ſignificantes Chriſtum habuiſſe præceptum moriendi, facile explicari poſſunt de præcepto late & improprie: cum omnis Dei voluntas, etiam mere permiſſiva, ſæpius in ſcripturis vocetur præceptum, l. 2. Reg. 16. ubi dicitur *Dominus præcepit Semei ut malediceret David*; & Matth. 19. ubi dicitur Moyſes permiſiſſe repudium uxoris, cùm tamen Marci 10. dicatur id præcepiſſe.

Dici poteſt præceptum iſtud obligaſſe non ſub culpa, ſed ſub aliqua pœnalitate.

Adde ad faciliorem Scripturarum explicationem dici poſſe præceptum Chriſto impoſitum fuiſſe obligatorium ſub pœna, aut potius (cùm pœna ſtricte ſumpta præſupponat culpam) ſub pœnalitate, aut incommodo, v. g. privationis alicujus gloriæ accidentalis. Cùm autem hoc præceptum ſupponatur tale, ut ſub nulla culpa obliget, ejus violatio nihil includit culpæ, nec imperfectionis poſitivæ, aut privativæ, ratione cujus repugnet impeccabilitati, & ſanctitati Chriſti: ſed ſolùm aliquid imperfectionis negativæ, ſeu carentiam perfectionis, poſſibilis quidem, non tamen ullo modo debitæ.

Probabile eſt quò circa actus præceptos nec unio, nec viſio tollat potentiam ad oppoſitum ſufficientem ad libertatē.

332. Sunt nihilominus quibus violatio talis præcepti expreſſe intimantis voluntatem ſuperioris, quamvis ſine obligatione ſub culpa, videtur includere aliquid vituperabilitatis, & imperfectionis moralis, Chriſto repugnantis, ideoque reſpectu Chriſti nullum admittunt præceptum, etiam pure directivum, ſed merum conſilium, innixum, prædefinitionibus, ex quibus infallibiliter, licet libere ſecutura

erat

erat impletio actus per conſilium Chriſto propoſiti ac prædefiniti; pro quibus V.Eſpar.

333. Quarta ſolutio eſt Molinæ 1. p. q. 114. art 3 diſt. 8. docentis Chriſtum non obſtante unione, ſtatu beatifico,& impeccabilitate abſoluta, ex iis orta, fuiſſe liberrimum quoad ſubſtantiam actus, obligatorie & indiſpenſabiliter præcepti : quia nec unio nec ſtatus beatificus ut includens viſionem,& ex hac neceſſariò reſultantem amorem Dei appretiative ſummum;tollit indifferentiam principiorum proxime influentium, ſeu potentiam proximam ponendi & non ponendi ſubſtantiam actus præcepti.

Vnio hypoſtatica non tollebat indifferentiam intrinſecam ex parte principiorum immediate influentium; adeoque non tollebat ejus libertatem.

334. Prima pars (nempe de unione) que eſt etiam Suar.Ruis, Tan.Præpoſ.Pezant. Vigg Coninc. Raynaud.videturque valde probabilis; imò attenta ratione,certa aut fere certa. Prob.contra Vaſq. Lug Amic.& alios:1. Quia unio non tollit indifferentiam intrinſecam, ſeu potentiam quantùm eſt ex parte principiorum immediate influentium, proximam ponendi aut non ponendi actus præceptos, per ſe; neque per aſſiſtentiam Dei ſibi eſſentialiter debitam: non enim per ſe, quia ſecundùm ſe non eſt operativa, ſed mera conjunctio ſubſtantialis naturæ aſſumptæ cum Verbo, ut ſuſtentante, adeoque ſe ipſa immediate nullo modo influit in potentias aut operationes humanitatis aſſumptæ : ergo nullo modo immutat ejus connaturalem modum operandi, nec ulla ratione tollit intrinſecam ejus indifferentiam, ſeu potentiam ad utrumlibet circa ſubſtantiam actus præcepti. Non etiam per Dei aſſiſtentiam: quia, cùm iſta aſſiſtentia exerceatur per auxilia de ſe indifferentia, per ſcientiam mediam prævifa effectum habitura in hac humanitate, quamvis non eſſet Verbo unita, nullo modo immutat modum operandi, quandoquidem auxilia, quibus exercetur, voluntatem Chriſti non aliter moveant, quam ſi abeſſet unio hypoſtatica, adeoque ab ea non magis tollant indifferentiam, quàm eam in nobis tollant gratiæ efficaces, entitative indifferentes.

Neque illam tollebat ſpecialis Dei aſſiſtentia quia exercebatur per auxilia de ſe indifferentia, ſeu non efficacia intrinſece.

Neque etiam iſti indifferentiæ ulla ratione obfuit divinum præceptum; quippe quod ad actus Chriſti

Nec ipſum præceptum quia tantum extrinſece movebat.

non aliter concurrit, quàm ad actus cæterorum hominum, nempe non eos phyſice determinando, ſed mere proponendo divinam voluntatem, utpote ſitam in extrinſeca intimatione voluntatis divinæ.

Confir. ex efficaci prædefinitione Dei, quæ, ut p. 1. n. 170 & ſeq oſtenſum eſt, actuum libertati nihil nocet, etſi cum illis eam habeat connexionem, ut nulla virtute poſſit componi cum eorum negatione.

335 Secunda pars quæ eſt pauciorum, magis dubia, quò nempe etiam viſio beatifica, ut amor eam conſequens, Chriſto non abſtulerit indifferentiam ad utrumlibet, ſufficientem ad libertatem actuum præceptorum, prob. quia viſio beata potuit Chriſto viatori ſimul & comprehenſori ita conferri, ut tam ipſa, quàm amor appretiative ſummus conſequens, eſſet natura poſterior actibus amoris, obedientiæ aliarumque virtutum, per quos, ex directione ſcientiæ infuſæ elicitos, Chriſtus acceptavit & implevit præcepta ſibi impoſita ut ex dictis p. 1. num. 382. & parte 2. n. 11. atqui viſio natura poſterior nulla ratione poteſt impedire indifferentiam voluntatis ad actus ſe natura priores, cum poſterius nihil poſſit in prius: ergo potuit ita conferri, ut nullo modo obfuerit, nec obeſſe potuerit libertati actuum Chriſto præceptorum: ergo, cùm conſtet Chriſtum in eliciendis actibus ſibi præceptis fuiſſe liberrimum, dicendum eſt de facto viſionem ei, quamdiu fuit in via hoc modo fuiſſe collatam; quandoquidem nulla ſit ratio ſolida id negandi; eo autem admiſſo, facillime intelligatur (quod omnes tueri debent) ſtatum beatificum nihil offeciſſe ejus libertati.

Potuit viſio eſſe natura poſterior actibus Chriſto præceptis hoc autem admiſſo, facile intelligitur, quomodo non offecerit eorum libertati.

Quia non potuit tollere indifferentiam voluntatis ad actus naturæ ſe priores.

Confirm. 1. quia juxta Altiſſiod. Majo Mair. alioſque doctiſſimos recentiores in ſuis prælectionibus publicis, Chriſtus viſionem beatam accepit, non ſolùm titulo debiti connaturalis propter unionem, ſed etiam (uti & gloriam corporis) ex propriis meritis: ergo fuit natura poſterior actibus ejus meritoriis, ſaltem præcipuis ut ſunt actus præcepti, quibus mortem libere acceptavit ac ſubiit. 2. Quia; licet forte viſio non fuerit data ex meritis, potuit tamen ejus productio & conſervatio Chriſto viatori ita decerni,

Juxta varios viſio beatifica data etiã eſt Chriſto propter ejus merita adeoque fuit natura illis poſterior.

cerni,& reipſa conferri,ut eſſet natura poſterior acti-bus Chriſto,ut viatori, propriis: cùm ergo Chriſtus ut viator exigeret dona comprehenſoribus propria ſibi ita conferri,ut actus ſibi,ut viatori proprios non impedirent, dicendum eſt ita fuiſſe collata, ut eſſent his actibus poſteriora. 3. Ideò contra naturalem ſtatus beatifici exigentiam dilata eſt in Chriſto Corporis gloria,& cohibita vis gaudii beatifici, ne actus timoris, triſtitiæ, & ſimiles, ei ut viatori & per paſſionem reparatori convenientes,impedirentur: ergo ſimiliter viſio beatifica ita fuit collata, ut nullo modo officere poſſet libertati actuum Chriſto ut viatori convenientium, ergo &c.

Saltem id dici poteſt de conſervatione viſionis.

Aliter rem hanc explicat Mol. & alii docentes, voluntatem Chriſti potuiſſe à Deo ita corroborari, ut vim viſionis & amoris beatifici, utpote finitam, ſuperaret, atque ita præceptum impleret non neceſſariò ex inclinatione ac determinatione amoris beatifici abſolute neceſſarii, ſed libere ex ſolo impulſu alterius amoris liberi, ad quem viſio beata habeat ſe mere concomitanter. Verum iſta corroboratio eſt intellectu difficilis, imò & impoſſibilis, cùm voluntas nequeat ita corroborari,ut poſſit elicere actus virtualiter contradictorios, ſicut poſſet admiſſa tali corroboratione vi cujus Chriſti voluntas per amorem beatificum neceſſariò efficaciter volens, ſaltem virtualiter & confuſe, actum præceptum requiſitum ad non diſplicendum Deo, ſimul poſſet eumdem actum nolle, aut ſaltem libere omittere.

Iuxta Molinam voluntas Chriſti potuit ſic corroborari ut ſuperaret vim viſionis & amoris beatifici.

Hæc tamen corroboratio videtur impoſſibilis.

336 Fuit in Chriſto neceſſitas ponendi actum præceptum ex ſuppoſitione unionis,nullo modo exiſtentis in poteſtate Chriſti, & natura prioris quolibet ejus actu, cum qua impoſſibile eſt componi omiſſionem actus præcepti, ac proinde fuit quidem neceſſitas ex ſuppoſitione antecedente, id eſt antecedenter exiſtente;non tamen ex ſuppoſitione antecedente, id eſt, antecedenter determinante phyſice, ſeu ita influente ac movente, ut vi illius, & non ex intrinſeca determinatione voluntatis antecedenter indifferentis actus ponatur:cùm ex dictis n. 332. & 333. unio non influat per ſe, ſed ſolum per media de ſe indifferentia

Neceſſitas ponendi actum præceptum ex ſuppoſitione unionis non fuit ex ſuppoſitione antecedenter.

determinante quæ ſola officit libertati.

ad utrumlibet: jam verò libertati officit ſola neceſſitas ex ſuppoſitione hoc poſteriori modo antecedente, non illo priori. Si enim conditio antecedens, quantumvis præſupponatur actui, & cum eo neceſſariam habeat connexionem, ſe ipſa immediate non influat, ſed ſolùm mediante aliquo, natura ſua indifferenti, & ſubjecto voluntatis dominio, nulla ratione mutat connaturalem modum operandi ex propria determinatione, ut clarum videtur in caſu quo Chriſtus ignoraſſet ſuam unionem hypoſtaticam.

Declaratur exemplo neceſſitatem or tam ex unione non officere libertati.

Quod pulcherrime declarat Conin. hoc exemplo: ſi Deus mitteret Angelum ad tibi ſuadendum iter Romanum, eique ſimul efficaciter imperaret, ut, ſi illius ſuaſioni pro tua libertate non obtemperares, ipſe vi ad eundum Romam, idque volendum te neceſſitaret, hoc imperium Angelo datum eſſet conditio antecedens, nullo modo in tua poteſtate, cum quo non ſtaret non ire Romam, & tamen ſuaſioni Angelicæ libere obtemperans, proculdubie libere ires Romam, quia ires ex propria tuæ voluntatis determinatione.

Vnio ut connotans præceptum qua rationis habet neceſſariam connexionem cum actu præcepto ſolùm eſt ſuppoſitio antecedens ſecundùm quid, ac proinde non tollit libertatem.

337. Neceſſitas ponendi actum præceptum, quam hic agnoſcimus in Chriſto, non fuit ex ſuppoſitione unionis ſecundùm ſe præciſe: ſic enim unio nullam habet connexionem cum actu impletivo præcepti, nec ullam incompoſſibilitatem cum ejus negatione: ſed ex ſuppoſitione unionis ut connotantis præceptum ſibi adjunctum, qua ratione non eſt ſimpliciter antecedens, ſed conſequens impletionem præcepti, in ſtatu conditionato præviſum priùs ratione quam decerneretur impoſitio præcepti: cùm Deus illud non impoſuerit, nec decreverit, niſi ex directione ſcientiæ, qua priùs natura ſciebat quomodo in his circumſtantiis per auxilia indifferentia eſſet infallibiliter & ſimul libere implendum. Vnde, licet unio ſecundùm ſe ſit prior actu impletivo præcepti, tamen ut connexa cum præcepto, & ut ejus impletionem infallibiliter inferens per auxilia eo fine conceſſa non eſt conditio abſolute antecedens, ſed conſequens liberam voluntatis determinationem, in ſtatu conditionato præviſam; ac proinde neceſſitas inde

inde orta, eſt ſolum ex ſuppoſitione antecedente ſecundùm quid, ſeu in ſtatu abſoluto, non verò in ſtatu conditionato, in quo eſt conſequens; quod ſufficit ut ſit indirecte in poteſtate voluntatis naturæ aſſumptæ, adeoque nullo modo noceat libertati, ſicut ob eamdem rationem ei non nocet prædefinitio à nobis admiſſa, p 1. n. 170.

Adde ipſam quoque unionem potuiſſe eodem modo eſſe poſteriorem impletione præcepti in ſtatu conditionato præviſa ut ab hac natura cum his auxilijs exercenda, quamvis non foret aſſumpta.

Potentia proxima ſufficiens ad libertatem non ſufficit ad abſolutam peccabilitatem. Vnde non poteſt inde inferri quod Chriſtus fuerit peccabilis.

338 Quamvis hic admittamus ad libertatem ſufficere indifferentiam, ſeu potentiam ad utrumlibet proximam & expeditam præcisè quantum eſt ex parte principiorum proxime influentium in voluntatis determinationem: inde tamen non ſequitur eamdem potentiam ſufficere ad peccabilitatem ſimpliciter ut patet ex dictis ſup. n. 272. Quibus addi poteſt ex Suar. Chriſtum non fuiſſe impeccabilem ex vi modi intrinſeci & proprii, operandi ſuæ voluntatis, ſed ſolùm ex conditione perſonæ & modo, quo ejus voluntas à Deo regebatur; quod ſufficit ut Chriſtus ſimpliciter dicatur non poſſe peccare; cùm enim Chriſtus ſimpliciter dictus includat illam perſonam, & regimen divinum, ei connaturaliter debitum ratione quorum, illi abſolute repugnat omne peccatum, ſimpliciter dici debet non poſſe peccare; quia nempe in hoc nomine Chriſtus, intelligitur ſenſus compoſitus ex iis quibus abſolute repugnat peccatum.

Probabile eſt Deum præbere concurſum ad actus intrinſece malos ut libere poſſit eos omittere

Supra quidem n. 325. diximus probabili variorum ſententia, non videri poſſe Deum Chriſto præbere concurſum ad actus intrinſece malos: oppoſitum tamen eſt etiam valde probabile, & hic admitti poteſt ad ampliandam Chriſti libertatem. Prob. 1. quia iſti actus ſunt ſimpliciter poſſibiles humanitati aſſumptæ ſecundùm ſe, & ut aſſumpta retinet potentiam proximam ad iſtos actus, quantum eſt ex parte principiorum proxime influẽtium in liberam voluntatis ejus determinationem: undę concurſus, ad tales actus indifferens, eſt ipſi humanitati, ſpectatæ ſecundum

ſe,

ſe, connaturalis, & utilis ad hoc ut Chriſtus actus per ſe malos liberè omittat.

Explicatur quomodo Deus exhibere poſſit ipſum concurſum.

339. Neque ad exhibitionem talis concurſus opus eſt, ut Deus habeat hanc voluntatem. *Volo cum Chriſto concurrere ad actum per ſe malum, v. g. ad mendacium, ſi velit*; qui actus videtur indecens & conſequenter Deo repugnans, ſed ſolùm hunc; *Volo exhibere Chriſto meam potentiam indifferenter ad omnes actus, ejus natura poſſibiles ſic ut non à meo concurſu, ſed à ſe ipſo liberè determinetur*: qui actus ſtat cum voluntate efficaci non permittendi ut Chriſtus ullum actum malum eliciat, ut patet à ſimili de prædefinitione p. 1. n. 169. & ſqq. nec ullam involvit indecentiam.

Quod ſi tamen hoc non placeat, reſtringenda erit Chriſti libertas juxta ſuperius dicta n. 325. & hæc concluſio ſolùm intelligenda de libertate contradictionis ad actum & ejus omiſſionem, ad quam non requiritur, ut Chriſtus habuerit concurſum ad actum malum v. g. ad hunc; *Nolo acceptare, nec ſervare præceptum*, ſed ſolum concurſum ex ſe non determinantem ad ipſam acceptationem.

Certiſſima Chriſti præſcientia actuum ab ipſa eliciendorum non obfuit eorum libertati; cùm fuerit iis natura poſterior.

340. Libertas Chriſti ſtetit illæſa & omninò expedita cum certa ejus præſcientia omnium actuum a ſe ponendorum: 1. quia, hæc Chriſti præſcientia erat natura poſterior ejus actibus cum omnibus eorum circumſtantiis, quandoquidem ideò præſciren tur à Chriſto ut futuri cum libertate & aliis circumſtantiis, quia de facto erant ſic futuri; non contrà; ergo non potuit officere eorum libertati, ſeu immutare modum, quo certo prævisi erant ponendi: alioqui enim iſta præſcientia deſtruxiſſet ſeipſam deſtruendo ſuum objectum. Item iidem actus ſimul fuiſſent libere eliciti; quia ſic prævisi, & non libere; quia præviſione modi, quo erant libere ponendi everſa fuiſſet eorum libertas.

2. Quia iſta præſcientia Chriſto fuit conceſſa & pro quovis inſtanti conſervata, ut eſſet liber is ejus actibus natura poſterior, ita exigente Chriſti libertate & natura iſtius præſcientiæ: ergo eorum libertati nihil poterat officere, ut manifeſtum eſt ex p. 2. n. 11. & ſqq.

3. Quia

3. Quia in ipſo inſtanti poſitionis actuum antea præſcitorum, quo ſolo poterat impediri eorum libertas, ſcientia Chriſti non erat amplius præſcientia actus futuri, ſed intuitio præſentis eo poſterior, ergo non magis poterat eius libertatem impedire, quam poſſit cognitio qua Angelus intuetur ſuum actum eo inſtanti quo illum ponit. 4. Quia in Deo ſtat perfectiſſima libertas cum certiſſima præſcientia omnium à ſe faciendorum.

341 Quare, licet is qui ſcit unum determinate & abſolute futurum, tali tempore, modo, loco &c. non poſſit efficaciter velle ejus oppoſitum, quando ſcit illud ita futurum, non ex ſua propria determinatione: ſed independenter à ſua libertate, ex mera determinatione aliena: quando tamen illud ſcit eſſe ita futurum ex ſola determinatione libera (ut præſciebat Chriſtus ſuos actus liberos) poteſt efficaciter velle oppoſitum; imò eo ipſo neceſſariò ſcit ſe poſſe illud efficaciter velle.

Qui ſcit aliquid certè futurum independenter à ſua libertate, non poteſt efficaciter velle eius oppoſitum, ſecus ſi ut Chriſtus ſciat futurum ex ſua libera determinatione.

Vnde hujuſmodi præſcientia in Chriſto non pariebat hoc judicium: *Quidquid conor in oppoſitum, hoc faciam & non alíud*, quod tollit indifferentiam judicij, & voluntatis: ſed hoc; *Conabor hoc facere & non aliud, quamvis paſſim; & ideo hoc faciam, & non aliud licet poſſim*; quod ſtat cum indifferentia judicii & voluntatis.

Apprehendebat quidem Chriſtus oppoſitum actuum, quos ſciebat a Patre prædefinitos ſibi eſſe impoſſibile; at non impoſſibilitate antecedente, ſed ſolum conſequente libertatem non evertente, ſed ejus uſum ita ſupponente ut iſta impoſſibilitas eſſet indirectè in ejus poteſtate, modo explicato in ſimili p.1. de præſcientia Dei n.113. & de prædefinitione. n.171.

Neque his obſtat experientia, qua experimur, dum aliquid ſcimus certò futurum, nos non poſſe deliberare, aut efficaciter conari in oppoſitum: id enim in nobis oritur ex eo quod noſtra præſcientia ordinarie fundetur in cauſis & conditionibus antecedentibus, adeoque ſoleat eſſe natura prior rei futuritione, & Deum per modum cauſæ partialis aliquid conferre. At verò in Chriſto fundetur in futura

Præſcientia fundata in cauſis aut conditionibus antecedentibus impedit deliberationem

non ea quæ fundatur tantum in futura rei exiſtentia.

tura rei exiſtentia, ac proinde ſit neceſſariò natura poſterior rei futuritione ſicut eſſet in puro homine, cui ſui actus futuri eſſent revelati.

§. II.

Meritum Chriſti.

Actiones Chriſti habuerunt omnes conditiones ad meritum requiſitas.

342. FIde certum eſt Chriſtum vere & proprie fuiſſe meritum, ex Script. mox citandis poteſtque probari ratione: quia ejus opera habuerunt omnes conditiones requiſitas ad meritum etiam de condigno; cum fuerint honeſta, libera, proportionata præmio, facta à juſto, & à Deo acceptata cum promiſſione præmii ut ſignificatur Iſa. 53. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longævum.*

Chriſtus meruit à primo inſtanti ſuæ conceptionis uſque ad ultimum inſtans vitæ ſuæ.

343 Meruit autem à 1. inſtanti ſuæ conceptionis uſque ad finem vitæ. Eſt S. Th. q. 34. a. 3. & aliorum communiſſima contra Albert. Alenſ. Bonav. negantes Chriſtum 1. inſtanti ſui eſſe meritum fuiſſe, aut mereri potuiſſe, eo quod in cauſis liberis prius ſit eſſe quam operari. Item contra Dur. tenentem ut probabile, Chriſtum nec 1. inſtanti ſuæ conceptionis, nec toto tempore infantiæ, meritum fuiſſe defectu uſus rationis, propter indiſpoſitionem organorum, ſimilem ei quæ eſt in aliis infantibus. Sed hoc Durandi fundamentum omnino rejiciendum eſt, ut temerarium & Chriſto injurioſum contrariumque communi SS. PP. ac fidelium ſenſui.

Prob. 1. Ex Apoſt. ad Heb. 10. v. 5. ubi de Chriſto dicitur; *Ideo ingrediens mundum dicit hoſtiam & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi: tunc dixi, ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me, ut faciam Deus voluntatem tuam:* ergo juxta Apoſtolum ingrediens mundum, hoc eſt primo inſtanti ſuæ conceptionis, ut paſſim exponunt interpretes, obtulit ſe Patri æterno, ut morte ſua impleret voluntatem ejus de redemptione generis humani, hæc autem oblatio utique fuit meritoria.

Prob. 2. Ratione, quia Chriſtus ab initio conceptionis ſuæ uſque ad finem vitæ beneficio ſcientiæ inſuſæ

fuſæ habuit rationis uſum independentem à phantaſmatibus, adeoque nullo unquam ſenſuum impedimento interruptam: ergo potuit ſine ulla intermiſſione varios virtutum actus elicere. Re ipſa autem illos elicuiſſe perſuadet ejus dignitas ac ſanctitas, præſertim cum eſſent ei facillimi.

Habuit uſum rationis independentem à phantaſmatibus ideoque nunquam interruptum ullo ſenſuum impedimento.

344 Dices 1. prius eſt eſſe quam operari: ergo non eſt meritus 1. inſtanti R. diſt. ant. prius natura C. tempore N. unde potuit eodem inſtanti reali incipere eſſe & operari libere, adeoque mereri. Nec refert quod ordinarie tribuatur generanti, id quod habetur 1. inſtanti generationis, quia id tantum verum eſt de eo quod habetur vi ipſius generationis.

Dices 2. Si Chriſtus fuiſſet meritus 1. inſtanti vitæ ſuæ nihil poſtea potuiſſet mereri, quia meritum primi iſtius inſtantis fuiſſet infiniti valoris, adeoque per illud meritus fuiſſet quodlibet præmium R. 1. hoc argumento nimium probari: probatur enim Chriſtum non fuiſſe meritum niſi ultimo vitæ inſtanti ut conſideranti patebit, 2. Merita Chriſti non fuiſſe ſingula ſeorſim acceptata ad præmium, ſed omnia ſimul ut morte conſummata.

345 Poſt mortem tamen non meruit amplius. Eſt D.Th.& aliorum ita communis & certa, ut, inquit Suar. ſine temeritate in dubium revocari non poſſit: ratio eſt, quia non erat amplius in ſtatu viatoris, de lege ordinaria requiſito ad meritum, qua lege ſe non fuiſſe exemptum indicat ipſe Chriſtus Ioan. 9. his verbis: *Me oportet operari opera ejus, qui miſit me, donec dies eſt; venit nox, quando nemo poteſt operari*. Vbi per diem Chryſoſt. Hieronymus & alii intelligunt tempus vitæ, per noctem verò tempus mortis.

Non meruit poſt mortem nec per mortem in facto eſſe, ſed per mortem in fieri.

Dices 1. Chriſtus etiamnum in cœlo orat pro nobis juxta illud Apoſtol. ad Rom. 8. v.39. *Qui eſt ad dexteram Dei qui etiam interpellat pro nobis*: atqui orando meretur, ut nobis detur quod poſtulat: ergo &c. R. dato quod Chriſtus vere & proprie oret pro nobis in cœlo, quod infra examinabitur; nihil tamen oratione ſua de novo mereri; ſed tantum per eam poſtulare & obtinere, quod ante meritus eſt.

Chriſtus orando pro nobis nihil de novo meretur.

Dices

Mors in facto eſſe apertio lateris &c. tantum dici poſſunt meritoria denominative ab actu quo accepta ta ſunt.

Dices 2. varii Patres apud Suarem & alios dicunt ex latere Chriſti poſt mortem aperto fluxiſſe Eccleſiæ Sacramenta præſertim Baptiſmi & Euchariſtiæ: atqui non fluxerunt realiter ſed meritorie: ergo &c. R. PP. iſtos ſolum velle hæc duo Sacramenta fluxiſſe figurative e latere Chriſti, in quantum ſcilicet ex eo fluxit aqua quæ eſt materia Baptiſmi, & ſanguis qui continetur in Euchariſtia. Adde dici poſſe apertionem lateris fuiſſe meritoriam denominative ab actu quo Chriſtus adhuc vivens illam acceptavit.

Dices 3. Chriſtus meritus eſt redemptionem noſtram morte ſua: atqui tantum habetur mors vita jam finita, ergo &c. R. Chriſtum meritum redemptionem noſtram morte ſua ſpectata in fieri, non in facto eſſe. Ita S.Th. p.3.q.50.a.9. in O. Dici etiam poteſt mors ejus in facto eſſe meritoria denominative ab actu voluntatis quo prius acceptata eſt.

Chriſtus non meruit per actum divinæ, voluntatis nec amorem beatificum, ut terminatur ad Deum.

346 Chriſtus nullo modo meruit per actum divinæ voluntatis: quia cum ratio meriti dicat quamdam imperfectionem & ſubjectionem ad præmiantem, divina autem Chriſti voluntas nullam habeat ſuperiorem, à qua dependeat in habendo aliquo bono, non eſt capax meriti.

Neque meruit per amorem beatificum, ſaltem ut terminatum ad Deum. Eſt communis contra Altiſſiod. Gabr. & paucos alios, 1. quia iſte actus eſt omnino neceſſarius: ad meritum autem requiritur libertas, 2. Qua ratio meriti propria actibus viatoris qua talis non videtur poſſe, ſaltem connaturaliter, competere actibus comprehenſoris.

Vt terminatus ad proximum, & bona Deo extrinſeca potuit eſſe meritorius.

Dixi *ſaltem ut terminatum ad Deum*: quia probabile eſt, quod docent Lugo & alii, poſſe amorem beatificum eſſe liberum, hoc ſenſu, quod poſſit beatus pro ſuo arbitrio hunc actum non ſe extendentem ad proximum & bona extrinſeca Dei mutare in alium, qui ſe ad illa extendat, & quidem ad plura vel pauciora pro ejus libitu: quo admiſſo, conſequenter dicendum eſt, amorem beatificum fuiſſe ea ratione Chriſto liberum, ac proinde potuiſſe eſſe meritorium magis aut minus pro ratione exceſſus

iſtius

iſtius extenſionis ad proximum & alia bona Deo extrinſeca.

347 Meruit tamen per alium Dei amorem ſibi liberum, tum naturalem directum à naturali Dei cognitione, tum ſupernaturalem inferiorem beatifico, directum à ſcientia infuſa. Ita Cajet. Suar. Valent. Tan. quibus favet S. Th. q. 19. a. 3 ad 1. & q. 29. de verit. a. 6. contra Vaſq. Lorc. Præpoſ. & alios. Prob. quia cognitio abſtractiva Dei ex ſua ſpeciali ratione ita impellit ad amorem ſibi proportionatum, ut quantum eſt de ſe, ad eum non neceſſitet; ac proinde tribuit actui diverſitatem in modo tendendi ſufficientem, ut non ſit incompoſſibilis cum amore beatifico ob ſimilitudinem.

Meritus eſt per amorem Dei tum naturalem, tum ſupernaturalem inferiorem beatifico.

Meruit quoque per actus virtutum moralium, etiam naturalium: imò generaliter per omnes actus liberos ſuæ voluntatis: quia omnes erant honeſti & proportionati cuilibet præmio ſupernaturali, omnes enim etiam naturales morali æſtimatione ex infinita dignitate Chriſti operantis contrahebant infinitum quemdam valorem in ordine ad præmium. Item per actus omnium potentiarum, prout cum internis actibus voluntatis conflabant unum in genere moris; imò dici etiam poteſt meritus per actus potentiæ ſenſitivæ & vegetativæ; quia actus iſti in Chriſto ſuberant ejus voluntati: quatenus igitur erant ab eo permiſſi ob fines honeſtos, dici poſſunt accepiſſe honeſtatem aliquam moralem meritoriam.

Et per omnes actus liberos ſuæ voluntatis.

348 Potuit Chriſtus de potentia abſoluta mereri gloriam eſſentialem, etiam ut 1. inſtanti conceptionis habitam: in eo enim nulla apparet repugnantia ut manifeſtum eſt ex dictis p. 1. de Angelis n. 381. An de facto eam meruit, minus certum eſt.

Potuit Chriſtus ſibi mereri viſionem, licet communius doceant TT. de facto eam ſibi non meruiſſe.

Negant S. Th. Bonav. Scot. Suar. & alii communius: quia, cum ratione unionis Chriſto deberetur tamquam proprietas connaturalis, connaturaliter debuit eſſe prior quolibet ejus actu libero ac meritorio, cum neceſſaria, & naturaliter debita in quolibet ſuppoſito, ſint priora liberis.

Affirmant Altiſſiod. Albert. Rubio. Baſſol. Mayr. & varii recentiores, quibus etiam favet S. Th. 3. p.

q. 34.

Affirmant varij probabiliter Christo de facto meritum visionem beatificam.

q.34.a.3 ubi docet Christum 1. instanti ſuæ conceptionis per proprium motum liberi arbitrii fuiſſe ſanctificatum, ſcilicet ſanctificatione per viſionem & gratiam habitualem, non per unionem hypoſtaticam, quam docet q. 2.a 11. Chriſtum non potuiſſe ſibi mereri. Probari poteſt 1.ex Script.Iſa.53.ubi ut interpretatur S Vigilius l 5 contra Eutychetem, de Chriſto dicitur; *Pro eo quod laboravit, vidébit, & ſaturabitur*, ſcilicet viſione Dei, juxta illud Pſ.16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua*. 2. Ratione: quia, quod quis poteſt mereri, melius eſt habere ex merito quam ſine merito; hoc enim eſt habenti glorioſius: atqui Chriſtus habere potuit gloriam eſſentialem ex merito: ergo &c.

349 Ob hæc argumenta, *Hæc ſententia*, inquit Suar. *eſt ſine dubio probabilis*: unde cum ex dictis ſupra n.334 multum juvet ad facilius explicandam ac tuendam fidei veritatem de Chriſti libertate, alteri, quamvis ſpectata DD. authoritate probabiliori, præferri poteſt tamquam commodior; & attenta ſola ratione verior.

Item dicendum de gratia habituali, & habitibus ſupernaturalibus eam concomitantibus, quod nempe Chriſtus eam meruerit, ſi gloriam eſſentialem ſibi meruerit; ſecus ſi, ut communiùs docens TT. hanc non meruit: quia cum gratia ſit radix & ſemen gloriæ, debet cum virtutibus ipſam concomitantibus per modum proprietatum eſſe prior gloria, & conſequenter quovis Chriſti merito, ſi hæc omni Chriſti meritum præceſſerit.

Chriſtus ſibi meruit ſui corporis gloriam.

350 Chriſtus meruit gloriam ſui corporis, nominis exaltationem, & alia bona extrinſeca, quæ accepit poſt ſuam paſſionem. Eſt S. Th. Scot. & aliorum communius & certa, contra Calv. imò juxta Præpoſ.de fide, quod tamen alii negant.

Idque ſuadent Scripturæ & ratio.

Prob. ex Script. Ioan. 17. *Opus conſummavi &c. nunc clarifica me &c.* Apoc. 5. *Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt &c.* & ad Philip. 2. *Humiliavit ſemetipſum propter quod & Deus exaltavit illum*, ubi ly *propter quod*. Non denotat nudam conſecutionem effectus, ut vult Calvin ſed, juxta proprietatem ſuam

(cum

(cum abſque abſurdo, ſic poſſit & conſequenter, juxta regulam Aug. ſic debeat intelligi)veram cauſalitatem ſignificat. Vnde Chriſtus gloriam corporis ſui accepit duplici titulo, nempe debiti connaturalis, & meriti, qui tituli inter ſe non pugnant. 2. Ratione S. Th. hic a. 3. quia nobilius eſt accipere aliquid ex merito, quam ſine ullo, niſi quid obſtet. Nihil autem obſtat quo minus Chriſtus gloriam corporis & exaltationem nominis acciperet ex merito.

351 Dices 1: Chriſtus non venit propter ſe, ſed propter nos juxta illud Iſaiæ 9. *Parvulus natus eſt nobis*. Et Zach. 9. *Ecce Rex tuus veniet tibi & ſalvator*: ergo omnia merita ſua non pro ſe,ſed pro nobis obtulit. R. ex locis citatis & ſimilibus non plus haberi quam Chriſtum veniſſe propter nos ut principale motivum, quo ceſſante non veniſſet. Cum quo ſtat quod ſibi etiam aliquod meruerit.

Non obſtat quod propria non propter nos venerit: quia ad hoc ſatis eſt quod propter nos principaliter venerit.

Dices 2. Concil. Epheſ. can. 10. dicit anathema aſſerentibus Chriſtum obtuliſſe ſeipſum oblationem pro ſe. R. ibi tantum damnari illos qui dicebant Chriſtum obtuliſſe ſeipſum pro expiandis propriis peccatis; ut patet ex eo quod ibid. pro ratione adferatur quod Chriſtus oblatione non eguerit quia peccatum non fecit.

Dices 3. nec poteſt dici Chriſtus pro ſe mortuus: atqui ſi ſibi fuiſſet meritus morte ſua poſſet dici pro ſe mortuus: ergo &c. R. N. mi. quia hac locutione ſignificaretur quod eſſet mortuus pro peccatis propriis. Vel certe quod mortem eſſet paſſus pro ſe ex primaria intentione. Vtrumque autem falſum eſt.

352 Dices 4. Gloria corporis & nominis exaltatio debita erant Chriſto ratione unionis hypoſtaticæ: ergo &c. R. potuiſſe dari duplici titulo nempe debiti connaturalis & meriti. Hi enim duo tituli nec pugnant inter ſe, poſito quod iſta duo non fuerint data ab initio, ſed dilata donec merita fuiſſent morte conſummata, tunc enim reperitur debita prioritas inter meritum & præmium. Aliud eſt de gloria animæ & gratia habituali aliiſque donis eam conſequentibus quia hæc data ſunt ſtatim ab initio.

353 Probabilius eſt Chriſtum non meruiſſe An-

Angelis non meruit gratiam & gloriam.

gelis ullum gradum gratiæ & gloriæ eſſentialis, ſed ſolum quaſdam illuſtrationes, & gaudia aliaque dona accidentalia. Ita S.Thom.p.3.q.59.ar.6 O. & in 3. diſt.13. q 2. art.2. & cum eo Thomiſtæ communiter, Vaſq. Merat. VVading. VVigg. Præpoſ. contra Scotiſtas & omnes qui tenent Chriſtum vi præſentis decreti venturum fuiſſe, etiam Adam non peccante. Quibus ex negantibus accedunt Valent. Tann. Cornel. & ex parte Lug. docens Chriſtum Angelis meruiſſe donum perſeverantiæ, aut ſaltem aliquod augmentum gratiæ.

Prob. 1. ex Apoſt. ad Hebr. 2. 11. Vbi dicit: *Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificatur, ex uno omnes*, id eſt ex uno patre, vel ex una & eadem natura: 2. ratione: quia gratia, & conſequenter gloria decreta eſt Angelis ante præviſam Incarnationem, ergo non ex meritis Chriſti. Antec. patet ex dictis ſupra n.77. & ſeqq. ubi probatum eſt Incarnationem fuiſſe decretam poſt præviſum Adæ peccatum, quod cum ſit poſterius peccato Angelorum, & peccatum Angelorum poſterius eorum ſanctificatione, evidens eſt Angelis decretam fuiſſe gratiam, & conſequenter perſeverantibus gloriam, priùs quam Incarnatio & Chriſti merita eſſent in divina præſcientia.

Confirmatur: quia Chriſtus (ut docet Auguſt. Ench. 61. & fatentur adverſarii) non eſt mortuus pro Angelis, atqui ſolùm iis meruit pro quibus mortuus eſt, cum ejus merita non moverint Deum, niſi ut morte conſummata.

354. Obiicies varia ſcripturę loca quibus videtur contrarium ſignificari 1. enim Ioan.14. v.6. ait Chriſtus: *Nemo venit ad Patrem niſi per me*, 2 ad Epheſ. 1. v.10. Apoſtolus dicit *Deum omnia inſtauraſſe in Chriſto quæ in Cœlis & in terra ſunt*. & ad Eccleſ. 1. v. 20. ait *Complacuiſſe Deo per Chriſtum reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis ejus, ſive quæ in terris, ſive quæ in Cœlis ſunt*. 3. Apoc. 12. de Michaele & aliis Angelis cum dracone pugnantibus dicitur: *Et ipſi vicerunt propter ſanguinem Agni*, quibus verbis aperte ſignificatur bonos Angelos auxilium accepiſſe ex meritis Chriſti quo malos vincerent.

Ad

Ad 1. R. ibi agi de ſolis hominibus ; ut ſatis patet ex textu. Ad 2. R 1. loco pro ly inſtaurare haberi græce recapitulare, & ſeorſum eſſe quod Deus homines in terra & angelos in cœlis in unum collegerit, eoſque unum & idem caput dederit videlicet Chriſtum. Poteſt etiam retendo ly inſtaurare id commode exponi de ruina Angelorum in cœlis inſtaurata per electos, qui loca rebellium Angelorum occupaturi ſunt, & reparatione hominum in terris facta per redemptionem generis humani, ſecundi autem loci ex Apoſtolo citati ſenſus eſt omnia per Chriſtum reconciliata eſſe, & quæ in terris & quæ in cœlis ſunt, eo quod homines & Angeli, qui per peccatum diviſi erant reconciliati ſunt inter ſe, & in Chriſto ut communi capite moraliter uniti. Ad 3. R. ibi non agi de primo prælio Michaelis cum Angelis rebellibus adhuc viatoribus ſed de prælio ejus contra dæmones perſequentes Eccleſiam Chriſti. Et qui ibidem dicuntur viciſſe non ſunt Angeli, ſed homines fideles, ut patet ex textu.

Inſtauravit tamen omnia in cœlo; quia reparavit ruinam malorum Angelorum per SS. homines, qui bonos Angelos reunivit.

355. Objicies 2. Varios patres qui videntur eſſe in contraria ſententia. 1. enim Hieronymus ſcribens in 2. caput ad Epheſ. Ait crucem Chriſti etiam quæ in cœlo erant perhiberi purgaſſe. 2. Greg. in cap. 2. l. 1. Reg. dicit extra Deum neminem eſſe ſanctum niſi in Chriſto. 3. Cyrillus in cap 34 Iſa. aſſerit omnem ſanctificationem ſpiritualem etiam in Angelis eſſe per Chriſtum. 4. Bernardus Serm. 1. de Circumciſ. ait: *Idem quippe & Angeli Salvator & hominis, ſed hominis ab Incarnatione, Angeli ab initio creaturæ.*

Varii Patres qui videntur eſſe in contraria ſententia explicandi ſunt de Chriſto ut Deo.

R. Patres tribuentes Chriſto ſanctificationem Angelorum intelligendos eſſe de Chriſto ut Deo ; ut colligi poteſt ex aliis illorum verbis apud Vaſq. & alios. Et ita ſe clare explicat Bernardus loco cit. his verbis: *Idem Salvator & Angeli & hominis : ſed hominis ab Incarnatione: Angeli ab initio creaturæ.* Quod ſpectat ad Hieron. non poſſunt verba ejus prout ſonant, admitti : conſtat enim Angelos qui in cœlo ſunt numquam fuiſſe à peccato purgatos, cum numquam peccaverint, dicendum igitur ipſum non loqui illic ex propria ſententia, ut ſatis indicat ly perhi-

beri, ſed Origenis, qui dicebat Chriſtum veniſſe, & mortuum eſſe pro redemptione non tantum hominum, ſed etiam angelorum, quod tamen certo falſum eſt.

Ob. 3. ſecundum aliquos Angeli viatores habuerunt fidem Chriſti venturi, ergo acceperunt gratiam per fidem Chriſti. R. 1. contrarium videri probabilius. 2. Hoc etiam dato illos accepiſſe gratiam per fidem Chriſti ut objecti crediti, non ut cauſæ meritoriæ gratiæ ipſis collatæ ad credendum. Hinc Chriſtus non eſt caput Angelorum ſicut hominum, per influxum gratiæ & gloriæ, ſed per gubernationem, illuſtrationes, gaudia accidentalia, & alios ejuſmodi influxus in Angelos tamquam in membra communitatis electorum ſibi ſubjecta.

Hominibus meruit gratiam & gloriam.

356 Chriſtus hominibus meruit gratiam ſanctificantem cum omnibus ſuis effectibus formalibus, v. g. remiſſione mortalium, adoptione, hæreditate Item omnia dona juſtificationem conſequentia, ut gratias actuales, bona opera. remiſſionem venialium, donum perſeverantiæ, & ipſam gloriam.

Vtrumque eſt de fide: primum ex Apoſt. ad Rom. 3. *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius per redemptionem, quæ eſt in Chriſto:* quibus verbis ſignificatur, noſtram juſtificationem eſſe gratuitam reſpectu noſtri, & remuneratoriam reſpectu Chriſti. Secundum ex eodem ad Epheſ. 1. *Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto.* Denique utrumque ex Trid. ſeſſ. 6. cap. 16.

357 Iiſdem meruit omnes, etiam remotas, diſpoſitiones ad gratiam ſanctificantem. Eſt communis & certa contra Capreol. Adam. & paucos alios Colligitur ex D. Th. q. 7. a 9. & præſertim q. 8. a. 3. ad 2. Vbi ait, actum credendi in peccatoribus eſſe ex meritis Chriſti Prob. 1. ex Scrip. ad Epheſ. 1. 3. 2. ad Tim. 1. 9 & Ioan. 15. *Sine me nihil poteſtis facere*, nempe quod conducat ad ſalutem, ut cum PP. explicat Trid. ſeſſ. 6. c. 5. & 6. 2. Ratione: quia Chriſtus meruit nobis reſtitutionem omnium, quæ per peccatum originale amiſeramus.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

Mors Chriſti pro omnibus.

358 CHriſtus mortuus eſt pro omnibus, non ſolùm ut volunt varii hæretici hoc ſenſu, quod ſubierit mortem de ſe ſufficientem, pro omnibus, id eſt habentem, antecedenter ad Chriſti oblationem & Patris acceptationem, in actu 1. vim meritoriam & ſatisfactoriam ſufficientem pro omnibus redimendis, ac æternum ſalvandis, qua ratione Chriſtus dici poteſt etiam mortuus pro dæmonibus & omnibus damnatis inferno eripiendis; item pro omnibus Angelis & hominibus etiam mere poſſibilibus.

Chriſtus mortem ſuam voluntate ſeria, licet ſolum inefficaci, Patri obtulit pro omnium etiam reproborum ſalute æterna.

359 Sed hoc ſenſu longe alio, & inter hæreticos & Catholicos controverſo; quòd nempe Chriſtus mortem ſuam pro omnibus omninò hominibus, conſideratis antecedenter ad intellectam cujuſquam reprobationem, ita Patri obtulerit, ut omnibus prodeſſe voluerit nec ſolùm ad temporariam juſtificationem aliaque dona ordinis ſupernaturalis, aut ad reſurrectionem corporum, & ſimilia, ſed etiam ad ſalutem æternam: voluerit, inquam, voluntate ſeria quidem ac ſincera ex parte ejus, dependente tamen à generalis providentiæ Dei legibus, ac ſupponente relictam hominibus libertatem, adeoque, non efficaci & abſoluta; ſed inefficaci & conditionata, qualiter etiam à Patre Filium ſemper audiente, juxta illud Ioan. 11. *Ego ſciebam quia ſemper me audit*; fuit acceptata.

360 Eſt de fide contra Luth. Calv. alioſque hæreticos; Item contra Ianſ. tom. 1. l. 2. c. 21. col. 326. ubi habet; *Nec enim juxta doctrinam antiquorum pro omnibus omninò Chriſtus, paſſus, aut mortuus eſt, aut pro omnibus omninò tam generaliter ſanguinem fudit, cùm hoc potiùs, tamquam errorem à fide Catholica abhorrentem, doceant eſſe reſpuendum*. Et ibidem col. 387. *Proderit igitur illi neceſſariò Chriſti Sanguis, & mors, pro quo ſanguinem illum fuderit, & mor-*

Quod diſertè negat Ianſenius cum variis hæreticis, à quibus tamen in eo errore differt.

mortuus fuerit : & cui nullo modo prodeſt , pro illo nec ſanguinem fudit nec mortuus fuit , & col 309. ſic loquitur *Chriſtus , pro infidelium in infidelitate morientium , aut juſtorum non perſeverantium æterna ſalute mortuus non eſt , nec ſanguinem fudit , nec ſeipſum redemptorem dedit , nec Patrem oravit : imò non magis pro æterna liberatione ipſorum quàm pro Diaboli deprecatus eſt.*

In hoc tamen errore differunt Ianſenius, ejuſque ſequaces à Luthero & Calv. quod hi negent temporariam juſtificationem, aliaque dona ordinis ſupernaturalis tranſeuntia ullis reprobis conferri : illi verò ultrò admittant hujuſmodi beneficia multis reprobis dari, idque ex meritis Chriſti, & conſequenter eatenus concedant (quod negant hæretici) Chriſtum pro aliquibus reprobis eſſe mortuum, licet non pro æterna eorum ſalute.

Hæc veritas ſequitur ex eo quod Deus velit omnes ſalvari.

361. Hæc veritas in primis manifeſte ſequitur ex eo quod Deus (ut oſtenſum eſt p. 1. nu. 159.) *vult omnes homines ſalvos fieri*, 1. ad Timot. 2. Cum enim Deus ut fatentur adverſarii, non velit homines ſalvos fieri, niſi dependenter à medio ex Dei ordinatione ad ſalutem neceſſario, nempe fructu mortis Chriſti, certè ſi vult omnes ſalvos fieri, neceſſe eſt ut mors Chriſti ſit à Chriſto oblata, pro æterna ſalute omnium omninò hominum.

Et à Script. apertè traditur;

Eadem veritas directè etiam & immediate traditur ab Apoſtolo variis locis aſſerente, Chriſtum pro omnibus eſſe mortuum, ut ad Hebr. 2. *Videmus Ieſum propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum : ut gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem.* 1. ad Tim. 2. *Dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus*: ad Rom. 88. *pro nobis omnibus tradidit illum*: 1. Ioan. 2. *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris* (id eſt fidelium) *non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi*: 1. Tim. 4. *Qui eſt Salvator omnium hominum, maxime fidelium.* Quæ reſtrictio manifeſte oſtendit Chriſtum eſſe etiam Salvatorem infidelium quantum eſt ex parte ſua; licet fideles magis participent fructum redemptionis.

Id etiam manifeſte deducitur ex eo quod Apoſtolus

luſtradat poſſe eos perire pro quibus Chriſtus mortuus eſt. Si enim excipiendi eſſent aliqui, utique illi eſſent, qui futuri ſunt reprobi ſive qui perituri ſunt. Poſſe autem illos perire clariſſime docet ad Rom. 14. *Noli cibo tuo illum perdere pro quo Chriſtus mortuus eſt*, & 1. ad Cor. 8. *Peribit infirmus in tua ſcientia frater propter quem Chriſtus mortuus eſt*.

362 Idem evincitur ex eo quod Apoſtolus ad Rom 5. fructum mortis Chriſti comparet cum damno ſecuto ex Adami peccato: cum enim hoc damnum extenderit ſe ad omnes; idem conſequenter dicendum eſt de fructu mortis Chriſti ex mente Apoſtoli, cujus ſunt hæc verba: *Si enim unius delictio mors regnavit per unum: multo magis abundantiam gratiæ & donationis & juſtitiæ accipientes in vita regnabunt per unum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per unius delictum in omnes homines* (ſubintellige pertranſiit reatus) *in condemnationem. Sic per unius juſtitiam in omnes homines* (ſubintellige pertranſit redemptio quantum eſt ex parte Chriſti) *in juſtificationem vitæ*. Item ex eo quod 2. ad Cor. 3. Inferat omnes mortuos eſſe, videlicet peccato primi parentis eo quod Chriſtus pro omnibus ſit mortuus. Si inquit: *Vnus pro omnibus mortuus eſt: ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus Chriſtus mortuus eſt*. Atqui omnes vere mortui ſunt per Adami peccatum: ergo etiam vere pro omnibus mortuus eſt Chriſtus.

Quem locum ad ſenſum noſtrum intellexiſſe Auguſtinum, evidens eſt ex l. 6. contra Iulian. c. 1. ubi hæc habet: *Vnus* (*inquit Apoſt.*) *pro omnibus mortuus eſt; ergo omnes mortui ſunt, oſtendens fieri non potuiſſe, ut moreretur niſi pro mortuis* | *ex hoc enim probavit omnes mortuos eſſe, quia pro omnibus mortuus eſt unus: impingo, inculco, infercio recuſanti. . . . . Vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. Vide quia conſequens eſſe voluit ut intelligantur omnes mortui, ſi pro omnibus mortuus eſt. Quia ergo non in corpore, reſtat ut in peccato eſſe mortuos omnes, ſi pro omnibus Chriſtus mortuus; nemo neget, nemo dubitet, qui ſe non negat aut dubitat eſſe Chriſtianum*. Ibidem cap. quarto: *Apoſtolus unum dixit*

Et maxime iis locis quibus ut interpretatur Auguſt. probat omnes mortuos eſſe in Adamo, quia pro omnibus etiam pro parvulis, mortuus eſt Chriſtus.

fuiſſe, in quo omnes peccaverunt: in illo uno mortui ſunt omnes, ut moreretur alius pro omnibus: unus enim pro omnibus mortuus eſt: ergo omnes mortui ſunt, pro quibus Chriſtus mortuus eſt. Et l. 1. operis poſterioris ſeu imperfecti contra Iul. c. 65. *Vnus pro omnibus mortuus; ergo omnes mortui ſunt. Concluſio hac Apoſtoli invicta eſt, ac per hoc quia & pro parvulis mortuus eſt, profecto etiam parvuli mortui ſunt* & l. 2. c. 163. *Clamat Apoſtolus; ergo omnes mortui ſunt & pro omnibus mortuus eſt, & vos reclamatis; non ſunt mortui parvuli; clamate & quod ſequitur; ergo non pro ipſis mortuus eſt.*

Chriſtus mortuus eſt pro omnibus ſufficienter non ſolum ſenſu Ianſeniſtico, id eſt, morte de ſe ſufficienti pro ſalute omnium ſed etiam ſenſu Catholico, hoc eſt morte ſufficienter à Chriſto pro omnibus oblata.

363 Neque his Scripturis ullo modo ſatisfit, ſi cum adverſariis reſpondeatur, dici poſſe Chriſtum mortuum eſſe pro omnibus, non quidem efficaciter; ſed ſufficienter hoc ſenſu, quod mors ejus de ſe fuerit ſufficiens ad promerendam omnium ſalutem, non vero hoc ſenſu, quod fuerit à Chriſto oblata, & à Patre acceptata affectu ſerio, & quantum eſt de ſe ſufficienti pro omnium ſalute, ſive tali, ut per voluntatem Chriſti & Dei non ſtet, quo minus omnes mortis Chriſti merito ſalventur.

Primò quia manifeſte plus volunt Scripturæ à nobis citatæ, quippe quæ evidenter ſignificant Chriſtum aliter mortuum eſſe pro omnibus hominibus, quam pro dæmonibus, quod juxta iſtam explicationem falſum eſſet, ut patet ex dictis ſup. n. 357.

2 Quia iſta locutio, *mori pro aliquo*, aperte importat intentionem morientis eſſe, ut ſua mors alteri profit, id enim fatetur Ianſ. tom. 3. l. 3. c. 21. verbis infra citandis, & patet ex humano modo loquendi; ac proinde, dum Script. dicunt Chriſtum mortuum eſſe pro omnibus, ſignificant ipſum pro omnibus mortem ſuam obtuliſſe ſufficienter, modo à nobis ſup. explicato n. 357.

364 Nec magis ſatisfit alia ſimiliter (ut demonſtrat Deſchamps) ab hæreticis mutuata reſponſione, qua dicunt Ianſeniani, ly *pro omnibus* in Script. jam citat non poſſe nec debere intelligi univerſaliter pro ſingulis generum, ſed ſolum pro generibus ſingulorum, id eſt, pro nobilibus, ignobilibus, doctis, indoctis, Iudæis, Gentilibus, &c.

Contra

Digitized by Google

Contra eſt enim 1. quod juxta regulam Aug. Scriptura intelligenda ſit in ſenſu proprio & obvio, quando nihil cogit ad improprium recurrere, ac proinde propoſitiones univerſales de morte Chriſti pro omnibus in Scriptura toties inculcatæ non debeant reſtringi ſine evidenti neceſſitate, qualis hic nulla eſt 2. Quod PP. ac nominatim Auguſt. num. præcedenti & aliis locis infra citandis Scripturas a nobis citatas intelligant univerſaliter abſolute de omnibus omninò hominibus, 3. Quod ſaltem iſta reſponſione non ſatisfiat Scripturis ſignificantibus Chriſtum mortuum eſſe etiam pro reprobis.

Clare etiam hoc fidei dogma tradit Ioan. 1. 2. dum ait, *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non tantum; ſed etiam pro totius mundi*. Manifeſtum eſt Evangeliſtam illic per mundum intelligere homines qui ſunt in mundo, cum ergo dicit *non pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius mundi*. Idem eſt ac ſi diceret non pro noſtris tantum, ſed etiam pro peccatis omnium hominum qui ſunt in mundo.

365. Eadem veritas habetur definita in CC. Mogunt. quod ut conſtat ex Epiſt. Rabani Moguntiæ Archiepiſcopi ad Hincmarum Rhemenſem Epiſcopum, apud Deſchamps, errorem huic veritati oppoſitum damnavit in Goteſcalco. Et Cariſiaco c. 3. *Deus omnipotens omnes homines, ſine exceptione, vult ſalvos fieri, licet non omnes ſalventur* & 4. *Chriſtus Ieſus dominus noſter ſicut nullus homo eſt, fuit, aut erit, cuius natura aſſumpta non fuerit; ita nullus eſt fuit, vel erit homo, pro quo paſſus non fuerit; licet non omnes paſſionis eius myſterio redimantur*, ſcilicet quoad efficaciam & applicationem.

Eadem veritas definita eſt in CC. Mogunt. Cariſ. &c.

Ad hæc reſpondet Ianſenius poſt Vſſerium Calviniſtam, Gotheſcalcum fuiſſe Catholicum & inique damnatum PP. verò Concilii Cariſiaci fuiſſe Semipelagianos, uti & Rabanum, qui primus Gotheſcalcum damnavit.

366. Sed calumnia eſt, cùm Gotheſcalcus numquam fuerit à Nicolao 1. approbatus & defenſos, ut

ut falſo jactant adverſarii, ſed ſemper à Catholicis pro hæretico habitus. Ejus verò damnatores numquam, niſi ab hæreticis, fuerint de Semipelagianiſmo notati, ſed tamquam fidei defenſores à Catholicis laudati, pro quo Vide Deſchamps.

Item in Valent. III. & Arelat. III. Item in Valentino III. c. 5. *Ex ipſa multitudine fidelium redemptorum, alios ſalvari æterna ſalute; alios, quia redemptionis gratiam potius irritam facere, quam ſervare elegerunt ad plenitudinem ſalutis nullo modo pervenire*. Vnde non damnavit Canones Con. Cariſiaci ſup. cit. ſenſu à Conc. intento & à nobis intellecto: ſed ex falſa ſuppoſitione, quod, ut quidam jactabant iis ſignificaretur Chriſtum eſſe mortuum pro liberandis igne inferni iis, qui iam eo torquebantur. Arelatenſi III. Quod Lucidum Presbyterum prædeſtinationem adegit ad hanc confeſſionem: *Damno ſenſum illum, qui dicit, quod Chriſtus & Salvator noſter mortem non pro omnium ſalute ſuſceperit*.

Confirmatur ex Trid. docente Chriſtum mortuum eſſe pro omnibus non omnes tamen nempe pro quibus mortuus eſt: mortis eius beneficium recipere.

367. His accedit Trid. eamdem veritatem invictiſſime confirmans ſeſſ. 6. c. 2. his verbis ex 1. Ioan. 1. *Hunc* (Chriſtum) *propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius pro peccatis noſtris, non ſolum autem pro noſtris, ſed etiam pro totius mundi*. Quibus cap. 3. ſubjungit: *verum, etſi ille pro omnibus mortuus eſt, non tamen omnes mortis ejus beneficium recipiunt: ſed ij duntaxat, quibus meritum paſſionis eius communicatur*. Quibus verbis clare docet Chriſtum mortem ſuam obtuliſſe pro omnibus, non ſolum electis; ſed etiam non electis, ſeu iis, qui mortis ejus beneficium ſeu paſſionis fructum à Chriſto ipſis intentum (nempe inefficaciter) non recipiunt, eoſque appellat *omnes*, ut nullum ab eo numero excludi ſignificet, quod directe evertit dogma Ianſenii ſup. n. 359 fuſe probantis Chriſtum per mortem ſuam nihil ſibi aut alteri ullo modo intendiſſe quod non ſit conſecutus.

368. Vnde mirantur, & meritò DD. Catholici tantum de hoc Trid. decreto Ianſenii ſup. n. 369. ſilentium: at forte ſatius duxit nullam, quam ineptam ei adaptare ſolutionem, ut poſt eius mortem

fece-

ſecerunt ejus aſſeclæ, reſpondentes Tridentinum ſolum velle, mortuum eſſe Chriſtum pro omnibus ſufficienter modo ſup. rejecto n. 357. vel hoc ſenſu, quod ſuſceperit naturam & cauſam omnibus communem, vel denique pro omnibus, non univerſaliter abſolute, ſed accommodate.

Ianſenius nihil reſpondet ad decretum Trident. de morte Chriſti pro omnibus ad quod ejus ſectatores inepte reſpondent.

Cujus inſulſæ reponſionis nullitas patet 1. quia alioqui hoc Tridentini decretum eſſet prorſus inane & otioſum; cum Lutherani & Calviniſtæ, adverſus quos ibi agit, ultro admittant iſtis ſenſibus Chriſtum pro omnibus, etiam iis qui ex ejus morte beneficii nihil recipiunt, eſſe mortuum.

2 Quia ly *omnes* in hoc poſteriori ejus ſententiæ membro, *non omnes recipiunt*. &c. ſumitur univerſaliter abſolute, ac proinde etiam in iſto priori *pro omnibus mortuus*, ne alioqui non habeatur debita oppoſitio, fiatque hic ſenſus plane ineptus ac rediculus, & tam ſtudioſa ſapientiſſimorum patrum ſanctione indignus, Chriſtus mortuus eſt pro omnibus electis, & tamen ii qui non ſunt etiam ad juſtificationem temporariam, aliave dona ordinis ſupernaturalis tranſeuntia, pro quibus utique, ex adverſariorum ſententia, non magis eſt mortuus, quam pro dæmonibus) mortis ejus beneficium non recipiunt.

3 Denique: quia in puncto doctrinæ fidei maximi momenti protuliſſent ſententiam, in ſenſu proprio & obvio falſam, & ſolum veram in ſenſu improprio, cum teſte Ianſenio tom. 3. l. 3. c. 21. *Pro aliquo mortuum eſſe, vel fudiſſe ſanguinem ſuum, inſinuet voluntatem Chriſti, quam habet, ut ei mors ſuo patri oblata, & ſanguis proſit.*.

369 Eadem veritas continetur in Symbolis, Niceno, & Athanaſii in quibus hic articulus; *Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis, &c. Crucifixus etiam pro nobis &c.* vel ut habetur in Symbolo Atan. *Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra*, tamquam certus & indubitatus omnibus ac ſingulis, nullo excepto, adeoque tam non electis, quam electis credendus proponitur, idque ſub gravi obligatione, ut conſtat ex iis verbis Sym. Athan. initio: *Quicumque vult ſalvus eſſe, ante omnia*

Eadem veritas continetur in Symbolis iubentibus ut omnes & ſingulum credant; hunc articulum qui propter nos homines, &c.

Digitized by Google

omnia opus eſt, ut teneat Catholicam fidem, quam niſi quiſque integram, inviolatamque ſervaverit, abſque dubio in æternum peribit. Et in fine: *Hæc eſt fides Catholica* ſcilicet contenta articulis præcedentibus, inter quos eſt is, quem hic urgemus, *quam niſi quiſque fideliter firmiterque crediderit, ſalvus eſſe non poterit*.

Ex quibus evidenter infertur, Chriſtum etiam pro non electis eſſe mortuum; alioqui non electi juberentur credere aliquid falſum; nempe Chriſtum etiam pro eorum ſalute eſſe mortuum, cum non electus non poſſit elicere hunc actum; *Credo Chriſtum eſſe mortuum pro noſtra ſalute*, quin eo ipſo actu credat eſſe mortuum etiam pro ſua ſalute; hoc enim includitur in illo.

Docetur à PP. ac nominatim Aug. cui proinde inſignem faciunt injuriam adverſarii dum illum ſui erroris authorem prædicant.

370 Eamdem veritatem uno conſenſu docent PP. Nazian. Chryſoſt. Amb. Hier. Proſp. & alii apud Deſchamps ac præcipue Aug. qui tum ſup n. 361. tum locis jam citandis, adeo clarè hanc Catholicam de morte Chriſti pro omnibus omninò hominibus doctrinam tradidit, ut mirum ſit, auſum fuiſſe Ianſenium illum facere præcipuum ſui erroris patronum.

1. Enim comment. in Pſal. 95. ſub fin ſic ait: *Iudicabit orbem terrarum in æquitate, non partem, quia non partem emit; totum iudicare habet, quia pro toto pretium dedit*. 2. l. 2 de Symb. ad Cathechum. c. 8. Vbi inducit Chriſtum ſic exprobrantem reprobis. *Videtis vulnera, quæ inflixiſtis? agnoſcitis latus, quod pupugiſtis? quoniam & per vos, & propter vos apertum, nec tamen intrare voluiſtis*. Quibus ſimilia habet ſerm. 67. de tempore: *ut tu eripereris morti, animam in tormentis dimiſi &c. ſuſcepi dolores tuos ut tibi gloriam darem; ſuſcepi mortem tuam, ut in æternum viveres: conditus iacui in ſepulchro, ut tu regnares in Cælo. Cur, quod pro te pertuli perdidiſti? cur, ingrato, redemptionis tuæ munera renuiſti? Non te ego de morte mea quæro: redde mihi vitam tuam, pro qua meam dedi &c.*

371 Quæ & ſimiles quam plurimæ Chriſti adverſus reprobos exprobrationes, adeo acres & aculeatæ, forent omninò inanes & irritæ, ſi pro illis Chri-

ſtus

ſtus non magis eſſet mortuus, quam pro Diabolis? 2.l.20. de civit. c.6. *Ait Apoſtolus ; ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt unus ; ut qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed eo qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Omnes itaque mortui ſunt in peccatis, nemine prorſus excepto, ſive in originalibus, ſive etiam in voluntate additis &c. & pro omnibus mortuis* (videlicet nemine excepto, ut prius) *vivus mortuus eſt unus*.

Auguſtino concordat fideliſſimus ejus intepres ac diſcipulus Proſper variis locis, ac nominatim l.2. de vocat. gent. c.16. *Nulla ratio dubitandi eſt Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum pro impiis & peccatoribus mortuum, à quorum numero liber inventus eſt. Non pro omnibus mortuus Chriſtus? ſed prorſus pro omnibus mortuus eſt Chriſtus*.

372. Denique eadem veritas tot à nobis jam allatis, iiſque validiſſimis argumentis demonſtrata, firmatur irrefragabilibus decretis Pontificum, eam diſerte definientium.

Eadem veritas firmatur decretis Innocentii X, & Alexandri VII.

1 Innocentii X. in ſua conſtitutione anno 1653. 9. Iunii Romæ publicata, quæ in cenſura quintæ propoſitionis Ianſeniſticæ ſic habet: *Semipelagianum eſt dicere Chriſtum pro omnibus omninò hominibus mortuum eſſe aut ſanguinem fudiſſe, falſam, temerariam, ſcandaloſam ; & intellectam eo ſenſu, ut Chriſtus pro ſalute dumtaxat prædeſtinatorum mortuus ſit, impiam, blaſphemam, contumelioſam, divinæ pietati derogantem, & hæreticam declaramus & uti talem damnamus*.

2 Alexandri VII. In Bulla edita anno 1656. 10. Calendas Novembris, ubi poſt relatam Innocentii X conſtitutionem ſic habet: *Cum autem ſicut accepimus, nonnulli iniquitatis Filii prædictas quinque propoſitiones vel in libro prædicto Ianſenii Iprenſis non reperiri, ſed ficte, & pro arbitrio compoſitas eſſe, vel non in ſenſu ab eodem intento damnatas fuiſſe aſſerere magno cum Chriſti fidelium ſcandalo non reformident ; nos &c. Innocen. X. conſtitutionem & definitionem confirmamus, approbamus, & innovamus, & quinque illas propoſitiones ex libro præmemorati*

Ian-

Ianſenii excerptas, ac in ſenſu ab eodem Ianſenio intento damnatas fuiſſe definimus ac declaramus & uti tales iterum damnamus.

Qui non ſolum definierunt non eſſe Semipelagianum dicere Chriſtum mortuum eſſe pro omnibus.

373 Porrò cenſura Innocentii X. contra quintam Ianſenii propoſitionem ab Alexandro VII. confirmata, duas partes continet, quarum priori, nempe hac, *Semipelagianum eſt &c.* uſque ad *& intellectam* excluſive, definitur non eſſe Semipelagianum dicere Chriſtum mortuum eſſe pro omnibus omninò hominibus redimendis, ut communi & conſtanti conſenſu ſemper tenuerunt DD. Catholici, quos hac ſua cenſura, *Semipelagianum eſt* &c. ab Innocentio X. damnata perſtringunt Bajus & Ianſenius. Poſteriori verò ejus parte, quæ incipit, *Et intellectam eo ſenſu &c.* Definitur impium eſſe, blaſphemum, ac hæreticum dicere, quod Chriſtus ſit mortuus pro æterna ſalute ſolorum prædeſtinatorum, ut diſerte docet Ianſenius ſupra n.359.

Sed inſuper eſſe hæreticum dicere Chriſtum mortuum eſſe pro ſalute æterna ſolorum prædeſtinatorum eum definierint hanc propoſitionem, pro ſalute dumtaxat prædeſtinatorum in ſenſu inter Catholicos & Ianſeniſtas controverſo.

Vnde Pontifices non ſolum definiunt (ut male interpretantur Ianſeniani fruſtra nitentes ſe ab hac cenſura eximere) eſſe hæreticum dicere, quod Chriſtus ſit mortuus pro ſalute dumtaxat, id eſt, ſolum pro æterna ſalute prædeſtinatorum, & non etiam (ut contra Calviniſtas nobiſcum admittunt Ianſeniſtæ) pro ſalute temporaria iſtorum reproborum, qui gratia juſtificationis aliquando accepta, ſuis peccatis exciderunt, ſed inſuper, ac quidem præcipue, & ex directa intentione definiunt eſſe hæreticum dicere, quod Chriſtus ſolum mortuus ſit pro æterna prædeſtinatorum, & non etiam pro æterna ſalute reproborum.

374 Quod declaratur 1. quia ly *dumtaxat* poſitum in poſteriori parte propoſitionis à Pontificibus explicatæ; debet ita ſumi, ut opponatur cum ly *omnibus hominibus* in priori parte propoſitionis, ſive ſic, ut per poſteriorem partem id negetur, quod propoſitio Catholicorum DD. à Bajo & Ianſenio Semipelagianiſmi notata affirmat: atqui illa affirmat Chriſtum mortuum eſſe pro omnibus omninò hominibus æternum ſalvandis, ergo ly *pro ſalute dumtaxat prædeſtinatorum*, ſic accipiendum eſt, ut idem

ſit

ſit ac pro ſalute æterna prædeſtinatorum, & non pro ſalute æterna aliorum.

2 Quia Pontifices definierunt iſtam propoſitionem in ſenſu inter Catholicos & Ianſeniſtas controverſo, non in alio, de quo non erat quæſtio; alioqui enim inepta & ridicula fuiſſet eorum definitio, ac plane impertinens ad controverſiam tanto pretium ſtudio agitatam, dirimendam; atqui ſenſus propoſitionis inter illos controverſæ non erat, quod Chriſtus ſolum obtulerit mortem pro æterna ſalute prædeſtinatorum, & non etiam pro ſalute temporaria aliquorum reproborum: in eo enim ambæ partes conſentiebant contra Calviniſtas ſed quod Chriſtus mortem ſuam obtulerit pro æterna ſalute omnium, non ſolum prædeſtinatorum, ſed etiam reproborum, quod affirmabant plurimi DD Catholici, negabant Ianſeniani, ac proinde hujus propoſitionis, *Chriſtus mortuus eſt pro omnibus*, in hoc ſenſu deciſionem petierunt 85. Galliæ Epiſc. & non in alio, de quo nulla movebatur quæſtio: ergò Pontifices illam definierunt in ſenſu jam explicato, non in alio.

3 Denique: Quia Pontifices declararunt, ſe quinque propoſitiones damnaſſe in ſenſu à Ianſenio intento, prout nempe in ejus opere exprimitur, atqui ſenſus hujus propoſitionis *pro ſalute dumtaxat* &c. à Ianſenio in ſuo opere intentus, fuſe probatus, & adeo clare expreſſus, ut latine intelligenti de eo nullus relinquatur ambigendi locus, eſt hic: quod Chriſtus mortuus ſit pro æterna ſalute ſolorum prædeſtinatorum, & non magis pro æterna ſalute reproborum, quam Dæmonum: ergo &c.

375 Nec obſtat, quod in propoſitione à Pontificibus definita involvatur quæſtio facti, utrum nempe illa propoſitio ſit Ianſenii & ab eo intellecta ſenſu à nobis explicato, quo à Pontificibus eſt damnata & in hujuſmodi quæſtionibus facti Pontificum definitiones à variis dicantur non eſſe infallibiles.

Propoſitio particularis ex hypotheſi facti moraliter certi, contentæ in univerſali revelata, eſt definibilis, & fide credibilis.

Non obſtat inquam; quia propoſitio particularis, cujus veritas ex hypotheſi alicujus facti continetur in aliqua generali propoſitione revelata, definiri poteſt ut credenda fide divina, quando factum tale

eſt,

eſt, ut de eo evidenter conſtet evidentiâ magna morali: atqui factum, de quo hic eſt quæſtio, tale eſt; ergo.

Patet ex Canonizatione SS.

Major patet, tum ex dictis parte 3. nu. 123. ubi oſtenſum eſt probabiliter poſſe ejusmodi propoſitiones fide divina credi, etiam ſecluſa ulteriori definitione, adeoque multo magis hac accedente; tum ex praxi Eccleſiæ 1. in Canonizatione Sanctorum, in qua ex eorum miraculis, & virtutum actibus evidenter probatis evidentia magna morali, Pontifices definiunt illos eſſe Sanctos, in gloria &c. Vt videre eſt Bulla Canonizationis S. Brigittæ à Bonifacio IV. edita, in qua habetur, *decernimus, declaramus, definimus, ſive pronuntiamus Brigittam Sanctam eſſe, & ab univerſa Eccleſia venerari debere;* & Canonizationis S Franciſci de Paula, in qua Leo X. ſic loquitur, *Decernimus, & definimus eſſe receptum in gloria*. 2. In declaratione Scripturæ Canonicæ & Authenticæ: cum ſit quæſtio facti, an hi libri, quos ut Canonicos recipit Eccleſia, ſint ab Hagiographis conſcripti; item utrum verſio vulgata ſit quoad ſenſum conformis textui Hebræo, aut Græco originali: & tamen definitum eſt ab Eccleſia, hos libros, quos recipit ut Canonicos, eſſe ſacros, & ab Hagiographis cõſcriptos, & à Trid. noſtrã vulgatam eſſe Authenticã.

Seu quando factum non eſt moraliter certum.

Quare, ut ſummum ſolum verum eſt, propoſitiones, quarum veritas dependet à quæſtioni facti non eſſe definibiles quando factum tale eſt, ut non poſſit humano modo ſic probari, ut de eo conſtet evidentia magna morali.

Potuerunt Pontifices non obſtante quæſtione facti probare doctrina Aug. & improbare doctrinam Ianſ.

376 Adde, quod etiam ſit quæſtio facti, an Auguſtinus aliquando extiterit, an hi vel illi libri ſint ab eo conſcripti, an hoc vel illo ſenſu doctrinam in ijs contentam tradiderit; & tamen nihil crebrius jactitant Ianſeniſtæ, quàm Auguſt. doctrinam eſſe à Pontificibus approbatam, quod & alii admittunt, ſaltem quoad puncta, quæ ad gratiæ prævenientis & adjuvantis neceſſitatem pertinent. Igitur, ſicut Cœleſt. 1. Hormiſ. Ioan. 11. & alii Pontifices potuerunt Auguſtini doctrinam in ſenſu, ab ipſo in ſuis ſcriptis intento, approbare; ita potuerunt Innocentius X.

& A-

Digitized by Google

& Alexander VII. Ianſenii Doctrinam improbare, & hanc ejus propoſitionem, *Chriſtus non eſt mortuus pro omnibus*, decreto infallibili ut hæreticam damnare, idque in ſenſu intento ab ipſomet Ianſenio: ſicut eorum prædeceſſores doctrinam in libris Lutheri & Calv. contentam damnarunt in ſenſu ab iſtis hæreticis intento, eorumq; libros prohibuerunt, tota Eccleſia damnationem & prohibitionem acceptante.

377. Quamvis Scriptura Chriſti redemptionem ſubinde reſtringat; modo ad quoſdam electos, ut Apoc. 5. *Redemiſti nos Deo in Sanguine tuo ex omni tribu & lingua*. & 14. *hi empti ſunt ex hominibus* &c. modo ad oves Chriſti, 1. Ioan. 15. *Animam meam pono pro ovibus meis*: modo ad credentes; Ioan. 3. *Exaltari oportet Filium hominis* (ſcilicet in cruce) *ut omnis, qui credit in ipſum, non pereat*; modo ad eos qui ſunt de Eccleſia, ad Epheſ. 5. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea*: illam tamen non ita reſtringit ad electos &c. ut alios excludat, negando ipſos eſſe redemptos, ſed ſolum iſtis locis nihil de eorum redemptione dicendo.

Scriptura ſubinde redemptionem reſtringit ad electos, non ſit tamen ut alios excludat: vel certe intelligenda eſt de redemptione efficaci.

Quod ſi ſubinde ſignificet, ſolos prædeſtinatos eſſe à Chriſto redemptos intelligenda eſt de redemptione efficaci, in actu 2. & effectum ultimum, æternam videlicet ſalutem, ſortita; vel mediante Baptiſmo, ut in parvulis; vel mediante fide, charitate, & perſeverantia prædeſtinatis libera ut in adultis. Cum quo ſtat alios etiam eſſe redemptos in actu 1. redemptione quidem inefficaci; ſufficienti tamen, quantum eſt ex parte voluntatis Chriſti.

Eaſdem Scripturas etiam intelligere debent Ianſeniani de redemptione completa, ſeu efficaci quoad effectum ultimum: cum nobiſcum profiteantur contra Calviniſtas, etiam quoſdam reprobos eſſe à Chriſto redemptos redemptione in ordine ad ſalutem, aut juſtificationem temporariam.

378. Verum quidem eſt, quod Scriptura, agens de Chriſti morte & redemptione, ſubinde utatur hac voce, *multi*, ut Matth. 20. *Filius hominis venit dare*

Scriptura ſubinde ſignificat Chriſtum eſſe mortuum

pro multis; ſæpius tamen expreſſe docet mortuum eſſe pro omnibus

dare animam ſuam redemptionem pro multis: Et 26. *Hic eſt enim Sanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis &c.*

At ſæpius utitur hac voce, *omnes*, ut patet ex citatis ſup. num. 360 deinde ly *multi*, non excludit omnes, quando omnes ſunt multi, ut advertit ipſemet Ianſenius Ipren. in ſuis commentariis in Matth. Adde quod ly *multis* (teſte Auguſt. l. 6. operis prior. contra Iulian. c. 12. & l. 2. poſterior. c. 134. (item l. 20. de Civit. c. 32.) frequenter in ſcriptura uſurpetur pro ly *omnes* ut Dan. 12. *Et multi de his, qui dormiunt, in terra pulvere, evigilabunt*, id eſt, omnes reſurgent in die judicii, & ad Rom. 5. *ſi enim unius delicto multi mortui ſunt*.

Deinde ly multi non excludit omnes: imò ſæpe in ſcriptura ponitur pro omnes.

379. Dixit Chriſtus Ioan. 17. *Non pro mundo rogo, ſed pro his, quos dediſti mihi*, id eſt, ut interpretatur Aug. tractatu 107. in Ioan. non pro reprobis, ſed pro prædeſtinatis: inde tamen non habetur, Chriſtum numquam oraſſe pro reprobis, ſed ſolum quod iſta vice pro illis non oraverit; adeóque non pro omnibus, pro quibus eſt mortuus: non enim, inquit Tolet. ſicut ex hypotheſi quod vellet omnes redimere, debuit una & eadem vice pro omnibus mori, cum ſemel tantum eſſet moriturus; ita debuit una & eadem vice pro omnibus orare: cum enim ſæpius oraverit, potuit modo pro his, modo pro illis, modo pro omnibus orare.

Præterea dici poteſt, Chriſtum quidem ſolum oraſſe pro æterna ſalute prædeſtinatorum ex voluntate efficaci & abſoluta eam illis impetrandi, ſeu oratione ſupponente cognitionem reprobationis hominum mundanorum: etiam tamen oraſſe, ex voluntate ſcilicet antecedente & inefficaci, pro ſalute omnium omninò hominum, conſideratorum in eo ſigno rationis, quo Deus, antecedenter ad cujuſquam prædeſtinationem aut reprobationem abſolute prævisam, acceptat mortem pro reparatione generis humani ſibi a Chriſto oblatam.

Chriſtus ſubinde oravit pro ſolis Apoſtolis, ſu-

380. Adde 1. Explicationem Auguſtini non eſſe ita literalem, cùm loco jam citato Ioan. 17. oret pro ſolis Apoſtolis, & quidem excluſo Iuda, ut

patet

pátet tum ex v. 12. *Quos dediſti mihi , cuſtodivi : & nemo ex iis periit niſi Filius perditionis* , tum ex v. 20. *Non pro eis autem rogo tantum , ſed & pro eis qui credituri ſunt per Verbum eorum in me* . Ex quibus manifeſtum eſt Chriſtum ibi non oraſſe pro omnibus prædeſtinatis , ſed pro ſolis Apoſtolis , & iis qui per ipſorum prædicationem eſſent credituri , inter quos non continentur Sancti veteris teſtamenti ; nec ii , qui ſunt aliter converſi , quam per eorum prædicationem ; uti nec parvuli , qui per Baptiſmum ſalvantur . Imo probabiliſſimum eſt , Chriſtum ibi non oraſſe pro ſolis prædeſtinatis : cum non ſit veriſimile, omnes , qui per prædicationem Apoſtolorum crediderunt , fuiſſe prædeſtinatos , quandoquidem Nicolaus unus è ſeptem Diaconis , & alii per Apoſtolos converſi poſtmodum lapſi ſint in hæreſim .

binde pro credituris per eorum prædicationem , ſubinde pro omnibus , pro reprobis tamen ſolum inefficaciter.

Adde ſecundo Aug. in pſal. 68. Conc. 1. Docere Chriſtum in Cruce oraſſe etiam pro illis , qui in ipſum non crediderunt , ibi enim ſic loquitur : *in Cruce cum diceret , ſitio fidem illorum quærebat , pro quibus dixerat : Pater ignoſce illis , quia neſciunt quid faciunt : ſed illi homines quid propinarunt ſitienti , acetum : acetum enim vinum vetus dicitur : merito de vetere homine propinarunt , quia novi eſſe noluerunt* . Quibus plura habet ſimilia apud Deſchamps .

381. Ad illud Matth. 15. *Non ſum miſſus niſi ad oves quæ perierunt domus Iſrael* : ſubintellige , ut per meipſum verbis & miraculis annuntiem regnum Dei .

Chriſtus miſſus eſt ad prædicandum ſolis Iſraelitis per ſeipſum.

Ad Heb. 9. v. 12. Redemptio Chriſti dicitur æterna , non eo quod pertineat ad ſolos prædeſtinatos in quibus ſolis perennis eſt fructus ejus mortis ; ſed eo quod non debeat iterari , ſicut ſacrificia vetera , quibus ibi comparatur ſacrificium mortis Chriſti .

Cum Dan. 9. Chriſtus prædicitur effecturus , *ut deleatur iniquitas , & adducatur juſtitia ſempiterna* . Significatur finis antecedenter affectu inefficaci intentus reſpectu omnium , licet in ſolis prædeſtinatis obtineatur , reſpectu quorum Chriſtus eſt

Salvator, non ſolum ſufficienter ſed etiam efficaciter juxta illud ad Epheſ. 5. *Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, ipſe Salvator corporis ejus*, ſive ſui id eſt, Eccleſiæ.

Hier. aperte à nobis ſtat epiſt. 38. Vnde alibi ſolum negat Chriſtum eſſe mortuũ pro omnibus affectu efficaci.

382. Dum Hier. in illud Pſal. 43. *Vendidiſti populum tuum ſine pretio*, ait: *Dictum eſt* (de populo Iudaico) *in peccatis veſtris venditi eſtis, & ideo ſine pretio: quia non eſt effuſus Agni ſanguis pro eis*: Loquitur de effuſione Sanguinis pro eis ex affectu conſequente & efficaci, effectum conſecuto, quandoquidem Epiſt. 83. apertiſſime doceat Chriſtum pro omnibus eſſe mortuum his verbis: *Mentitur Ioannes Baptiſta, & digito Chriſtum & voce demonſtrans, ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, ſi ſint adhuc in hoc ſæculo, quorum Chriſtus peccata non tulerit*; ſcilicet affectu ſerio & de ſe ſufficienti, quantumvis non efficaci, pro illis delendis, ſuam mortem offerendo.

Eodem ſenſu explicandus eſt Auguſtinus.

383. Aug. (quem ex num. 369. conſtat fuiſſe veritatis Catholicæ, quam hic tuemur, Doctorem ac defenſorem) eodem ſenſu explicandus eſt epiſt. 102. *Non perit unus ex illis, pro quibus mortuus eſt*. Nempe Chriſtus, lib. 1. de adulterinis coniugiis c. 15. *Omnis qui Chriſti ſanguine redemptus eſt, homo eſt, non tamen omnis qui homo eſt, etiam ſanguine Chriſti redemptus eſt*, Tract. 48. in Ioan. *Quomodo iſtis dixit: Non eſtis ex ovibus meis? quia videbat eos ad ſempiternum interitum prædeſtinatos; non ad vitam æternam ſui Sanguinis pretio comparatos*; & tract. 55. in Ioan. *Præmiſit obſequia, non ſolum eis, pro quibus ſubiturus erat mortem, ſed etiam illi qui fuerat eum traditurus ad mortem*. Vbi manifeſte Iudam ſeparat ab iis pro quibus Chriſtus erat moriturus. Hæc enim & alia ejuſmodi Aug. teſtimonia (ut tum ex contextu, tum ex aliis ejus teſtimoniis ſup. nu. 369. relatis clare colligitur) intelligenda ſunt de redemptione, ſive complete per beatitudinem, ſive incomplete per iuſtificationem tranſeuntem effectum conſecuta, idque mediante applicatione per fidem & charitatem, aut Sacramenti ſuſceptionem hominibus libera, vel certe de morte, ut ſubſtante voluntati conſequenti abſolutæ & efficaci, tam Chriſti mor-

mortem offerentis quam Patris acceptantis.

Nec magis favet adverſariis lib. 2. de Symbol. ad Catechum. cap. 8. ubi inducit Chriſtum ſic loquentem reprobis: *Qui non eſtis redempti pretio mei ſanguinis, non eſtis mei*: cum ex antecedentibus & conſequentibus ſit evidens S. Doctorem eo loco à nobis ſtare: immediate enim præcedit exprobatio ad reprobos à nobis ſup. num. 369. in confirmationem Catholicæ veritatis allata; & paulo poſt ſequitur: *Feſtinet unuſquiſque cum vivit, ut vivat* (ſpiritualiter) *currat ut ejus pretioſo ſanguine redimatur, ne cum non fuerit inventus in numero redemptorum, in numero maneat perditorum.*

Vbi manifeſtum eſt, quod ly *redimi* non accipiatur pro eo quod eſt mortem à Chriſto offerri, & à Patre acceptari affectu ſincero, & de ſe ſufficienti ad liberationem hominum, ſi per media divinæ providentiæ legibus conſtituta applicationem meritorum Chriſti ſibi procurent: ſed pro eo quod eſt mortis Chriſti merita mediante fide, aut Sacramenti ſuſceptione de facto applicari, & in actu 2. juſtificare ac ſalvare. Quod patet ex l. 6. operis contra Iulian. c. 5. *Cum ſemel ſit mortuus* (Chriſtus) *tamen pro unoquoque tunc moritur quando in ejus morte, quantalibet ætatis fuerit, Baptizatur*. Vbi certum eſt Aug. per ly *pro unoquoque tunc moritur*, intelligere quod tunc mortis ejus fructus applicetur.

Qui ſubindè redemptionem ſumit pro ipſa applicatione meritorum Chriſti.

384. Ex his facile explicabis Proſperum ad 1. object. Vinc ubi ait. *Quod ergo ad magnitudinem & potentiam pretii, & quod ad unam pertinet cauſam generis humani, Sanguis Chriſti redemptio eſt totius mundi. Sed qui hoc ſæculum ſine fide Chriſti, & ſine regenerationis Sacramento pertranſeunt, redemptionis alieni ſunt.*

Poſper docet eos qui non credunt &c. non eſſe redemptos propriè, id eſt, in actu 2. & quoad applicationem.

Ibi enim ſolum vult eos, qui non credunt &c. non eſſe redemptos in actu 2. & quoad applicationem, licet omnes redempti ſint in actu 1. & quoad ſufficientiam pretii à Chriſto pro ipſis oblati.

Quod patet ex ſequentibus. *Cum itaque propter unam omnium naturam, & unam omnium cauſam à Domino noſtro in veritate* (id eſt vero ac ſincero

affectu omnes liberandi (*ſuſceptam recte omnes dicantur redempti , & tamen non omnes à captivitate ſint eruti* (nempe in actu 2.) *redemptionis proprietas* (importans efficaciam & pretii applicationem) *haud dubie penes illos eſt , de quibus princeps mundi miſſus eſt foras* . Cujus paulo inferiùs reddit hanc rationem : *Poculum quippe immortalitatis , quod confectum eſt de infirmitate noſtra & virtute divina , habet quidem in ſe ut omnibus proſit , ſed ſi non bibitur non mundetur* ; Quibus verbis clare ſignificat non oriri ex defectu pretii ſufficienter pro omnibus à Chriſto oblati & à Patre acceptati , quod non omnes liberentur in actu 2. ſed ex defectu humanæ cooperationis ſecundum divinæ providentiæ leges ad pretii applicationem requiſitæ : illud enim *ſi non bibitur*, defectum humanæ operationis denotat.

Eodem ſenſu varia quæ ex Anſelm, prudentia & aliis oppo. nuntur intel. ligenda ſunt

385. Similiter de redemptione quoad efficaciam & applicationem exponenda ſunt hæc verba Anſel. in Elucid. *Chriſtus pro ſolis electis mortuus eſt* , & infra , *Nihil contulit reprobis ob ſua demerita mors Chriſti* .

Item varia his ſimilia Prudentii Epiſcopi Trecenſis, Remigii Archiepiſcopi Lugd. Bertranni , Lupi ſervati .

Adde 1. Anſel. aperte à nobis ſtare in 1. ad Tim. 1. & in 2. ad Cor. 5. 2. Elucidarium , ex quo jam citata & alia plura quæ nobis opponunt adverſarii, non eſſe Anſel. 3. Doctrinam Prudentii , Bertranni & aliorum citatorum , ſemper habitam fuiſſe ſuſpectam , & nimium faventem erroribus Gothescalci , quos in ſaniorem ſenſum trahere fruſtra conati ſunt .

Nec obſtat , quod Prudentius , & Remigius à quibuſdam honorentur ut Sancti , cum etiam Caſſianus & Fauſtus in quibuſdam Eccleſiis colantur ut Sancti, nec tamen propria eorum doctrina ſit à ſemipelagianiſmo exempta . Ex hactenus dictis.

Chriſti petitio abſoluta, ſemper fuit exaudita ; Chriſtus luit pœnas pro reprobis , non abſolute liberandis ſed conditionate.

386. Colliges 1. Chriſtum fuiſſe ſemper exauditum , ut habetur Ioan. 11. v. 42 quando aliquid à Patre poſtulavit voluntate abſoluta , & ſimpliciter efficaci : non verò quando ſolum voluntate inefficaci & conditionata , qualiter ſua morte omnium omninò hominum ſalutem petiit .

2. Gene-

2. Generaliter loquendo, mori pro aliquo, non eſſe idem ac mori, ne alter moriatur ſeu morte propria alterum à morte liberare, cum martyres proprie moriantur pro Chriſto, non tamen eo ſenſu; ſed eſt ex alterius amore mortem ſubire, vel ad tuendum ejus honorem, aut fortunas; vel ad tuendam ejus vitam, ſive abſolute ſive conditionate ſi nempe ex parte ſua faciat quod in ſe eſt.

3. Chriſtum luiſſe pœnas pro peccatis reproborum non abſolute ſed ſub conditione applicationis per media à Deo ordinata ab ipſis facienda: qua conditione ipſorum vitio non purificata, juſte pro iiſdem peccatis in ſe ipſis puniuntur. vide plura apud Malderum in Antiſynodicis, Petavium tom. 4. lib. 13. de Incarnat. cap. 10. Annatum in Auguſt. à Bajan. vendicato, Ripald. tom. 3. diſp. 23. Moraines, & præcipue Deſchamps de hæreſi Janſeniana, l. 1. 2. & 3. diſp. 7.

§. IV.

Chriſti ſervitus, Filiatio adoptiva, & Naturalis.

387. Duobus modis dici poteſt aliquis ſervus alterius videlicet ſtricte & late, ad ſervum ſtricte dictum tria requiruntur. 1. Vt teneatur obedire domino. 2 Vt non ſit ſui juris ſed alterius. 3. Vt cum domino nec in honore nec in bonis communicet, nec habeat ullum jus ad hæreditatem & bona Domini. Talis eſt ſervitus, quæ inter homines contrahitur jure belli, nativitate, emptione. Ad ſervum late dictum ſufficiunt duæ primæ conditiones. Talis eſt ſervitus quam contrahunt filii reſpectu parentum ratione generationis. Et creaturæ omnes reſpectu Dei, ratione tum productionis tum conſervationis: hoc animadverſo.

Chriſtus non poteſt dici ſervus Dei, ſeu Patris ſtricte, quia cum eo in bonis communicat, idque ex ſuis intrinſecis.

388. Dicendum 1. Chriſtum non poſſe dici ſtricte ſervum Dei aut Patris, nequidem cum hac determinatione, *qua homo eſt*.

Prob. 1. authoritate Adriani I. & Concil Franco-

ford. Elipandum Archiepiſc. Tolet. & Felicem ejus Magiſtrum, Epiſcopum Vrgelitanum, impietatis & erroris damnantium, eo quod aſſerent Chriſtum eſſe Filium adoptivum & ſervum. Verba autem Pontificis ſunt hæc: *Adoptivum eum Filium quaſi purum hominem*, (quod pudet dicere) *ſervum cum impii & ingrati tantis beneficiis liberatorem noſtrum non pertimeſcitis venenoſa fauce ſuſurrare: cur non veremini queruli obtrectatores, Deo odibiles, illum ſervum nuncupare, qui vos ſervitute Diaboli liberavit?* quæ verba cum de aliqua ſervitute verificari debeant, debent ſaltem verificari de ſervitute ſtricte dicta.

Probatur ex Concilijs, Patribus ac ratione.

2. Ex PP. apud Vaſq. Leone, Euſebio, & præſertim Damaſc. l. 3. de Fide c. 21. *Sciendum eſt, eum ne ſervum quidem dicere nobis licere*, & infra: *Serva eſſet caro, niſi unita eſſet verbo: ſemel autem unita ſecundum hypoſtaſim, quomodo ſerva erit.*

3. Ratione: quia Chriſtus etiam qua homo eſt Filius Dei naturalis ut paulo poſt dicetur: ergo non eſt etiam qua homo ſtricte ſervus Dei, quia Filius naturalis vi ſuæ originis habet jus ad bona & hæreditatem Patris, & cum eo in honore communicat quod non ſtat cum ſervitute ſtricte dicta: ut paulo ante annotatum eſt.

389. Dices: filii adoptivi Dei ut ſunt homines juſti, adhuc dicuntur & ſunt ſtricte ſervi Dei; quamvis habeant jus ad hæreditatem cœleſtem: ergo idem dici poteſt de Chriſto Filio Dei naturali. R. 1. n. ant. ſumendo ſervum ſtrictiſſime ad quem requiruntur tres ſupradictæ conditiones. Vnde Chriſtus Ioan. 15. dicit Diſcipulis ſuis: *Iam non dicam vos ſervos*. 2. Diſparitatem eſſe quod Chriſtus vi ſuæ productionis ſit naturalis Filius Dei, adeoque vi ejus habeat jus ad omnia Dei bona, homines autem juſti habeant tantum jus aliquod ratione alicujus ſanctificationis accidentalis. Vnde in eis ſecundum ſe ſpectatis nihil eſt quod excludat ſervitutem ſtricte dictam: ſicut eſt in Chriſto videlicet conjunctio ſubſtantialis naturæ humanæ cum divinitate.

390. Dicendum 2. Chriſtum qua hominem dici poſſe

poſſe ſervum Dei latè prout ſervus non excludit communicationem honoris & bonorum cum Domino. Ita cum S. Thoma Theologi communiter.

Poteſt tamen cum hoc addito ſecundum humanitatem; quia ut ſic, non eſt ſuus, ſed patris cui obedit & ſubditus eſt.

Prob. 1. ex Script. quæ in veteri teſtamento (cujus non eſt minor authoritas, quam novi) Chriſtum ſæpiſſime appellat ſervum. Iſaiæ 42. *Ecce ſervus meus ſuſcipiam eum*; quæ verba conſtat de Chriſto eſſe intelligenda ex Matth. 12. v. 18. ubi Chriſto applicantur, Iſa. 53. *Iuſtificabit ipſe iuſtus ſervus meus multos*. Imò & in novo teſtamento ſæpiùs implicitè ſignificat Chriſtum eſſe ſervum, & Deum ejus Dominum; ut Ioann. 20. *Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum*: ubi videtur eſſe idem dicere, *Deum meum*, &, *Dominum meum*.

2. Ex PP. apud Suarez ac nominatim ex Aug. epiſt. 178. ubi dicit Chriſtum *Non ſolum ſubditum; ſed etiam ſervum evidentiſſimè confitemur*, & Chryſoſt. qui explicans verba illa Apoſt. ad Philip. 2. *Qui cum in forma Dei eſſet &c.* ait, *ſicut in forma Dei perfectus eſt Deus: ita in forma ſervi perfectus eſt ſervus*.

Idque ex ſcriptura ac Patribus colligitur.

3. Ratione: 1. quia ex uſu inter PP. & Scholaſticos communiter recepto, ſervitus ſæpe ſumitur pro relatione fundata in dependentia, & obligatione obediendi, & ſubjectione, qua quis non eſt ſuus, ſed alterius, abſtrahendo à negatione communicationis in honore & bonis, atqui talis relatio ſervitutis reperitur in Chriſto ſecundum humanitatem reſpectu Dei, ergo 2. quia Deus verè & propriè eſt Dominus Chriſti qua hominis; cum illum habeat ſibi obſtrictum ad omne obſequium, ac de eo tamquam re ſua poſſit diſponere pro arbitrio, atqui ſervus & dominus ſunt correlativa, ergo.

391. Ex his colliges Adrianum I. & PP. Conc. Francofor. ſua damnatione eam tantum Chriſti hominis ſervitutem damnaſſe, quæ ab eo excludit participationem ejuſdem honoris & excellentiæ cum Deo, fundatam in Dei Filiatione naturali; qualem ſervitutem adſtruebat Félix & Ælipandus, ſentientes Chri-

Adrianus intelligendus eſt de ſervitute ſtrictè dictà.

Chriſtum qua hominem non eſſe Filium Dei naturalem: non verò latam, fundatam in ſola eſſentiali ſubjectione & dependentia à Deo; cum non ſit credibile eos voluiſſe damnare adeo communes ſcripturæ & PP. locutiones, Chriſto ſervitutem abſque ullo improprietatis indicio tribuentes.

Vnde ſecluſo periculo ſcandali poteſt, etiam ſimpliciter, dici ſervus Dei, non tamen Verbi aut ſui ipſius

Hinc ſecluſo ſcandalo, & Arianiſmi aut Neſtorianiſmi periculo, non apparet cur Chriſtus non poſſit, etiam ſimpliciter & ſine addito, dici ſervus Dei, cum ita ſæpe à Script. appelletur. Sicut dici poteſt ſimpliciter ſubditus Deo: quia Chriſtum eſſe hoc modo ſervum Dei nihil aliud eſt quam Chriſtum ratione humanæ naturæ habuiſſe triplicem ſubjectionem ad Deum 1. perfectionis ſecundum quam erat Patri inferior juxta illud Ioan. 14. *Pater major me eſt*. 2. ſervitutis ſecundum quam omnis creatura ſubeſt divinæ poteſtati ac diſpoſitioni. 3. obedientiæ erga ejus mandata.

392. Neque ex his ſequitur contra Cyrill. & Synod. Epheſin. can. 6. poſſe Chriſtum ſimpliciter dici ſervum Verbi, aut ſui ipſius: etſi enim omne dominium Patris ſit realiter commune Filio, non poteſt tamen Filius ſimpliciter denominari omni denominatione inde orta, qua denominatur Pater: quia denominationes quæ ſunt ad alterum, ut *Servus*, *Dominus*, &c. quando dicuntur ſimpliciter & ſine addito ex uſu communi non ſolum ſignificant diſtinctionem naturarum, ſed etiam ſuppoſitorum, quæ cum intercedat inter Chriſtum & Patrem, non inter Chriſtum & Verbum, rectè Chriſtus dicitur ſervus Patris non Verbi, aut ſui ipſius ſimpliciter.

Ob eandem rationem Chriſtus rectè dicitur obedire Patri, non tamen ſimpliciter Verbo aut ſibi ipſi, dico *ſimpliciter*, quia cum hoc addito, *qua homo*, Chriſtus dici poteſt ſervus Verbi & ſui ipſius, quia per iſtam reduplicationem determinate ſignificatur ſubjectio & inferioritas ex parte naturæ, non ſuppoſiti.

Chriſtus etiam qua

393. Chriſtus non poteſt dici Filius Dei adoptivus nequi-

nequidem cum determinatione, *qua homo*, Ita S. Th Cajet. Suar. Vaſq. & alii communiſſime contra Scot. Durand Baſſol. &c.

homo, non eſt Filius Dei adoptivus, cum non ſit perſona Deo extranea.

Prob. 1. Ex Scriptura ad Rom. 8. *Qui proprio Filio ſuo non pepercit ſed pro nobis omnibus tradidit illum*; Quod non poteſt intelligi niſi de Chriſto ut homine, cum non potuerit tradi in mortem niſi ut homo, & tamen appellatur proprius filius. Quod non convenit filio adoptivo. Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum ut Filium ſuum unigenitum daret*, ubi ly *unigenitum* excludit filiationem adoptivam, quia ſecundum illam plures ſunt filii Dei, & Lucæ 1. dicitur Virgini, *quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei*. Chriſtus autem ex Virgine natus eſt quatenus homo; & tamen ſimpliciter dicitur Filius Dei.

2. Ex definitione Adriani I. & Concil. Francoford. ſuperius relata n. 387. Felicem & Ælipandum præcipue damnantium quod aſſererent Chriſtum eſſe adoptivum Dei filium.

3 Ex patribus ac nominatim Hilario in hæc verba Apoſtoli. *Qui proprio Filio non pepercit*, &c. ſic ſcribente *numquidnam etiam nunc adoptionis in eo erit nuncupatio in quo proprietatis eſt nomen*. Et Auguſtino lib. contra Secund. cap. 5. ſic loquente; *lege* inquit Scripturas, *nunquam invenies de Chriſto dictum, quod adoptione ſit Filius*. Et tract. 82. in Ioan. ait: *Nos Filii gratia, non natura: unigenitus autem natura non gratia*. Vt autem ſignificet ſe etiam id intelligere de Chriſto ut homine, ſubjungit: *An hoc etiam in ipſo Filio ad hominem referendum eſt? ita ſanè*, aliorum PP. Verba reperies apud Suar. Vaſq. ac nominatim Petavium lib. 7. de Incar. cap. 2.

4. Ratione deſumpta ex Conc. Francofor. Chriſtus qua homo, non eſt perſona Deo extranea, cum non ſit perſona diſtincta à perſona Verbi; ergo non poteſt eſſe Filius adoptivus, cum ad rationem Filii adoptivi requiratur ut ſit perſona adoptanti extranea: adoptio enim ex communi DD. conſenſu eſt gratuita aſſumptio perſonæ extraneæ ad ius hæreditatis.

394 Hinc

Humanitas Chriſti non poteſt propriè dici adoptata, quia poſt aſſumptionem non eſt Deo extranea.

394 Hinc etiam ipſa Chriſti humanitas non poteſt proprie dici adoptata: quia cùm ſit realiter ac ſubſtantialiter unita Verbo, à quo aſſumpta eſt in unitatem perſonæ, non poteſt proprie & in rigore dici Deo extranea, ſaltem poſt aſſumptionem.

Cum Iren. l. 3. adverſus hæreſes cap. 21. agens de Chriſto ait: *Qui Filius Dei eſt, Filius hominis factus eſt, & commixtus verbo Dei ut adoptionem percipiens fiat Filius Dei*: improprie locutus eſt (inquit Vaſq) uſurpans adoptionem pro unione ſubſtantiali, quo etiam ſenſu intelligendi ſunt alii PP. ac nominatim Hilar. l. 2. de Trin. *ita poteſtatis dignitas non amittitur dum carnis humilitas adoptatur*. Addit Vaſq in textum Hilarii probabiliter mendum irrepſiſſe; poſitumque *adoptatur pro adoratur*. Cum autem Auguſtinus lib. de Prædeſt. Sanct. cap. 15. dicit: *Ea gratia fit ab initio fidei homo quicumque Chriſtianus: qua gratia homo ille ab initio ſui factus eſt Chriſtus*. Tantum vult quod ſicut primam juſtificationem noſtram nulla præcedunt merita noſtra: ita aſſumptionem humanitatis nulla præceſſerint ejus merita: ac proinde utrumque Dei gratiæ tribuendum ſit.

Nec obſtat quod in Chriſto fuerit gratia habitualis quia non conſtituit filium adoptivum ſeipſa præciſe, ſed connotando extraneitatem.

Nec obſtat quod gratia habitualis fuerit in Chriſto, noſque per eam conſtituamur filij adoptivi: unde videri poſſit forma conſtituens filium adoptivum: quia pro effectu ſuo formali non habet conſtituere filium adoptivum ſeipſa præciſe, ſed cum connotato extraneitatis: adoptio enim affectu ſolo, & accidentaliter conjungit adoptatum cum adoptante: quam extraneitatem, quia in Chriſto non connotat gratia, ſicut in puro homine, ideo illum non conſtituit Filium Dei adoptivum; ſicut purum hominem. Vnde eſſe Filium Dei adoptivum non eſt effectus formalis adæquate poſitivus ſed ſolum inadæquate.

Poteſt autem dici ſervus Dei potius quam filius adoptivus, quia ratio creaturæ & perfectæ ſubjectionis, in qua fundatur ſervitus, per ſe ſequitur ad humanitatem: non verò ratio adoptionis, quæ oritur ex dono gratiæ humanitati ſuperaddito, quod ab ea poteſt abeſſe, ut in peccatore, vel in ea conjungi

cum

cum dono ſubſtantialiter uniente; vi cujus perdat rationem adoptionis. Ex quo patet cur potius Chriſtus qua homo, ſit & dicatur Dei ſervus, quàm Filius adoptivus.

395 Chriſtus ſimpliciter ſumptus; item Chriſtus, qua Deus, qua Verbum, & qua Chriſtus, eſt Filius Dei naturalis, quia ut ſic includit Verbum, quod eſt Filius Patris. Idem dicendum de Chriſto qua homine; ſi ly *qua* ſumatur ſpecificative ſtricte, id eſt, ſic, ut denotet in recto ſolum ſuppoſitum hujus humanitatis: cum enim iſtud ſuppoſitum per terminationem humanitatis non amiſerit filiationem Dei naturalem, etiam terminans hanc humanitatem, recte dicitur Filius Dei naturalis, ſic nempe, ut ly *ut* non deſignet rationem propter quam ſit Filius; ſed propter quam ei non repugnet eſſe Filium Dei: quo ſenſu dicitur juſtus, qua juſtus, poſſe peccare. **Chriſtus qua homo ſumendo ly qua ſpecificative, eſt Filius Dei naturalis.**

At vero Chriſtus qua homo non eſt Filius Dei naturalis ſi ly *qua* ſumatur reduplicative, ſic ut deſignet humanitatem tamquam rationem per ſe iſtius filiationis: alioqui enim quilibet homo eſſet Filius Dei naturalis. In his omnes conveniunt.

396 Vnde controverſia hic inter authores agitata, non eſt de Chriſto qua homine reduplicative ſtricte, neque de Chriſto qua homine ſpecificative ſtricte, ſed medio quodam modo, quem alij reduplicativum, alii ſpecificativum appellant, nempe ſic ut ly *qua homo*, deſignet conſtitutum ex ſuppoſito & humanitate præciſe ut conſtat hominem, de quo quæritur, utrum dici poſſit Filius Dei naturalis, non ſolum per communicationem idiomatum, ut poſſet lapis, ſi eſſet unitus verbo; ſed ſecundum ſe filiatione ſpeciali & ſibi propria, reſultant ex unione divini ſuppoſiti cum humanitate, qualis non reſultaret ex ſimili unione cum natura irrationali, inepta ad ſanctificationem & hæreditatem æternam. Hoc animadverſo ſit ſequens concluſio. **Secus ſi ly qua ſumatur reduplicative ſtricte.**

397 Chriſtus qua homo, ſenſu iam explicato, eſt Filius Dei naturalis per gratiam unionis præciſe, **Chriſtus qua homo**

abſtra.

ſumendo ly qua medio quodam modo,eſt Filius Dei naturalis per gratiam unionis præciſe, non generationem aut filiationem æternam humanitati mediante unione communicatam.

abſtrahendo ab eo quod terminetur ad perſonam Verbi, adeoque independenter ab ejus æterna generatione, & filiatione qua tali,ſicut non ſit Filius ſolius Patris, ſed Dei ut Dei. Ita Suar. Vaſq. Tan. Leſſ. Becan. & alii contra Cajet. Gran. Lug. Amic. volentes Chriſtum quà hominem eſſe Filium Dei naturalem, non ratione unionis præciſe, ſed ut terminatæ ad ſecundam perſonam, cujus Filiatio per unionem communicatur humanitati, ſic ut Chriſtus quà homo non ſit Filius naturalis totius Trinitatis, ſed ſolius Patris, ita ut nullam habiturus eſſet Filiationem naturalem, ſi ejus unio non ad Filium, ſed ad Patrem & Spiritum S. terminaretur.

Prob. 1. quia cum gratia unionis formalit et ſanctificet, & Deo gratum faciat, eſt quædam participatio divinæ naturæ, tribuens vitam primam, ſeu primum eſſe ſupernaturale, ergo eſt terminus cujuſdam generationis & nativitatis ſupernaturalis, adeoque fundamentum cujuſdam filiationis divinæ, non adoptivæ, ut patet ex dictis ſup. n. 392. ergo naturalis. Prob. 1. conſequentia; quia gratia habitualis in puro homine ideo eſt terminus cujuſdam nativitatis Spiritualis, qua dicimur regenerari in Filios Dei & fundamentum filiationis adoptivæ, quia eſt quædam participatio naturæ divinæ ſuum ſubjectum ſanctificans, eique tribuens primum eſſe ſupernaturale fundans jus ad æternam hæreditatem: ergo ſimiliter gratia unionis.

2. Quia Chriſtus, qua homo non poteſt dici Filius Dei naturalis per generationem aut Filiationem æternam; ergo hanc denominationem habet ab unione præciſe. Prob. antec. quia generatio & Filiatio æterna, non poteſt tribuere denominationem Filii, niſi termino per generationem producto; cum eſſe genitum aut Filium non ſit in ſe habere generationem aut filiationem quomodocumque, ſed ſic ut illam habens ſit terminus generatione productus, ut patet tum in divinis, tum in creatis: nam Trinitas & Divinitas recte dicitur habere generationem, a qua tamen nullo modo poteſt dici genita: uti nec materia prima à generatione in ſe ſubiectata, atqui

Generatio æterna non poteſt tribuere denominationem filii, niſi termino per eam producto.

Chri-

Chriſtus *quà homo* non eſt terminus generatione æterna productus, cùm per eam non procedat à Deo ut principio conjuncto in ſimilitudinem naturæ, ut manifeſtum eſt; ergo &c.

398 Ex his patet, Chriſtum qua hominem non eſſe Filium Dei naturalem ſtricte, ſed tantum late, & minus proprie: cum ejus filiatio non fundetur in propriè dicta generatione naturali, quæ ſit proceſſio viventis à vivente, ut principio conjuncto in ſimilitudinem naturæ, ut videtur per ſe evidens, quidquid in contrarium dicat Mendoza.

Hinc dantur in Chriſto tres filiationes naturales, una ad Patrem tantum; altera ad Matrem tantum; tertia eaque minus propria, ad Deum ut ſic. Hujus tertiæ filiationis PP. & Antiqui DD. meminerunt, non quidem explicitè ſed implicite, dum Chriſtum docuerunt eſſe Sanctum per gratiam unionis, & hanc gratiam fuiſſe Chriſto aliquo modo naturalem, id eſt à prima nativitate conceſſam, & ejus ſubſtantiali conſtitutioni intrinſecam. S. Th tamen in 3. diſt. 4. q. 1. a. 2. quæſtiunc. 1. de ea expreſſe egit his verbis: *ſed hoc* (nempe Chriſtum eſſe Filium totius Trinitatis) *quidam negant, non tamquam ſimpliciter falſum, ſed tamquam inconvenienter dictum propter occaſionem errandi, circa æternam generationem Filij*. Illi autem *quidam* teſte Petr. Mendoz. ſunt Alenſ. in 2 p. q. 8. membro 3. a. 4. & Bonav. in diſt. 4. q. 3.

Vnde dentur in Chriſto tres filiationes naturales, tertiæ minus propriæ meminerunt PP. & antiqui DD. implicitè.

399 Cum S. Tho. hic q. 23. a. 4. O. & q. 32. a. 3. Videtur contrarius, ſolum vult quod Chriſtus, aut perſona Chriſti non debeat ſimpliciter dici Filius aliter quàm Filiatione propriè dicta, fundata in vera generatione naturali; cum id ſolum probet ejus ratio: non verò, quod cum reduplicatione *quà homo*, non poſſit aliter dici Filius, nempe filiatione latius ſumpta, de qua videtur intelligendus eadem q. 32. a. 1. Vbi agens de ſanctificatione humanitatis Chriſti per Incarnationem, pro eodem ſumit *eſſe Sanctum, & eſſe Dei Filium*.

Dum Aug. 2. de Trin. c. 10. & cum eo Conc. Tol. dicunt: *Cogimur non niſi Patris accipere perſonam*, & cum eo

Dum Aug. & cum eo

ubi

ſumendo ly qua medio quodam modo, eſt Filius Dei naturalis per gratiam unionis præciſe, non generationem aut filiationem æternam humanitati mediante unione communicatam.

abſtrahendo ab eo quod terminetur ad perſonam Verbi, adeoque independenter ab ejus æterna generatione, & filiatione qua tali, ſicut non ſit Filius ſolius Patris, ſed Dei ut Dei. Ita Suar. Vaſq. Tan. Leſſ. Becan. & alii contra Cajet. Gran. Lug. Amic. volentes Chriſtum qua hominem eſſe Filium Dei naturalem, non ratione unionis præciſe, ſed ut terminatæ ad ſecundam perſonam, cujus Filiatio per unionem communicatur humanitati, ſic ut Chriſtus quà homo non ſit Filius naturalis totius Trinitatis, ſed ſolius Patris, ita ut nullam habiturus eſſet Filiationem naturalem, ſi ejus unio non ad Filium, ſed ad Patrem & Spiritum S. terminaretur.

Prob. 1. quia cum gratia unionis formalit er ſanctificet, & Deo gratum faciat, eſt quædam participatio divinæ naturæ, tribuens vitam primam, ſeu primum eſſe ſupernaturale, ergo eſt terminus cujuſdam generationis & nativitatis ſupernaturalis, adeoque fundamentum cujuſdam filiationis divinæ, non adoptivæ, ut patet ex dictis ſup. n. 392. ergo naturalis. Prob. 1. conſequentia; quia gratia habitualis in puro homine ideo eſt terminus cujuſdam nativitatis Spiritualis, qua dicimur regenerari in Filios Dei & fundamentum filiationis adoptivæ, quia eſt quædam participatio naturæ divinæ ſuum ſubjectum ſanctificans, eique tribuens primum eſſe ſupernaturale fundans jus ad æternam hæreditatem: ergo ſimiliter gratia unionis.

Generatio æterna non poteſt tribuere denominationem filii, niſi termino per eam producto.

2. Quia Chriſtus, qua homo non poteſt dici Filius Dei naturalis per generationem aut Filiationem æternam; ergo hanc denominationem habet ab unione præciſe. Prob. antec. quia generatio & Filiatio æterna, non poteſt tribuere denominationem Filii, niſi termino per generationem producto; cum eſſe genitum aut Filium non ſit in ſe habere generationem aut filiationem quomodocumque, ſed ſic ut illam habens ſit terminus generatione productus, ut patet tum in divinis, tum in creatis: nam Trinitas & Divinitas recte dicitur habere generationem, a qua tamen nullo modo poteſt dici genita: uti nec materia prima à generatione in ſe ſubjectata, atqui

Chri-

Chriſtus *quà homo* non eſt terminus generatione æterna productus, cùm per eam non procedat à Deo ut principio conjuncto in ſimilitudinem naturæ, ut manifeſtum eſt; ergo &c.

398 Ex his patet, Chriſtum qua hominem non eſſe Filium Dei naturalem ſtricte, ſed tantum late, & minus proprie: cum ejus filiatio non fundetur in proprie dicta generatione naturali, quæ ſit proceſſio viventis à vivente, ut principio conjuncto in ſimilitudinem naturæ, ut videtur per ſe evidens, quidquid in contrarium dicat Mendoza.

Hinc dantur in Chriſto tres filiationes naturales, una ad Patrem tantum; altera ad Matrem tantum; tertia eaque minus propria, ad Deum ut ſic. Hujus tertiæ filiationis PP. & Antiqui DD. meminerunt, non quidem explicitè ſed implicite, dum Chriſtum docuerunt eſſe Sanctum per gratiam unionis, & hanc gratiam fuiſſe Chriſto aliquo modo naturalem, id eſt à prima nativitate conceſſam, & ejus ſubſtantiali conſtitutioni intrinſecam. S. Th tamen in 3. diſt. 4. q. 1. a. 2. quæſtiunc. 1. de ea expreſſe egit his verbis: *ſed hoc* (nempe Chriſtum eſſe Filium totius Trinitatis) *quidam negant*, *non tamquam ſimpliciter falſum*, *ſed tamquam inconvenienter dictum propter occaſionem errandi*, *circa æternam generationem Filij*. Illi autem *quidam* teſte Petr. Mendoz. ſunt Alenſ. in 2 p. q. 8. membro 3. a. 4. & Bonav. in diſt. 4. q. 3.

Vnde dentur in Chriſto tres filiationes naturales, tertiæ minus propriæ meminerunt PP. & antiqui DD. implicitè.

399 Cum S. Tho. hic q. 23. a. 4. O. & q. 32. a. 3. Videtur contrarius, ſolum vult quod Chriſtus, aut perſona Chriſti non debeat ſimpliciter dici Filius aliter quàm Filiatione propriè dicta, fundata in vera generatione naturali; cum id ſolum probet ejus ratio: non verò, quod cum reduplicatione *quà homo*, non poſſit aliter dici Filius, nempe filiatione latius ſumpta, de qua videtur intelligendus eadem q. 32. a. 1. Vbi agens de ſanctificatione humanitatis Chriſti per Incarnationem, pro eodem ſumit *eſſe Sanctum*, *& eſſe Dei Filium*.

Dum Aug. 2. de Trin. c. 10. & cum eo Conc. Tol. dicunt: *Cogimur non niſi Patris accipere perſonam*, &

Dum Aug. & cum eo

ubi

Conc. Tolet. 1. negant Ieſum eſſe Spiritus S. Filium loquuntur de filiatione ſtricta.

ubi dicitur, hic eſt Filius meus dilectus: neque enim Ieſus etiam Spiritus S. Filius, aut ſuus Filius credi aut intelligi poteſt: loquuntur de filiatione ſtricta, fundata in generatione proprie dicta.

Cum verò idem Aug. Enchir. c. 38. 39. & 40. & cum eo Conc. Tolet. XI. in confeſſ. fidei idem confirmant, expreſſe agunt de humana Chriſti generatione, & ſolum volunt (quod docet S Tho. hic) Chriſtum non ita eſſe conceptum de Spiritu S. ut ad eam generationem Spiritus S. concurrerit tamquam Pater, quod certiſſimum eſt, etſi juxta noſtram concluſionem bono ſenſu Chriſtus, *quà homo*, dici poſſit Filius Spiritus S. & ſui ipſius, qua Deus; quod tamen ut recte notat Suar. non eſt facile uſurpandum ſine ſufficienti explicatione, omnem erroris ſuſpicionem ac relationem confuſionem removente, ſine qua explicatione juxta Conc. Alexandr. & Cyrill Epiſt. 10. Chriſtus dici non debet Deus ſui ipſius, ne videatur in duas perſonas dividi, licet conſtet Chriſtum ſecundum divinitatem eſſe Deum ſui ipſius ſecundum humanitatem. Debet igitur hic, ad vitandum omne erroris & ſcandali periculum addi ly *per generationem ſanctificationis, ſeu gratia unionis*, dum Chriſtus, qua homo, dicitur eſſe Filius Spiritus S. ſui ipſius, aut Trinitatis.

Ideo autem Chriſtus, quo homo, non debet dici Filius Dei naturalis ratione gratiæ habitualis, quia per huius infuſionem non accipit primum eſſe ſupernaturale per modum naturæ & radicis cæterorum donorum ſupernaturalium, ſed ſecundarium, per modum proprietatis unionem conſequentis: jam vero Filiatio ſolum fundatur in actione, qua accipitur eſſe primum & radicale in aliquo ordine, ut patet inductione.

Chriſtus fuit vere & proprie Sacerdos idq; conſtat ex Scriptura.

400. Chriſtus fuit vere & proprie Sacerdos. Eſt de Fide ex Apoſtolo ad Heb. 4. ubi ait: *Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit Cœlos, Ieſum Filium Dei*. Et cap 7 hæc verba Pſalm. 109. *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*. applicat Chriſto: & ibid. de Chriſto ait: *Hic autem eo quod maneat in æternum ſempiternum habet*

Sacer-

Digitized by Google

Sacerdotium. Eandem veritatem tradunt Concil. Epheſ. can. 10. & Trident. ſeſſ. 22. cap. 1. & plurimi PP. apud Vaſquez & Suarez, & ſuadet ratio quia ſacrificare eſt proprium Sacerdotis: Chriſtus autem pro nobis ſacrificium obtulit; & quidem duplex, videlicet incruentum in Euchariſtia: & cruentum in ara crucis.

Dices ſacrificantis eſt occidere hoſtiam, quam immolat: atqui Chriſtus non occidit ſeipſum ergo &c. R. ſufficere ut dicatur ſeipſum ſacrificaſſe, quod ſeipſum libere ad mortem obtulerit juxta illud Iſaiæ 53. *Oblatus eſt quia ipſe voluit*. Ita S. Thom. hic quæſt. 22. ar. 2. ad 1.

Non fuit ad id neceſſe ut ſeipſum immolaret; ſed ſatis fuit quod ſeipſum libere ad mortem obtulerit.

Inferes ergo etiam martyres dici poterunt offerre Deo ſacrificium R. n. illat. 1. quia martyres non ſunt à Deo ad hoc ſpecialiter deputati ut ſe ipſos offerant in verum ſacrificium pro peccatis populi tanquam mediatores inter Deum & populum. Id autem deberet eis convenire, ut dici poſſent offerre ſacrificium proprie dictum, ſicut Chriſtus obtulit.

401. Etiamnum perſeverat eſſe Sacerdos & perſeverabit uſque ad finem mundi. Eſt etiam de fide ex eodem Apoſtol. ad Heb 7. ubi ait: *& alii quidem plures facti ſunt Sacerdotes; idcirco quod morte prohibentur permanere. Hic autem* (nempe Chriſtus) *eo quod in æternum maneat, ſempiternum habet ſacerdotium*. Prob. etiam ratione: tum quia pergit pro nobis Patrem ſuum in Cœlo interpellare ut mediator inter Deum & homines, ut aſſerit Ioan. 1. cap. 2. tum etiam quia pergit ſacrificare per miniſtros ſuos: nam ut docet Trid. ſeſſ. 22. cap. 2. idem eſt offerens Sacerdotum miniſterio, qui ſeipſum in cruce obtulit.

Nec refert quod in triduo mortis interruptum fuerit ejus Sacerdotium; ac proinde non videatur verum quod ſemper fuerit Sacerdos: quia interruptio illa utpote breviſſima, pro nulla reputatur.

Non obſtat etiam quo minus dicatur æternum ejus Sacerdotium, quod poſt diem judicii non ſit amplius nec per ſe nec per ſuos ſacrificaturus. 1. Quia ly æternum phraſi ſcripturæ ſæpe accipitur pro dura-

Dicitur Sacerdos in æternum; quia ſacerdotium ejus perſeverabit uſque ad finem mundi bono tamen

ſenſu dici etiam poteſt perſeveraturum poſt finem mundi atque adeo ſumendo æternum ſtricte.

duratione uſque ad finem mundi, imo aliquando ſumitur pro perpetua aliqua duratione in certo rerum ſtatu. Ita Aaroni & ſemini ejus ſempiternum promittitur Sacerdotium Exod. 18. Cum tamen tantum duraverit ad novam legem, & de obſervantia Sabbathi ibid. dicitur cap. 31. *Pactum eſt ſempiternum inter me & Filios Iſrael*. Cum tamen ejus obſervatio finita ſit cum nova Chriſti lege. Itaque dici poteſt Chriſtus appellari Sacerdos in æternum, quia ejus Sacerdotium duraturum erat, quamdiu ſacrificia erant Deo offerenda, hoc eſt uſque ad finem mundi. 2. Poteſt etiam dici Sacerdos in æternum ſumendo æternum ſtricte pro duratione nunquam finienda: tum quia effectus Sacrificii ab eo oblati, qui eſt æterna Beatorum ſalus, ſemper perſeverabit; tum quia in Chriſto ſemper manebit poteſtas Sacerdotalis, licet non ſit amplius ad actum redigenda.

Exiſtens in vita vere & proprie Patrem ſuum oravit.

402. Chriſtus exiſtens in hac vita mortali vere & proprie Patrem ſuum oravit, videtur de Fide ex variis Scripturæ locis orationem Chriſto ſimpliciter tribuentibus, Lucæ 6. *Exiit in montem orare & erat pernoctans in oratione Dei*. Matth. 14. *Dimiſſa turba aſcendit in montem ſolus orare*. Oravit autem non tantum pro aliis ſed etiam pro ſe. Quod pro aliis patet ex Lucæ 22. ubi Chriſtus Petro dicit: *Rogavi pro te ut non deficiat fides tua*. Et cap. 23. orans pro crucifixoribus ſuis ait *Pater dimitte illis*, & Io. 17. ſpeciatim orat pro Diſcipulis, & iis qui per ipſum credituri erant. Quod pro ſe liquet ex Marci 14. ubi dicitur *Orabat ut ſi fieri poſſet tranſiret ab eo hora*, & Io. 17. *Pater venit hora clarifica Filium tuum*. Et ad Heb. 5. de Chriſto ait Apoſtolus: *Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum qui poſſit illum ſalvum facere à morte cum clamore valido & lacrymis offerens exauditus eſt pro ſua reverentia*.

Dices nemo prudens poſtulat, id quod jam ſcit certò futurum eſſe aut certo non eſſe futurum: atqui Chriſtus per ſcientiam infuſam & beatam certo ſciebat quæcumque erant futura aut non futura: ergo. R. inter alia quæ Chriſtus ſcivit futura, ſcivit quædam eſſe futura propter orationem ſuam: ideoq; oratio-

tionem ejus non fuiſſe imprudentem aut ſuperfluam.

Chriſtus etiam nunc in cœlo exiſtens vere & proprie pro nobis orat: ita communius Theologi contra Med. Vaſq. Becan. Lugo, & alios affirmantes Chriſtum in cœlo orare tantum interpretative quatenus orationes ejus fuſæ pro nobis in hac vita mortali, & omnia ejus merita perſeverant objective in mente Dei, eumque movent ad varia beneficia nobis conferenda contra quos. Et etiamnum in cœlo exiſtens vere & proprie pro nobis orat.

Prob. concl. 1. ex Script. ad Rom. 8. ubi de Chriſto dicitur: *Qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis &c.* ad Heb. 7. *Semper vivens ad interpellandum pro nobis*, 1. Ioan. 2. *Advocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum*, quæ loca & ſimilia juxta regulam traditam ab Aug. lib. 3. de doct. Chriſ. intelligi debent in ſenſu proprio cum nullum inde abſurdum ſequatur. 2. Ex PP. Cypriano lib. 4. epiſtola 4. *Habemus*, inquit, *advocatum & deprecatorem pro peccatis noſtris Ieſum Chriſtum*. Ambroſ. in cap. 8. ad Rom. *Semper cauſas noſtras agit apud Patrem, cujus poſtulatio contemni non poteſt, quia in dextera Dei eſt*, Auguſt. in Pſal. 85. ubi ſic loquitur de Chriſto in cœlis exiſtente, orat pro nobis ut Sacerdos noſter: orat in nobis ut caput noſtrum: oratur à nobis ut Deus noſter &c. 3. Ratione quia in cœlo exiſtens eſt adhuc Pontifex, Mediator, & Advocatus noſter: atqui orare ſpectat ad officium Pontificis & Mediatoris, & advocati: ergo &c.

§. V.

De Adoratione Chriſti ac Sanctorum eorumque Imaginum ac reliquiarum.

403. Adoratio eſt honor alteri exhibitus in proteſtationem noſtræ erga illum ſubmiſſionis ob aliquam ejus excellentiam, minus late patet quam honor: hic enim etiam æquali exhibetur: illa vero ſoli ſuperiori; & quidem ſtrictiſſime ſumpta ſoli Deo. Adoratio eſt nota ſubmiſſionis erga alterum ob ejus excellentiam.

Ad eam varii actus concurrunt 1. æſtimatio de al-

Ad quam varii actus concurrunt.

terius excellentia: 2. judicium de ſubmiſſione illi ob eam debita: 3. voluntas ſe ſubmittendi, & ſignum aliquod practicum iſtius ſubmiſſionis exhibendæ: 4. exhibitio talis ſigni, ut genuflexionis, inclinationis &c. atque in his duobus poſtremis actibus formaliter conſiſtit adoratio: in 3. quidem tanquam in actu interno imperante. In 4. autem tamquam in actu externo imperato: ita ut alii duo habeant ſe tantum præſuppoſitive.

Objectum materiale *quod* adorationis eſt ſignum practicum ſubmiſſionis. Objectum materiale *cui* eſt perſona cui exhibetur ſubmiſſio. Objectum formale propter quod, eſt iſtius perſonæ excellentia propter quam ei ſubmiſſio exhibetur.

Perfici poteſt ſolis actibus internis.

Poteſt adoratio perfici ſolis actibus internis. Ita Bellar. Suar. & alii communius contra Vaſq. idque ſufficienter colligitur ex ſcriptura, quæ paſſim Angelis adorationem tribuit reſpectu Dei. Non poſſunt enim Angeli mere ſpirituales adorare Deum actu aliquo externo ſtricte loquendo. Poſſunt tamen loco actus externi aſſumere actum aliquem internum ad teſtandam ſubmiſſionem ſuam erga Deum. Imò & nos idem præſtare poſſumus dicendo interius in eundem finem v.g. adoro te. Tenemur tamen ſuo loco & tempore exhibere Deo uti & Chriſto ac ſanctis externum aliquod ſubmiſſionis ſignum.

Dividitur ex parte actus in internam & externam, ex parte autem perſonæ adoratæ in latriam, duliam & politicam.

404. Dividitur adoratio ex parte actus in internam & externam. Interna eſt quæ ſiſtit in actu interno, qualiter Angeli adorant Deum. Externa eſt quæ adhibet externum aliquod ſubmiſſionis ſignum ut genuflexionem, inclinationem capitis &c. 2. Ex parte autem perſonæ cui exhibetur adoratio, dividitur in latriam, duliam, & politicam. Latria eſt quæ Deo exhibetur ob increatam & infinitam ejus excellentiam. Dulia eſt qua coluntur ſancti ob excellentiam ſupernaturalem creatam. Politica eſt quæ defertur viris Principibus, ſapientibus &c. ob potentiam, ſapientiam, aut aliquam aliam excellentiam naturalem Sic Abraham dicitur adoraſſe filios Heth Gen. 23. & Berſabee Regem David 3. Reg. 1.

405. De Fide eſt hunc hominem, demonſtrato

Digitized by Google

Chriſto, adorandum eſſe latria. Ita definitum eſt in Conc. Epheſ. can. 4. ubi dicitur anathema ei qui audet dicere aſſumptum hominem coadorari oportere Deo Verbo tamquam alterum cum altero; & non potius una adoratione honorificari Emmanuelem, ſecundum quod Verbum caro factum eſt. Et in Synodo 5. can. 9. damnantur, qui introducunt duas adorationes, unam quæ ſeorſim Deo verbo: & alteram quæ ſeorſim homini exhibeatur. Et concluſionem evincit ipſa ratio, quia hic homo Chriſtus ſimpliciter eſt Deus.

Hic homo demonſtrato Chriſto, adorandus eſt latria, quia hic homo Chriſtus ſimpliciter eſt Deus.

406. Ipſa etiam humanitas Chriſti adoranda eſt cum Verbo cultu latriæ, ita ut humanitas una cum Verbo latriam terminet tanquam partiale illius objectum, non quidem propter ſe, ſed propter increatam excellentiam Verbi cum quo conjuncta eſt. Eſt communis & certa, & juxta aliquos etiam de fide ex eadem Synodo 5. can. citato; ubi dicitur anathema ei, qui non una adoratione Deum Verbum incarnatum cum ejus carne adorat & ex 7. Synodo act. 6. aſſerente non ſeparandam eſſe humanitatem à divinitate, cum adoratur Chriſtus: ſed utrumque ut unum adorari latria. Item ex Patribus ac nominatim Damaſ. l. 4. de fide cap. 3. ubi docet carnem quidem eſſe per ſe inadorabilem, ut Verbo autem conjunctam ſimul eadem adoratione adorari: *non enim*, inquit, *carnem nudam adoramus*, *ſed carnem Dei*, id eſt incarnatum Verbum. Aliorum Patrum verba reperies apud Vaſq. Suar. Petau. &c. eandem veritatem ſuadet etiam ratio 1. quia humanitas cum Verbo intrinſece conſtituit unum & idem eſſe perſonale, ad quod indiviſibiliter adoratio dirigitur, ac proinde una cum Verbo partialiter terminat adorationem.

Ipſa etiam humanitas ſimul cum Verbo adoratur cultu latriæ ita ut iſtam adorationem particulariter terminet quia cum Verbo conſtituit unum & idem eſſe perſonale.

Nec refert quod latria debeatur ſoli Deo: humanitas autem unita Verbo remaneat creatura: quia inde tantum ſequitur quod non debeatur humanitati ut objecto primario, qualiter debetur Deo: ſed tantum ut ſecundario & concomitanter ad primarium, propter increatam excellentiam ipſi communicatam per unionem hypoſtaticam cum Verbo.

Non tamen adoratur eodem modo: Verbum enim primario & per ſe adoratur, hæc autem tantum ſc.

 407. Quam-

Digitized by Google

cundario & velut per accidens, quippe quæ ſolum adoretur concomitanter.

407. Quamvis humanitas Chriſti adoretur una cum Verbo cultu latriæ, non tamen adoratur eodem modo quia Verbum eſt objectum primarium ac per ſe adorationis non ſolum materiale, ſed etiam formale, cum adoretur propter increatam excellentiam ſibi intrinſecam. Humanitas autem eſt tantum objectum ſecundarium & velut per accidens, quippe quæ ſolum adoretur concomitanter, quatenus eſt aliquid perſonæ, quæ per ſe directe adoratur: unde varii poſt Epiphanium dicunt humanitatem Chriſti coadorari potius quam adorari.

408. Ipſa humanitas ſecundum ſe ſumpta, & ut per intellectum præciſa à Verbo, poteſt adorari cultu inferiori ob perfectiones ſuas creatas, v.g. ob gratiam habitualem, dona Spiritus S. &c. Ita communiter Theologi poſt S. Thomam hic a. 2. ad 1. Vbi docet humanitati ita conſideratæ deberi adorationem duliæ, non qualiſcumque, ſed excellentis, quæ hyperdulia vocatur. Ratio eſt, quod quælibet excellentia poteſt eſſe ratio ob quam exhibeatur cultus ei proportionatus: in Chriſti autem humanitate præter excellentiam increatam ei communicatam per unionem hypoſtaticam, inveniatur etiam creata orta ex gratia habituali aliiſque donis ſupernaturalibus.

Concilia & Patres tantum volunt in adoratione Chriſti non eſſe ſeparandum Chriſtum ut hominem à Verbo tamquam alterū ab altero.

409. Dices Concilia & PP. dicunt in adoratione Chriſti non eſſe ſeparandam humanitatem à Verbo: & damnant eos, qui introducunt duas adorationes; unam Chriſti ut Dei: alteram Chriſti ut hominis, ſeu ipſius humanitatis: R. ſolum velle contra Neſtorianos in adoratione Chriſti non eſſe ſeparandum Chriſtum ut hominem à Verbo, tamquam alterum ab altero, ſeu tamquam perſonam à perſona; ſed Deum hominem, & conſequenter humanitatem ſimul cum divinitate una latriæ adoratione colendam eſſe juxta præcedentes concluſiones. Cæterum in praxi non eſt mentaliter præſcindenda humanitas Chriſti à divinitate, ut dictus cultus inferior ei deferatur.

Sanctos, qui ſunt in cœlo adorandos

410. Sancti in cœlo regnantes adorandi ſunt, licet non eodem cultu ac Deus. Eſt de fide contra Vald. Luther.

Luther. & Calv. & Prob. 1. exemplo virorum ſanctorum, qui in ſcriptura leguntur adoraſſe Angelos; ut Abraham gen. 18. Loth, gen. 19. Ioſue cap. 5. libri Ioſue 2. ex traditione & perpetua praxi Eccleſiæ, 3. ex 7. Synodo act. 9. & Trident. ſeſſ. 25. in decreto de invocatione ſanctorum, ubi hæc veritas definita eſt. 4. ex PP Cyp. lib. 4. epiſt. 5. *Martyrum*, inquit, *paſſiones & dies anniverſaria commemoratione celebramus.* Ambr. ſerm. 6. in fine. *Quiſquis honorat Martyres, honorat & Chriſtum: & qui ſpernit Sanctos, ſpernit & Dominum*. Hier. in Epiſt. ad Riparium. *Honoramus ſervos, ut honor redundet in Dominum*. Aug. ſerm. 1. de Sanctis Petro & Paulo. Vbi ait, *beatiſſimum Petrum Piſcatorem modo genibus provolutis adorat gentium multitudo*. Et Epiſt. 44. *Oſtendatur mihi Roma in tanto honore templum Romuli, in quanto ibi oſtendero memoriam Petri. In Petro quis honoratur, niſi ille defunctus pro nobis*. Aliorum PP. verba reperies apud Bellarm. lib. 1. de ſanctorum beatitudine cap. 15. Ipſa etiam ratio hanc concluſionem demonſtrat: quia cuilibet perſonæ exhiberi poteſt cultus ejus excellentiæ proportionatus: atqui Sancti in cœlo regnantes habent ſpecialem aliquam excellentiam ex Sanctitate inamiſibili & æterna poſſeſſione ſummi boni: ergo &c.

eſſe non tamen eodem cultu ac Deum, de fide eſt ex Syn. 7. act. 7. & ex Trid. ſeſſ. 25. in decreto de invocatione Sanctorum.

411. Ob. 1. cum ſectariis varia ſcripturæ loca in quibus videtur cultus Sanctorum improbari. 1. Enim Deut. 6. dicitur *Deum tuum adorabis & illi ſoli ſervies*, 2. Eſter. 13. Mardochæus noluit adorare Aman. ne ut ipſe aſſerit honorem Dei ſui transferret ad hominem, aut quempiam adoraret excepto Deo ſuo. 3. Petrus actor. 10. Cornelium centurionem adorandi cauſa ante ſe procidentem elevavit, dicens: *Surge, & ego ipſe homo ſum*: quibus verbis videtur ſignificare hominem non eſſe adorandum. 4. Apoc. 19. Angelus Ioanni volenti ipſum adorare dixit: *Vide ne feceris, conſervus enim tuus ſum... Deum adora*. Idemque habetur cap. 22. 5. ad Coloſſ. 2. *nemo*, inquit Apoſtolus, *vos ſeducat volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit, ambulans &c.* Vbi videtur quoſdam reprehen-

Explicantur varia ſcripturæ loca ab adverſariis obiecta.

dere, qui Angelis cultum exhibebant.

Ad 1. R. ibi agi de cultu latriæ; qui ſoli Deo debetur: ad 2. R. vel Aman exegiſſe cultum latriæ, ut volunt S. Thomas, Bellar. & alii, & colligitur ex eo quod poſtularet genuflexionem, quæ ex uſu Iudæorum ſoli Deo exhibebatur. Vel certe ipſum more gentis in collo ac veſtibus varia idola geſtaſſe; ac proptereа noluiſſe Mardochæum coram illo genua flectere, ne videretur iſta idola venerari. Ad 3. R. Petrum recuſaſſe adorationem ex humilitate: non autem ex eo quod putaret hoc eſſe illicitum. Ad 4. R. Angelum recuſaſſe iſtum honorem non ut illi ortum ſed ut oſtenderet quanti faceret naturam humanam poſt Incarnationem Verbi divini, ac nominatim quanti æſtimaret Chriſti Apoſtolos pariter ut Angelos deſtinatos ad procurandam Dei gloriam. Quæ reſponſio confirmatur ex eo quod Ioannes non obſtante hac prohibitione iterum voluit Angelum adorare ut habetur cap. 22. quod nunquam tentaſſet, ſi credidiſſet hanc adorationem ſibi prohiberi ut illicitum. Ad 9. R. Apoſtolum ibi agere contra quoſdam hæreticos, qui hauſto à Platonicis errore docebant Angelos eſſe à Deo independentes, conditores hujus mundi, & ideo latriæ cultu adorandos, ex quorum reliquiis videntur proceſſiſſe hæretici illi, quos damnat Concilium Laodic. can. 35. tanquam idololatras. Nam quod venerationem ſanctorum ibi non improbet, patet ex can. præced. ubi dicitur: *non oportet Chriſtianum derelictis Martyribus Chriſti ire ad falſos Martyres*. Per quod ſignificat veros Chriſti Martyres ſive eorum ſepulchrum aut reliquias adiri poſſe venerationis & invocationis cauſa.

Patres afferentes nec Angelos nec Sanctos eſſe adorandos intelligendi ſunt de cultu latriæ.

412. Ob. 2. Cum iiſdem Sectariis aliquot Patres 1. Athan. ſer. 3. contra Arianos docet neque Angelos neque homines ſanctos adoratione colendos eſſe. 2. Epiph. hæreſi Collydit. ſæpius repetit Mariam non eſſe adorandam, ſed ſolum Deum. Auguſt. lib. de vera Relig. cap. 55. dicit: *Non ſit nobis Religio cultus hominum mortuorum: quia ſi piè vixerunt, non ſic habentur ut tales quærant honores: ſed illum à nobis coli volunt, quo illumi-*

illuminante lætantur meriti ſui nos eſſe conſortes.

Reſp. Patres illos locis citatis intelligendos eſſe de cultu latriæ, qui ſoli Deo debetur. Poſſe enim ex illorum mente ſanctos coli cultu aliquo inferiore quem jam explicabimus, & duliam vocamus, conſtat ex variis eorum locis ſupra allatis, aliiſque apud Bellar. loco citato.

413 Adorandi ſunt ſancti cultu duliæ qui eſt medius inter cultum latriæ, qui ſoli Deo debetur, & politicum, qui principibus, aliiſque viris excellentibus; ita ut ſit major politico; & non inferior latria. Cultus enim debet reſpondere excellentiæ propter quam exhibetur: excellentia autem ſanctorum eſt inferior increata, & major pure humana & naturali.

Cultus debitus ſanctis eſt cultus duliæ medius inter cultum latriæ & politicum.

Nec refert quod latria & dulia vi vocis idem prorſus ſignificent, videlicet ſervitutem, adeoque non videatur ratio cur unum tribuatur ſoli Deo: alterum autem ſanctis. Quia licet hoc verum ſit; ex uſu tamen Eccleſiæ latria accipitur pro cultu ſummæ ſervitutis, quæ ſoli Deo debetur ob ſummam & infinitam ejus excellentiam. Dulia autem pro cultu aliquo inferioris ſervitutis, quo nos Sanctis ſubmittimus ob ſupernaturalem eorum excellentiam ortam ex gratia, viſione beatifica, aliiſque donis ſupernaturalibus. Quia verò beatiſſima Virgo ex Maternitate Dei contrahit ſpecialem aliquam excellentiam, qua cæteros ſanctos tranſcendit; idcirco ſpeciali etiam cultu adoratur, qui recte vocatur hyperdulia; eo quod ſit major cultu quo cæteros ſanctos veneramur.

Quamvis latria & dulia vi vocis idem ſignificent, ex uſu tamen Eccleſiæ latriâ attribuitur Deo dulia Sanctis.

414. Licitum eſt ac pium ſanctos in Cœlo regnantes invocare ſive Angeli ſive homines; eſt de fide contra prædictos Hæreticos. Prob. 1. ex ſcriptura referente invocationem Angelorum, & virorum ſanctorum. Gen. 49 Iacob benedicens Filiis Ioſeph, ait *Angelus qui me eruit de cunctis malis benedicat pueris iſtis*. Iob. cap. 30. *Si fuerit Angelus loquens pro eo unus de millibus miſerebitur ejus, & dicet libera eum.* Exod. 32. Moyſes ſic Deum orat *Recordare Domine Abraham, & Iſaac ſervorum tuorum*, & Dan. 3. *Ne auferas miſericordiam tuam à nobis*

De fide eſt licitum eſſe Sanctos invocare ex Scrip. Conc. & PP.

propter Abraham dilectum tuum , & Iſaac ſervum tuum , & Iſrael Sanctum tuum . Quibus locis Abraham, Iſaac, & Iacob adhibentur tanquam interceſſores apud Deum imo non raró in ſcriptura Sancti adhuc viventes invocantur : nam lib. 1. Reg. Filii Iſrael dicunt ad Samuelem: *Ne ceſſes pro nobis clamare ad Deum Dominum noſtrum ut ſalvet nos de manu Philiſtinorum* . Et Iobi ultimo Deus dicit: *Ite ad Servum meum Iob , & ipſe orabit pro vobis* . Et Paulus ad Rom. 15. ait : *Obſecro vos Fratres ut adiuvetis me in orationibus pro me ad Deum* . Ergo multo magis licet invocare Sanctos jam in cœlo regnantes.

Prob. 2. Ex Conciliis. Patres Concilii Chalced. act. 11. dicunt *Flavianus poſt mortem vivit : Martyr pro nobis oret* ; & in 6. Syn. c. 7. dicitur *Deo ſolo Creatore adorato* (videlicet cultu latriæ) *invocet Chriſtianus ſanctos , ut pro ſe intercedere apud Majeſtatem divinam dignentur* . Et in 7. Syn. act. 6. in fine ſic habetur: *cum timore omnia agamus poſtulantes interceſſiones incontaminatæ Deiparæ : item Sanctorum Angelorum , omniumque Sanctorum* .

Prob. 3. Ex Patribus Hilario in Pſalm. 129. *Interceſſione Angelorum non natura Dei indiget , ſed infirmitas noſtra* . Ambroſ. lib. de viduis ultra medium. *Obſecrandi ſunt Angeli , qui nobis ad præſidium dati ſunt , Martyres obſecrandi quorum videmur nobis quodam corporis pignore patrocinium vendicare* . Hieron. in epitaphio Paulæ *Vale* : inquit , *ò Paula , & cultoris tui ultimam ſenectutem orationibus juva* . Auguſt. tract. 84. in Ioan. ideo quippe : *Ad ipſam menſam non ſic eos* (videlicet Martyres) *commemoramus , quemadmodum alios , qui in pace requieſcunt , ut etiam pro eis oremus , ſed magis ut ipſi pro nobis orent* ; & ſerm. 17. de verbis Apoſtoli : *injuria eſt pro Martyre orare , cujus nos debemus orationibus commendari* .

Vnus quidem tantum eſt primarius media-

415. Ob. 1. Cum hæreticis invocationem Sanctorum injurioſam eſſe Chriſto ; quia tunc plures eſſent mediatores apud Deum : cum tamen Apoſtolus 1. ad Tim. 2. dicat : *Vnus eſt mediator Dei & homi-*

hominum homo Chriſtus Ieſus. 2. Sanctos jam defunctos non cognoſcere preces viventium; adeoque fruſtra invocari. 3. Deum paratiſſimum eſſe nos exaudire, noſque magis diligere quam diligant Sancti: ac proinde ſuperfluam eſſe eorum invocationem.

Ad 1. R. nullam injuriam Chriſto fieri per invocationem Sanctorum: neque enim invocamus Sanctos, ut fungantur vice Chriſti; vel Chriſtum adjuvent ad impetrandum, ſed ut intercedant apud Chriſtum & Deum, ut obtineamus, quæ poſcimus. Quod autem dicit Apoſtolus unum eſſe Mediatorem Dei & hominem Ieſum Chriſtum: Id intelligendum eſt de Mediatore primario, & in ordine ad genus humanum Deo reconciliandum per mortem ſuam, cum quo ſtat quod ſancti ſive Angeli ſive homines poſſint eſſe ſecundarii mediatores ad varia bona nobis impetranda, & vero Moyſes Deut. 5. adhuc vivens de ſeipſo dicit: *Ego ſequeſter & medius fui inter Dominum, & vos in tempore illo*. Quanto igitur magis jam ipſe aliique in Cœlo regnantes poterunt tanquam ſecundarii mediatores intercedere pro nobis.

...tor inter Deum & homines Chriſtus Ieſus: poſſunt tamen eſſe plures ſecundarii mediatores.

Ad 2. R. Beatos nos preces viventium ad eos directas vel ſtatim ab initio ſuæ creationis per ſpecies ſibi à Deo infuſas repreſentantes illis futuras iſtas orationes, vel in decurſu temporis per ſpecialem Dei revelationem dum preces noſtras ad illos fundimus Dici etiam poſſet, quod inſinuat Auguſtinus lib de cura pro mortuis cap. 15. Angelos mira celeritate hinc ad Cœlum aſcendentes & inde ad nos redeuntes, preces noſtras ad eos referre. Quod autem dicitur Eccleſ. 9. *Viventes ſciunt ſe morituros: mortui autem nihil noverunt amplius*. Intelligendum eſt de cognitione naturaliter habita, videlicet mortuos non cognoſcere naturaliter quid agant vivi in terra: cum quo ſtat quod poſſint id ſupernaturaliter cognoſcere.

Beati cognoſcunt preces noſtras vel per ſpecies ab initio ſibi à Deo infuſas vel ſpecialem Dei revelationem, dum illos oramus.

Ad 3. R. licet Deus paratus ſit nos exaudire, & ipſe nos magis diligat, quam ullus Sanctorum: adhuc tamen magis paratus eſt audire Sãctos, quam nos, & illos magis quam nos diligit. Deinde decrevit varia nõ aliter nobis concedere, quam per interceſſionem SS.

Licitum ac pium eſſe exponere Sanctorum Imagines illaſque venerari, conſtat ex antiquiſſimis conciliis & perpetuo uſu Eccleſiæ.

416 Licitum ac pium eſt habere ſacras Chriſti ac Sanctorum Imagines tam in templis, quam extra: illoſque venerari cultu infra explicando. Eſt de fide varios hæreticos, quorum aliqui ut Lutherani, licet Imagines in templis admittant ad ornatum, eorum tamen venerationem, ut idololatriam execrantur. Calviniſtæ verò nequidem in templis volunt poſſe ad ornatum exponi, ſed tantum in domibus prophanis. Vbique autem eorum cultum ut idololatriam cum Lutheranis deteſtantur, contra quos.

Prob. concluſio 1. ex 7. Synodo generali habita circa annum Chriſti 787. ſub Adriano I. ubi id expreſſe contra Iconoclaſtas definitum eſt Item ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. decreto de invocatione Sanctorum. 2. Ex perpetuo Eccleſiæ uſu, qui colligitur tum ex Patribus infra citandis: tum ex hiſtoriis fide digniſſimis. 1. enim ipſemet Chriſtus teſte Evagrio lib. 4. cap. 26. Imaginem ſuam tranſmiſit ad Regem Abagarum, quam à ſe viſam teſtatur Leo lector in 7. Synodo act 5. 2. Hemorroiſſa à Chriſto ſanata, ſtatuam illi erexit, quam ſe vidiſſe teſtatur Euſeb. lib. 7. cap 14. additque herbam ad ejus baſim creſcere ſolitam, quæ habebat vim ſanandi morbos omnes ubi attigiſſet fimbriam veſtimenti ejuſdem ſtatuæ. 4. Variis locis aſſervantur Imagines B. Virginis quas à S. Luca depictas fuiſſe fert antiquiſſima traditio. 4. Tertullianus lib. de pudicitia teſtatur ſuo tempore hoc eſt initio tertii ſæculi in calicibus depictum fuiſſe Chriſtum ſub forma boni Paſtoris. 5. Lactantius qui floruit ſub finem 3. ſæculi in ſuo carmine de Paſſione Domini docet imaginem Chriſti crucifixi more noſtro in templis fuiſſe collocatam.

Item ex Patribus ac nominatim Auguſtino.

417 Prob. 3: ex Patribus Baſilio relato in 7. Synodo act. 2. *Hiſtorias*, inquit, *Imaginum illorum honoro, & palam adoro: hoc enim nobis traditum à Sanctis Apoſtolis, non eſt prohibendum*. Chryſoſt. in liturgia: *Sacerdos ad imaginem Chriſti caput inclinet*. Auguſt. lib. de conſenſu Evang. cap. 10. teſtatur ſuo tempore multis in locis cerni Chriſtum depictum inter Apoſtolos Petrum & Paulum, & lib. 3. Trin. cap. 10. loquens de ſignis ſacris, quales ſunt

Ima-

Imagines Chriſti ac Sanctorum, dicit ea poſſe per homines honorari tamquam religioſa ſigna, & lib.2. de doct. Chriſt. cap.15. ait picturas & ſtatuas pertinere ad ſuperflua inſtituta hominum, exceptis iis, quæ ob finem bonum ſuo loco & tempore proponuntur ab eo qui habet authoritatem, Greg. lib.7. Epiſt. 53. ad Secundinum docet imaginem ſacram honorandam eſſe etiam proſtratione ad terram, non tamen ut Deum., Damaſc. libr. 4. de fide cap. 10. dicit eſſe Apoſtolicam traditionem cultum Imaginum. Plures alios vide apud Bellarm. Vaſq. Petav. & alios.

Prob. 4. ratione quia uſus Imaginum, nec lege naturali, nec poſitiva prohibitus eſt. Non naturali, cum nullam habeat intrinſecam malitiam, ut patet ex eo quod Deus, qui in lege naturæ diſpenſare non poteſt, in veteri Teſtamento juſſerit fieri variarum rerum imagines, ut Cherubinorum Exod. 25. ſerpentis æneі Num. 21. Vbi ſanabantur qui ad eum aſpiciebant, utique cum aliqua veneratione. Non etiam poſitiva, cum nulla lex extet hunc uſum prohibens ſaltem in novo Teſtamento. Aliunde uſus ſacrarum Imaginum eſt valde utilis fidelibus 1. enim valet ad rudiorum inſtructionem. 2. Ad memoriam eorum quæ egerunt Martyres aliique Sancti. 3. Ad excitandam devotionem ac venerationem erga Chriſtum & ſanctos, qui in illis coluntur. 4. Denique ad imitationem eorum, quæ repræſentant.

Ratio etiam id perſuadet.

418 Licitum etiam eſt habere imagines Dei & Angelorum. Ita Catholici omnes contra quoſdam hæreticos qui ſolas Dei & Angelorum imagines ut illicitas reſpuunt, & quidem quod ſpectat ad Angelos eſt etiam de fide, quia id etiam definitum eſt in 7. Synodo act. 7. de Deo autem quamvis nulla extet de hac re definitio, temerarium tamen eſſet & erroneum id negare, cum videatur eadem ratio imaginũ Dei & Angelorum. Si quid enim obſtaret quo minus pingi poſſent illorum imagines, eſſet quod Deus & Angeli ſint incorporei, adeoque non poſſint per coloras & figuram ſenſibilem verè repræſentari:

Licitum etiam eſt ac pium habere Imagines Dei & Angelorum repræſentantes figuram in qua aliquando apparuerunt aut exprimentes aliquas eorum perfectiones.

Digitized by Google

tari : atqui hoc non obſtat, cum eorum imagines non pingantur ad eorum formam, ut in ſe eſt: repræſentandam, quod ſcitur eſſe impoſſibile: ſed ad repræſentandam figuram in qua aliquando apparuerunt: vel ad figurate exprimendas eorum perfectiones, ſic enim Angelorum promptitudo ac velocitas per alas repræſentantur, & vigor per formam juvenis.

419 Ob. 1. Exodi 20. præcipitur: *Non facies tibi ſculptibile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in Cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum*. Idem reperitur Deut. 5. & alibi. R. 1. iſtis locis non prohiberi omnem prorſus Imaginem ut patet ex eo quod Moyſes dato hoc præcepto juſſus ſit facere duos Cherubim ex utraque parte Arcæ. 2. Dato quod Iudæis ad idolatriam valde propenſis prohibitæ fuerint omnes imagines per ſe ſtantes, ſive non additæ alteri per modum ornamenti, vel appendicis; hoc tamen præceptum non fuit naturale, ſed tantum per accidens illis impoſitum ob periculum idololatriæ in quam multum propendebant, quod proinde ceſſare debet in lege nova, ceſſante jam iſto periculo. 3. Dici poteſt cum S. Thoma & aliis communiter ibi tantum prohiberi ne fiant ſtatuæ aut imagines adorandæ cultu latriæ inſtar Deorum. Quod ſatis exprimitur Levit. 26. dum poſt hæc verba: *Non facietis vobis idolum & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra*. Continuato additur *ut adoretis eum*, videlicet cultu latriæ, ut faciebant ceteræ nationes. Vnde probabilis eſt licitum fuiſſe etiam judæis ſtatuas & imagines per ſe ſtantes effingere in iis locis & circumſtantiis, in quibus aberat periculum idololatriæ. Certè Moyſes juſſu Dei erexit ſerpentem æneum, qui permanſit uſque ad tempora Ezechiæ, qui illum confregit, ut occaſionem idololatriæ Iudæis ſubtraheret, qui thus illi adolebant, ut dicitur lib. 4. Reg. cap. 18.

Prohibitæ ſunt Iudæis Imagines, nominatim per ſe ſtantes, ob periculum idololatriæ in quam multum propendebant.

420 Ob. 2. Concilium Eliberitanum can. 36. docet in Eccleſia picturas eſſe non debere, & vetat ne pingatur in parietibus, id quod colitur & adoratur. R. cum Bellarmino non prohiberi illic abſolute uſum

Concilium Eliberitanum tantum vetat, ne Imagines

uſum imaginum in templis; ſed tantum ne pingantur in parietibus; idque ob duplicem cauſam. 1. Quia ſæpe accidebat ut parietum decruſtatione fierent deformes & ridiculæ. 2. & præcipuè quia ſic depictæ non poterant amoveri, unde fiebat ut tempore perſecutionis non raro exponerentur ludibrio gentilium. Adde hoc Concilium non fuiſſe generale, nec unquam à Pontifice Romano approbatum. Cæterum cum habitum fuerit initio quarti ſæculi conſtat impudenter mentiri Calvinum dum aſſerit non fuiſſe in templis uſum imaginum per quinque prima ſæcula.

Pingantur in parietibus, quia cum non poſſent amoveri, exponebantur Gentilium prophanationi.

421 Ob. 3. Duo Concilia Conſtantinopoli habita, alterum ſub Leone Iconomacho: alterum ſub Conſtantino Copronymo: in quibus definitum eſt illicitum eſſe colere imagines R. iſta Concilia non fuiſſe legitima, ſed conciliabula à ſeditioſis Epiſcopis ſub Imperatoribus Iconoclaſtis contra voluntatem Romani Pontificis coacta, & ſemper ab Eccleſia rejecta.

422 Ob 4. Concilium Francofordienſe, teſte Hincmaro & Sirmundo aliiſque pluribus ſcriptoribus damnavit 7. Synodum ob approbatum cultum imaginum. R. acta 7. iſtius Synodi ab Adriano ad Concilium illud tranſmiſſa ut approbarentur non fuiſſe recte translata de Græco ſermone in latinum, & continuiſſe hanc confeſſionem Conſtantini Conſtantiæ Epiſcopi perverſe expreſſam: *Suſcipio & amplector honorabiles, ſanctas & venerandas imagines, ſecundum ſervitium adorationis, quæ ſubſtantiali, & vivificæ Trinitati emitto &c.* Quod cum in iſtis actis legiſſent Patres Francofordienſes meritò damnarunt can. 2. his Verbis. *Allata eſt in medium quæſtio de nova Græcorum Synodo, quam de adorandis imaginibus Conſtantinopoli fecerunt, in qua ſcriptum habebatur, ut qui imaginibus Sanctorum ſicut Deificæ Trinitati ſervitium aut adorationum non impenderent, anathema iudicarentur: Qui ſupra Sanctiſſimi Patres noſtri adorationem & ſervitutem renuentes contempſerunt, atque conſentientes condemnarunt.* Ex quo patet Patres Francofordienſes non damnaſſe

Acta 7. Synodi ad Concilium Francoford. tranſmiſſa circa cultum imaginum fuerunt corrupte translata in latinum ſermonem, ideoque ibi rejecta.

Digitized by Google

naſſe cultum imaginum, ſed tantum cultum latriæ illis deferendum, ſicut defertur vivificæ Trinitati. Quem etiam cultum reprobarat 6. Synodus. Unde Concilium Francofordienſe reipſa conſentit iſti Synodo, nihilque damnat præter prædictam Confeſſionem Conſtantini Conſtantiæ Epiſc. perverſe ut dixi, de Græco ſermone in Latinum translatam. Græce enim ſic habetur, *Conſtantinus Sanctiſſimus Epiſcopus Conſtantiæ Cypri dixit: his conſentio & concors ſum ſuſcipiens & cum honore amplectens ſanctas & venerandas Imagines: ac latriæ adorationem ſoli ſuper ſubſtantiali ac vivificæ Trinitati defero &c.* Vide de hac re Sermundum & Petavium.

Patres in contrarium adducti à ſectariis tantum improbent ſacrificia more gentilium Imaginibus oblata.

423 Ob. 5. Aliquot Patres 1. Irenæus lib. 1. contra hæreſes cap. 15. inter errores Carpocratis & Gnoſticorum numerat quod haberent quoſdam Chriſti Imagines depictas, quas colebant & coronabant. 2. Epiphanius Eccleſiam quamdam ingreſſus, ut ipſe ſcribit ad Ioannem Ieroſolymitanum, cum vidiſſet pendens velum Imagine Chriſti aut alterius inſignitum; illud diſcerpſit: quia, inquit, videbam contra authoritatem Scripturæ in Eccleſia pendere Imaginem hominis.

Ad Irenæum R. ipſum id in eis reprehendere, quod dicerent has Imagines à Pilato factas, eaſque adjungerent Pythagoræ & Platonis Imaginibus, quibus more gentilium ſimul ſacrificabant, idem fere reſpondendum eſt ad Epiphanium hæreſi 79. ubi reprehendit eos qui ſtatuas hominum mortuorum ita adorabant, ut eis etiam ſacrificarent: ac nominatim ſtatuæ B. Virg. offerrent tortam panis in modum ſacrificii. Ad alterum autem ejus locum in objectione allatum R. 1. cum Bellarmino Epiſtolam illam quoad hoc videri ſuppoſititiam. 1. Imaginem illam non fuiſſe Chriſti nec ullius ſancti, ſed hominis ignoti, qui a populo per errorem colebatur.

Non eſt idololatria ſimul cum exemplari Imagines adorare.

424 Ob. 5. Idololatria eſt colere ligna & lapides, R. Idololatriam quidem eſſe, ita hæc adorare, ut credatur illis ineſſe aliqua Divinitas, vel adorare imagines creaturarum, tanquam Deorum more gentilium, non tamen illas adorare ſimul cum prototypo

typo

typo ſive Chriſto aut Sancto per eas repræſentato ; prout Concilia ac Patres præſcribunt, à quibus ſæpe hoc argumentum ſolutum eſt.

425. Ob. 6. Ethnici præſertim doctiores non crediderunt ligna & lapides eſſe Deos, ſed in ſtatuis coluerunt verum Deum per illas repræſentatum, ſicut Catholici faciunt: ergo Catholici adorando imagines Dei æque ſunt idololatræ ac illi ; ita Calv. lib. 5. inſt. cap. 11. R. n. antecedens conſtat enim ex Hiſtoriis ſacris ac prophanis plerosque idololatras ſua Idola pro Diis habuiſſe : idque patet ex Iſaiæ 42. *Qui dicunt conflatili vos Dii eſtis*, & Dan. 5. *bibebant vinum & laudabant Deos ſuos aureos & argenteos*. & Sap. 13. appellaverunt Deos opera manuum ſuarum. Fatendum tamen eſt aliquos e peritioribus Chriſtianorum argumentis convictos docuiſſe ſtatuas illas non eſſe Deos : & nihilominus circa illas varie erraſſe. 1. quia per illas repræſentabant falſos Deos. 2. Quia ſentiebant in iis Divinum aliquod numen habitare, ſicut anima eſt in corpore: & ideo ipſumet lignum eſſe adorandum, orandum &c. 3. Quia putabant non poſſe adiri Deos, nec quidquam ab iis impetrari niſi per ſimulacra, à quibus erroribus longe abſunt Catholici profitentes cum Trid. ſeſſ. 25. decreto de Invocatione Sanctorum, nullam ineſſe imaginibus virtutem intrinſecam : ab iis nihil eſſe petendum aut ſperandum, ſed à Deo, ſed à Chriſto, ſed à Sanctis quos repræſentant. Ideo autem aliquas imagines magis honorant quam alias, quia Deus ac Sancti variis gratiis ac miraculis teſtantur ſe velle ſpecialiter in quibuſdam honorari.

Licet Philoſophi gentiles non crederent idola eſſe Deos, varie tamen circa illorum cultum errabant.

426 4. Circa modum quo imagines adorandæ ſunt aut quomodo ad eas terminetur adoratio variæ ſunt Catholicorum ſententiæ. 1. docet ipſam imaginem nullo modo eſſe terminum adorationis ; ſed ſolum conditionem aut ſignum quo excitamur ad honorandum Sanctum quem repræſentant, ita ut actus adorationis ad illum totaliter dirigatur Hæc ſententio omnino rejicienda eſt. Quia conſtat ex Conciliis ſupra citatis imagines verè eſſe adorandas ; quod verum non eſſet ſi tantum haberent ſe ut con-

Non poteſt admitti quod Imagines non ſint terminus adorationis, ſed tantum ſig-

rum quo excitamur ad Sanctorum venerationem.

ditio vel ſignum rememorativum ad ſanctos quos repræſentant adorandos : nam ita excitare memoriam , non eſt adorari , ſicut ex eo quod homines ex aſtrorum aſpectu ſæpe provocentur ad eorum conditorem adorandum, non dicuntur propterea adorare aſtra .

427. Dices in 7. Synodo art. 2. & in epiſt. Adriani ad Imperator , dicitur : *non ipſum lignum adoratur , ſed quod in ligno ad contemplandum datur : & ita per recordationem veneratio exhibetur* & in Moguntino Concilio tempore Pauli 3. habito can. 41. approbatur uſus imaginum , *Dummodo* , inquit , *Paſtores noſtri populum accurate moneant imagines non ad id proponi , ut adoremus aut colamus eas.* R. in illa ipſa Synodo 7. & epiſt. Adriani ſæpius ſimpliciter dici imagines eſſe adorandas. Vnde locis citatis dum aſſerunt eas non eſſe adorandas, ſed earum exemplaria : tantum volunt adorationem non debere in ipſa imagine ſiſtere, ut termino ultimato & principali ; ſed hunc terminum debere eſſe ipſum exemplar per imaginem repræſentatum. Eodem modo explicandum eſt Concilium Moguntinum.

Adoratio non debet ſiſtere in ipſa imagine, ut termino ultimato & principali, ſed hic terminus debet eſſe exemplar per imaginem repræſentatum & hoc tantum volunt Patres 7. Synodi.

428. 2. Sententia priori extreme oppoſita vult non tantum poſſe imaginem ſimul cum ſuo exemplari adorari , ſed etiam ſeorſim ; ita ut ipſa ſit totalis terminus adorationis , exemplari tantum concurrente ut fundamento iſtius adorationis. Nullo etiam modo probanda eſt hæc ſententia 1. quia Concilia & Patres ſupra citati ſemper docent ſic adorandas eſſe imagines ut in illis adoretur exemplar quod repræſentat : quod non eſſet verum , ſi tantum eſſet ratio extrinſeca adorandi imaginem, ita ut ipſam adorationem ne quidem indirecte terminaret. 2. Quia adoratio eſt proteſtatio excellentiæ cum ſubmiſſione erga rem adoratam , ita ut includat aliquam profeſſionem ſuperioritatis illius , & ſervitutis noſtræ erga illam : ſed imago ſola non eſt capax talis cultus , cum ſit res inanimata , adeoque incapax ſuperioritatis proprie dictæ fundantis ſubjectionem . Ergo &c.

429. Dices legatus Regis poteſt ita adorari

propter

Digitized by Google

propter Regem, ut totaliter terminet adorationem, ſive ſic ut Rex nullo modo ſit terminus iſtius adorationis: ergo ſimiliter imago propter exemplar. R. N. C. Diſparitas eſt quod legatus etiam ut condiſtinctus à Rege ſit ſuppoſitum intellectuale de ſe capax ſuperioritatis, & conſequenter ſubmiſſionis & ſervitutis ſibi exhibendæ, eo ipſo quod in illo reperiatur aliqua excellentia ſive ab intrinſeco, ſive per reſpectum ad aliquid extrinſecum. At verò imago etiam ſumpta formaliter ſive ut repreſentativa, cum ſit inanimata, non eſt capax alicujus ſuperioritatis reſpectu naturæ intellectualis.

3. Sententia, quam late propugnat P. Vaſq. docet ſimul quidem imaginem cum ipſo exemplari adorandam, ſic tamen ut ſola ſigna externa v. g. genuflexio, inclinatio capitis &c. terminentur ad imaginem, internus verò ſubmiſſionis affectus ad ſolum exemplar. Hæc ſententia videtur etiam rejicienda. Quia ſi imago non terminaret ſimul cum exemplari actum internum adorationis; ſed ſolum externum, non verè adoraretur, quod eſt contra Concilia ac Patres adorationem Imaginibus ſimpliciter tribuentes: adoratio enim externa ſine interna non eſt vera adoratio. Conf. genuflexio, aut inclinatio facta v. g. ante parietem aut columnam aliquam in templo non habet rationem adorationis, quia actus internus adorationis non terminatur ad parietem aut columnam: ergo nec haberet rationem adorationis reſpectu Imaginis, ſi Imago non terminaret aliquo modo adorationem internam.

Si interna adoratione quidem ſecundario terminaretur ad Imagines, non vere adorarentur.

Dices non poſſumus ſubmittere nos rei inanimatæ, qualis eſt Imago, quia non poſſumus illam agnoſcere nobis ſuperiorem: ergo non poſſumus ad eam dirigere internum affectum ſubmiſſionis ſic ut vere ad eam terminetur. R. 1. Hoc argumento probari nequidem externum actum ſubmiſſionis ad eam dirigendum; quia illud etiam eſt aliquo modo ei ſe ſubmittere. 2. Non poſſe quidem nos ad eam ſolam propter propriam quamdam excellentiam internum ſubmiſſionis affectum; uti nec externum ejus ſignum dirigere: poſſe tamen utrumque fa-

Poſſumus nos ſubmittere Imagini non propter ſe ſed propter exemplar quod repræſentat.

cere propter excellentiam prototypi ſeu exemplaris quod repræſentat, ſic tamen ut ſubmiſſio tam interna quam externa ad Imaginem tantum terminetur ſecundario, & velut per accidens propter aliud: ad exemplar vero primario & per ſe.

Tam interna quam externa adoratio debet directe ad utrumque terminari: Primario quidem & propter ſe ad prototypon. tantum autem ſecundario, & propter prototypon ad imaginem.

430. 4. Sententia eaque communis aſſerit Imaginem ſimul cum ſuo exemplari directe eſſe adorandam: ſic ad utrumque per modum unius tam interna quam externa adoratio directe terminetur: primario quidem & per ſe ad ipſum exemplar: ſecundario autem & propter aliud ad Imaginem. Prob. 1. ex 7. Synodo ſæpius citata act. 4. dicente unicam eſſe adorationem prototypi, & Imaginis. Et infra *Chriſtiani*, inquit, *Imagines Chriſti & Martyrum tenentes . . . . videmur nobis Chriſtum ipſum & Martyres amplecti*. Quibus ſimilia habet Tridentinum ſeſſ. 25. de invocatione Sanctorum. Et ex Patribus qui agentes de adoratione Imaginum paſſim utuntur ſimilitudine regiæ purpuræ, qua Rex indutus ſimul cum illa adoratur. 3. Ratione quia Imago ſumpta formaliter ut eſt repræſentativa, facit quaſi unum moraliter cum ſuo prototypo: ergo ſimul cum illo adoranda eſt.

Submiſſio quam exhibemus Imagini non eſt abſoluta, ſed reſpectiva; quia fit tantum ex affectu teſtandæ ſubmiſſionis erga prototypon.

Dices non magis poſſumus nos directe ſubmittere rei inanimatæ propter excellentiam alterius, quam propter propriam: quia non poſſumus ideo illam agnoſcere nobis ſuperiorem: ergo non poſſumus nos ſubmittere Imagini propter excellentiam prototypi. R. non poſſe quidem nos ſubmittere rei inanimatæ propter excellentiam alterius ſubmiſſione aliqua abſoluta agnoſcendo ipſam abſolute tanquam nobis ſuperiorem. Poſſe tamen nos id facere ſubmiſſione aliqua reſpectiva; hoc nempe ſenſu quod ex affectu teſtandæ ſubmiſſionis erga prototypum exhibeamus ejus Imagini cultum quem ipſi exhiberemus, ſi adeſſet. Quamvis igitur adoratio ac proinde aliqua ſubmiſſio ac profeſſio ſervitutis exhibeatur Imagini, ut intentionaliter ſeu repræſentative con-

tinenti

tinenti ſuum exemplar: non tamen per hoc profitemur nos ſervos Imaginis, ſed ejus quem ipſa repræſentat. Sicut dum quis homagium præſtat legato ad hoc ſpecialiter à Rege deputato; licet vere ad eam poſtulatum honorem dirigat, non tamen per hoc agnoſcit ſe vaſallum legati, ſed ſolius Regis; quia nempe iſte honor primario & per ſe ad Regem dirigitur: ad Legatum autem tantum ſecundario & propter Regem quem repræſentat.

451 Petes 1. quo cultu aderetur Imago Chriſti, vel Dei, vel Sanctiſſimæ Trinitatis, dum ſimul cum ſuo prototypo adoratur? R. realiter loquendo adorari cultu latriæ; quandoquidem una & eadem ſit adoratio quæ ſimul defertur, & Imagini, & prototypo: prototypon autem adoretur cultu latriæ. Non eſt tamen ſimpliciter dicendus cultus latriæ reſpectu Imaginis, ſed tantum latriæ materialiter, aut latriæ reſpectivæ, in quantum nempe hic cultus illi defertur per reſpectum ad exemplar quod repræſentat & quod colitur cultu latriæ.

Imagines Chriſti ac Dei adorantur cultu latriæ reſpectiva, Sanctorum autem dulia reſpectiva.

Petes 2. an Imagines Sanctorum dicendæ ſint adorari cultu duliæ. R. dicendas adorari cultu duliæ materialiter, cum eodem cultu ſimul adorentur cum Sanctis quos repræſentant. Hunc tamen cultum non eſſe ſimpliciter dicendum duliæ hoc eſt ſervitutis reſpectu ipſarum imaginum; ſed tantum duliæ reſpectivæ ſenſu jam explicato de latria reſpectiva.

452 De fide eſt reliquias Chriſti ac Sanctorum eſſe adorandas. Prob. 1. ex Scriptura. Matth. 9. Hemoroiſſa, tangit Chriſti fimbriam ſumma cum reverentia, & ſanatur Actor. 19. fideles venerabundi tangunt Sudaria Pauli & curantur. Exod. 13. Oſſa Ioſeph à Moyſe honorantur dum ea transfert ex Ægypto. 4. Reg. 13. corpus Eliſæi contactum excitat mortuum, & ſic divinitus veneratio illi conciliatur. 2. ex Conciliis Grangrenſ. can. ult.

De fide etiam eſt Sanctorum reliquias eſſe venerandas, ex ſcriptura, Conciliis, & perpetuæ praxi Eccleſiæ.

Carthag. 5. can. 14. Nicæno 2. act. 3. & Trid. ſeſſ. 25. 3. ex Patribus apud Bellarm. 4. ex perpetua conſuetudine Eccleſiæ, quæ maxime elucet in honorifica translatione reliquiarum & conſecratione Altarium, in quibus ab initio Eccleſiæ Sanctorum reliquiæ ſemper honorifice aſſervatæ ſunt, 5 Ex miraculis factis ad ſanctorum reliquias: quorum aliqua refert Auguſtinus lib. 22. de civit. cap. 8. cui ſaltem credent ſectarij. 6. Denique ratione: quia corpora eorum fuerunt templa Spiritus Sancti, organa ſanctarum animarum, inſtrumenta virtutum, honorque illis exhibitus redundat in ipſos Sanctos quorum ſunt pretioſæ exuviæ.

433 Eodem cultu & eodem modo colendæ ſunt reliquiæ Sanctorum quo eorumdem imagines, videlicet ſimul cum eo cujus ſunt reliquiæ, ita ut earum adoratio terminetur ad utrumque ſimul: primario quidem & per ſe ad ipſos Sanctos: ad eorum autem reliquias tantum ſecundario & propter eos quorum ſunt reliquiæ: eſt enim quoad hoc par ratio Reliquiarum & Imaginum.

Chriſtus reprehendit Iudæos quod ſepulchra Prophetis excitarent; quia id per hypocriſim & malo fine faciebant.

Dices 1. cum hæreticis. Chriſtus Lucæ 11. reprehendit Iudæos quod magnifica ſepulchra Prophetis excitarent: ergo improbat cultum reliquiarum illorum Prophetarum qui illic ſepulti erant. R. hunc locum eodem modo explicandum eſſe ac alium ſimilem Matth. 23. videlicet Chriſtum illic non reprehendere Iudæos præciſe quod ædificarent ſepulchra Prophetarum, ſed quod id facerent per hypocriſim, ut ſe pios in Prophetas priores oſtendendo, tanto ſecurius Chriſtum perſequerentur. Vel certe quia ingentem aliquam ædificii molem illorum ſepulchris imponentes ſimulata ſpecie pietatis ſepulchra illa obtegerent, & quodammodo obruerent. Quod autem dicit eos conſentire factis majorum ſuorum, qui Prophetas occiderant, ideo dicit, quia volebant ipſum Prophetarum principem Chriſtum occidere.

Dices 2. Deus Deuter. ultimo abſcondit corpus Moyſis, ne Iudæi illud adorarent: ergo improbat

bat adorationem corporum etiam eorum qui Sanĉti fuerunt, ut Moyſes. R. vel corpus Moyſis abſconditum fuiſſe à Deo non propter allatam rationem ; ſed ob gloriam ejus, ut ſcilicet ſepeliretur in ſepulchro tam admirando, ut nullus hominum dignus fuerit unquam illud conſpicere. Vel certe id factum, ne Moyſes poſt mortem coleretur à Iudæis tanquam Deus : cum enim eſſent valde propenſi in idololatriam, facile ipſum ut Deum honoraſſent, eique ut Deo ſacrificaſſent, ſi ſepulchrum ejus notum habuiſſent ob mirabilia ab eo tum in Ægypto, tum in deſerto patrata.

434 Dices 3. Concilium Eliberitanum can. 34. vetat, ne cerei per diem in cæmeteriis accendantur, & hujus prohibitionis hanc rationem addit, *quia ſpiritus Sanctorum non ſunt inquietandi*. R. prohiberi tantum ſuperſtitionem gentilium qui accenſis luminibus, & aliis ſuperſtitioſe adhibitis, animas defunctorum evocabant, & hoc inſinuat adjecta ratio : quia talis evocatio eſt quædam inquietatio : ſic enim anima Samuelis evocata a Pythoniſſa, ait : *quare inquietaſti me*. 1. Reg. 28 alii dicunt iſtam gentilium ſuperſtitionem in eo ſitam fuiſſe, quod putarent defunctos tali luce recreari.

Dices 4. Hieronymus Vigilantio obiicienti idololatriam eſſe accendere cereos coram reliquiis, nihil aliud reſpondet quam id ſolum facere eos *qui*, inquit, *Zelum Dei habent ſed non ſecundum ſcientiam*. R. eum ibi agere de iis qui cereos ſuperſtitioſe accendebant exiſtimantes inde Martyres illuſtrari ; ut colligitur ex eo quod Vigilantius dixerat. Per ironiam : *magnum honorem prabent hujuſmodi homines Beatiſſimis Martyribus, quos putant de viliſſimis cereolis illuſtrari*. Secluſa autem ſuperſtitione illo ipſo loco probat diſerte talem ritum eſſe Deo gratum & recipiendum, addens ad lectionem Evangelii cereos accendi conſueviſſe eumdemque uſum pro-

Hieronymus non reprehendit accenſionem cereorum eorum reliquiis, ſed tantum falſam quorumdam opinionem exiſtimantium illuſtrari inde Martyres.

bat in Epiſtola ad Riparium & in vita Paulæ. Conſtat etiam ex Theodoreto & Paulino tempore Hieronymi in Eccleſia fuiſſe hanc conſuetudinem.

Aug. non reprehendit ſimpliciter adorationem ſepulchrorum ſed modum quo fiebat videlicet cum ebrietate inter epulas & vinum quæ ſepulchris imponebantur.

435 Dices 5. Auguſtinus lib. de moribus Eccleſiæ cap. 34. reprehendit ſepulcrorum adoratores. R. Ibi eum reprehendere illos, qui Sacrificium panis & vini aliarumque epularum manibus defunctorum offerebant; & deinde eiſdem cibis & vino ſe ingurgitabant & inerabibant. Sic enim ibi loquitur: *novi ſepulchrorum adoratores, novi multos eſſe qui luxurioſiſſime ſuper mortuos bibant, & epulas cadaveribus exhibentes, ſuper ſepultos ſeipſos ſepeliant, & voracitates ebrietateſque ſuas deputent Religioni.* Quod autem Auguſtinus putaverit pium eſſe venerari ſepulchra Sanctorum patet ex Epiſt. 42. ad Madaurenſes: *videtis*, inquit, *Imperij Nobiliſſimi eminentiſſimum culmen ad ſepulchrum piſcatoris Petri ſubmiſſo diademate ſupplicare.*

Cultus Reliquiarum non eſt expoſitus falſo cultui ob diligentiam quam adhibet Eccleſia ut vere à falſis ſecernantur.

Dices 6. cultus reliquiarum expoſitus eſt falſo cultui: ſæpe enim accidit, ut pro reliquiis Sanctorum oſſa latronum, aut etiam canum vel aſinorum veneremur. Ita Calv. in admonitione de Reliquiis. Idque confirmat ex Auguſtino qui lib. de opere Monachorum c. 28. cum dixiſſet quoſdam Monachos circumferre, & venditare membra Martyrum, ſubdit, *ſi tamen Martyrum*: quibus verbis manifeſte oſtendit jam tum dubias fuiſſe Martyrum reliquias. R. N. aſſ. ſaltem de reliquiis quæ publice in templis exponuntur venerationi fidelium: ſemper enim Eccleſia diligenter curavit ne fraudes fierent, & præcipuè poſt Decretum Concilii Later. ut nullæ Reliquiæ publice exponantur ſine ſufficienti examine & approbatione. Ad illud Auguſtini, *ſi tamen Martyrum*, non mirum ſi Auguſtinus dubitabat de Reliquiis, quas quidam privati homines circumferebant.

Ad id autem quod idem Calvinus objicit tam mul-

multas ejuſdem generis Reliquias inveniri ; ut oporteat vel eumdem Sanctum multa corpora habuiſſe : vel multas Reliquias eſſe falſas. R. id accidere ex eo quod in variis locis ſint diverſæ partes eorumdem corporum, & à parte præſertim notabili denominetur totum. Nam ut ſcribit Baſilius oratione in 40. Martyres : toti 40. Martyres dicebantur tunc eſſe in variis urbibus, quia quælibet civitas habebat partem eorum & Theodoretus lib. 8. de Martyribus dicit Martyrum corpora raro inveniri integra in aliquo monumento, ſed eſſe diviſa & diſtributa in varia loca. Eodem modo ſolvendum eſt quando notabiles partes Reliquiarum dicuntur eſſe in variis locis.

Crux Chriſti & cætera paſſionis inſtrumenta adoranda ſunt ; ſigna ejus in nos amoris & triumphi de peccato ac morte.

436 Dices 7. Crux Chriſti, ſpinæ, lancea, & cætera Paſſionis inſtrumenta potius execranda ſunt, quam honoranda ; quia Chriſto dolorem & ignominiam attulerunt, & quis filius honoret patibulum in quo pater ejus ſuſpenſus fuerit ? R. inſtrumenta iſta eſſe ſigna Chriſti in nos amoris, cum iis ſe propter nos voluntarie ſubjecerit, & pignora triumphi ejus de peccato ac morte, & ut talia à nobis adorari. Ad confirm. dico, ſi parens voluntario ſupplicio Rempublicam liberaſſet, & hac ratione familiam ſuam nobilitaſſet, poſſet ejus filius merito inſtrumenta mortis ejus honorare : ſicut nos honoramus inſtrumenta mortis Martyrum.

Dices 8. ſaltem non eſt approbandus honor qui exhibetur cuilibet cruci : Nam ſi omnes cruces eſſent honorandæ, quia crux aliqua Corpus Chriſti tetigit ; ſimiliter honorandæ eſſent omnes lanceæ, ſpinæ, clavi &c. R. N. conſequent. quia ideo honoramus omnes cruces, quia repræſentant nobis Chriſti crucifixionem, nec alium habent uſum prophanum poſt editum Conſtantini qui vetuit in poſterum ſontes crucifigi. Hinc nobis ſtatim ingerunt recordatio.

dationem Chriſti & mortis ejus : non ita lanceæ, ſpinæ, clavi, &c. niſi ſimul cruci conjungantur, ut paſſionis inſtrumenta.

F I N I S.

SYNOP-

Digitized by Google

SYNOPSIS SYNOPSEOS

SEU

INDEX COMPENDIO

Exhibens omnes aſſertiones, probationes, & objectionum ſolutiones, quæ fuſius explicantur in hac quarta parte Synopſis curſus Theologici.

DE VERBI DIVINI INCARNATIONE

CAPUT PRIMUM.

Incarnationis poſſibilitas, exiſtentia, modus quo facta eſt, ejuſque neceſſitas, & valor meritorum Chriſti.

§. I.

Incarnationis poſſibilitas, exiſtentia & modus quo facta eſt. Pag. I.

Numerus Paginam indicat.

INcarnatio eſt aſſumptio naturæ humanæ à Verbo in unitatem perſonæ. Eam eſſe poſſibilem fide certum eſt, cum de fide ſit eſſe peractam. Illius poſſibilitas cognoſci poteſt lumine fidei, non naturali poſitive, ne quidem probabiliter; ratio eſt quia nullum datur ens naturaliter cognoſcibile, quod tanquam cauſa, effectus, aut ſignum, ducere poſſit in ejus cognitionem, etiam probabilem. 1

Suppoſita tamen fide ejus poſſibilitas poteſt per vim naturalem intellectus; creati cognoſci, tum negative, ſolvendo argumenta in contrarium, tum poſitive argumentando à pari ex myſteriis SS. Trinitatis & Euchariſtiæ &c. nam ſi poteſt natura divina eſſe una in tribus ſuppoſitis; quidni poterit una perſona eſſe in duabus naturis &c. 2

Verbum rectè dicitur uniri intrinſecè non quidem per modum ſubjecti perfectibilis, ſed puri termini imperfectibilis, ac proinde nullo modo mutatur intrinſecè; cum mutari ſit aliter ſe intrinſecè habere. 3

Verbum non perficitur in ſuo intrinſeco operandi modo ex eo quod per Incarnationem fiat potens exercere operationes Theandricas quas ante non poterat exercere: quia iſtæ operationes non ſunt propriæ Verbi elicitivè, ſed tantùm denominative. Non poteſt Verbum ſupplere albedinem per ſeipſum formaliter conſtituendo album, ſicut poteſt ſupplere ſubſiſtentiam, quia non habet in ſe formaliter rationem albedinis, ut habet rationem ſubſiſtentiæ. An autem poſſit ſupplere alios modos, v.g. durationem ubicationem; alii affirmant, alii communius & probabilius negant. 3.4.5

Incarnationem de facto exiſtere conſtat ex pluribus Scripturarum teſtimoniis ut Gen. 49. Dan. 9. aliiſque Prophetis qui tam multa prædixerunt

Digitized by Google

ſunt adeo aperte Chriſti convenientia, ut Ethnici Scripturam negantes iis convici poſſint. 5

Unio Verbi non eſt facta in natura: cum conſtet ex Scrip. & PP. duas eſſe in Chriſto naturas: quod impiè negavit Eutyches damnatus à Conc. Calched. celebrato ſub Leone magno anno Chriſti 451. idque ſemper agnoverunt & docuerunt PP Dionyſ. Iren. Cyril. ac præcipue Athan. in Symb. ubi Chriſtus dicitur *unus omnino non confuſione ſubſtantiæ ſed unitate perſonæ*. 6

Nec obſtat quod Joan. 1. dicatur Verbum Caro factum, ſicut Joan. 2. aqua dicitur vinum facta; quia licet ſit eadem forma verborum; non eſt tamen idem ſenſus, qui ſæpe ſub eadem forma diverſus eſt pro diverſitate materiæ. 7

Dum Athan. in Symbolo ait: *ſicut anima & caro unus eſt homo, ita Deus & homo unus eſt Chriſtus* ſolum intendit (uti Aug. Cyril. aliique PP. eodem exemplo utentes) comparare compoſitionem unius ſuppoſiti creati ex anima & corpore cum compoſitione unici etiam ſuppoſiti in Chriſto ex duabus naturis. 7

Cyrillus dixit unicam quidem in Chriſto naturam eſſe incarnatam, non tamen unicam eſſe naturam, quod falſo illi adſcribunt Eutychiani, ut patet ex ejus epiſt. 28. ubi ab hac calumnia ſe purgat, & l. de fide ad Reginas ſub initium ſolum vult non poſſe humanitatem ſeorſim coli, ut à ſuppoſito diſtinctam. 8

Cyprianus & alii nomine mixtionis aut mixturæ utentes non intelligunt confuſionem naturarum; ſed veram ac ſubſtantialem unionem in eſſe perſonæ contra Neſtorium. 8

Unionem Verbi Incarnati factam eſſe in Perſona, id eſt ſic ut compoſitum inde reſultans ſit una perſona, ac proinde in Chriſto unicum eſſe ſuppoſitum eſt de fide ex Concilio Epheſ. anno 451. celebrato contra Neſtorium qui impie docuit 1. Humanitatem Chriſti per incarnationem non fuiſſe perſonaliter unitam Verbo 2. Hunc hominem fuiſſe purum hominem ac proinde Beatam Virginem non eſſe dicendam Deiparam. 3. Non poſſe dici Deum eſſe paſſum mortuum, &c. 4. iſtum hominem Chriſtum habuiſſe quidem aliquam conjunctionem cum divinitate; non tamen phyſicam; ſed tantum moralem & accidentariam. 5. Ex hac conjunctione morali & accidentaria ortam eſſe communem honoris & dignitatis æquivocationem, ſeu communicationem nominum. 8

Oppoſitam huic blaſphemiæ doctrinam aperte tradunt Script. docentes unum eumdemque Chriſtum eſſe Deum & hominem Joan. 1. *Verbum caro factum eſt:* Luc. 1. *quod ex te naſcetur vocabitur Dei Filius*. Eademque veritas omnibus eredenda proponitur in Symbolis Apoſtolorum, Nicæno, & Athanaſii. 9

Cum ad Philip. 2. dicitur. *In ſimilitudinem hominem factus*; agitur de ſimilitudine ſubſtantiali, dum ad Coloſ. 29. dicunt *in ipſo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*: ſignificatur quod divinitas habitet in Chriſto ſicut anima in corpore per conjunctionem ſubſtantialem: Patres vero dum dicunt Verbum aſſumpſiſſe hominem, tantum volunt Verbum aſſumpſiſſe hominem ſc. impropriè, ſumendo concretum pro abſtracto nempè hominem pro humanitate. 9. 10

Dici poſſunt in Chriſto duæ naturæ individuæ ſi individuum ſumatur pro

pro ſingulari: ſecus ſi ſumatur pro incommunicabili. 10

Beata Virgo in Scripturis dicitur virtualiter Mater Dei cum dicitur genuiſſe Chriſtum. Nec obſtat quod Chriſto non dederit perſonalitatem & divinitatem Verbi, quia etiam aliæ matres non dant filiis ſuis animam rationalem, & tamen vere dicuntur matres hominis. In rigore tamen loquendo B. V. dici nequit cauſa Dei, licet verè ſit ejus Mater. 11

Natura humana non poteſt dici ſimpliciter unita Verbo accidentaliter ſeu unione accidentali. Poteſt tamen iſta unio dici accidentalis logice, quia nempe Verbo accidit. PP. vero dum hanc unionem vocant eſſentialem, ſumunt eſſentialem pro ſubſtantiali, dum naturalem, pro reali ac phyſica. 11.12

Perſona Chriſti materialiter eſt quid ſimplex; formaliter tamen eſt vere compoſita. Patet ex PP. & CC. docentibus perſonam Chriſti eſſe compoſitam ex duabus naturis. 12

Favet etiam ratio 1. quia compoſitio eſt diſtinctorum unio ad conſtituendum unum per ſe qualis unio habetur in Chriſto 2. quia compoſitio hujus ad hoc, quam hic admittunt adverſarii, non habetur ſine compoſitione ex his. 3. quia omnis unio ordinatur ad faciendum unum ex extremis, non ſimplicitates ergo compoſitione. 13

Dum S. Thomas 1. p. q. 3. a. 8. dicit non eſſe poſſibile ut Deus veniat in alicujus compoſitionem, tantum vult, quod non poſſit venire in compoſitionem inſtar materiæ aut formæ. 13

Chriſtus non poteſt materialiter cauſari cum ſit ens æternum & independens: formaliter tamen cauſatur a ſuis componentibus. Quare hoc axioma. *Compoſitum eſt perfectius ſuis componentibus*. Non eſt admittendum, quando unum ex componentibus eſt infinitum in omni genere. 14

Licet Perſonalitas Verbi componat Chriſtum duabus naturis conſtantem; non poteſt tamen dici pars niſi latè & improprie prout idem eſt ac intrinſece conſtituens aliquid unum abſtrahendo ab omni imperfectione. 14

Quod ex hac compoſitione reſultat non eſt nova natura ut voluit Eutyches, neque nova perſona ſimpliciter, ut voluit Neſtorius, ſed tantum nova ſecundum quid. 14

Ex eo quod compoſitum reſultans ex hac compoſitione ſit perſona, & iſtud compoſitum ſit novum & diſtinctum a perſona Verbi, non licet inferre quod ſit nova perſona? quia mutatur appellatio. 15. 16

Perſona Chriſti ſub diverſa ratione & acceptione eſt ſimplex & compoſita; ſimplex materialiter & ſecundum ſe; compoſita formaliter & reduplicative. Non tamen debet ſimpliciter admitti hæc propoſitio: *perſona Verbi eſt compoſita*, ſed bene hæc *perſona Verbi facta eſt compoſita*. 16

Eſt autem perſona Chriſti compoſita immediatè ex humanitate & perſonalitate Verbi; mediatè autem ex divinitate & humanitate inter ſe unitis. 17

Perſona Chriſti ſumpta materialiter prout idem eſt quod Verbum eſt extremum componens. Formaliter verò pro conſtituto ex Verbo & humanitate eſt terminus ex compoſitione reſultans ſeu ipſum compoſitum. ibid.

Perſo-

Digitized by Google

Perſona humana, ſeu perſona hominis in Chriſto eſt ejuſdem rationis ac in nobis ſecundum conceptum confuſum repreſentantem hanc perſonam, abſtrahendo à talitate perſonalitatis. ibid.

Perſona Chriſti ſumpta materialiter non eſt creata, cum ſic non ſit aliud: quam perſona Verbi: ſumpta tamen formaliter pro compoſito reſultante ex unione hypoſtatica poteſt dici creata creatione late ſumpta, pro actione qua aliquid ſit quod ante non erat. 18

Hæc propoſitio: *Chriſtus eſt divinitas & humanitas*, eſt ſimpliciter vera in ſenſu conjuncto, ſeu collectivo; non tamen diſiunctivo, ſeu diſtributivo. Lugo & quidam alii volunt hanc propoſitionem eſſe etiam veram in ſenſu formali, quia prædicatum exprimit quidquid importat ſubjectum ſumptum formaliter & reduplicative, quod æque probabiliter neg. Am. ibid.

Eſſe paſſum ſolum convenit Chriſto ſumpto inadæquate prout includit humanitatem unde vitioſus eſt hic Syllogiſmus: *Chriſtus eſt divinitas & humanitas Chriſtus eſt paſſus; ergo divinitas & humanitas eſt paſſa*, quia *Chriſtus* in majore ſumitur formaliter & reduplicative prout dicit utramque naturam; in minore verò materialiter & ſpecificative, videlicet pro homine qui eſt Chriſtus. 19

Unio hypoſtatica eſt aliquid realiter diſtinctum ab extremis quia poteſt eſſe Verbum & hæc Chriſti humanitas, & tamen non eſſe unita Verbo. Ergo. Hinc 1. Verbum & humanitas ſunt quidem per ſe immediate unibilia ut quod, ſed non ut quo. 2. repugnat ens creatum divinam perſonalitatem pro termino intrinſeco exigens ut quod, non ut quo qualiter illum exigit unio hypoſtatica, cum non poſſit eſſe ſine illa. 19. 20

Licet PP. unionis realiter diſtinctæ non meminerint explicite; illius tamen meminerunt implicite, dum docuerunt eam fieri à tota Trinitate. 20

Unio hypoſtatica diſtinguitur à productione humanitatis; quia illud quod aſſumitur debet præintelligi aſſumptioni, quod non fieret ſi humanitas uniretur Verbo per ſui productionem quia non poteſt præintelligi ſuæ productioni. Deinde ex oppoſita ſententia ſequeretur 1. humanitatem non præexiſtere aſſumptioni. 2. Creationem animæ Chriſti non eſſe ejuſdem rationis cum creatione aliarum animarum. 3. Corpus & animam Chriſti in triduo mortis accepiſſe novam unionem hypoſtaticam. 21

S. Leo epiſt. 11. ad Jul. & Fulg. l. de incarnatione Chriſti c. 3. ſolum volunt humanam Chriſti naturam non præceſſiſſe tempore incarnationem, ſed eodem inſtanti reali creatam fuiſſe, & aſſumptam. 21 23

Unio hypoſtatica diſtinguitur ab actione unitiva: unde actio unitiva: non eſt mere acquiſitiva, ſic ut per eam non producatur aliquis modus; ſed præciſe & immediate hoc compoſitum Chriſtus. Ratio eſt quod actio ſit eſſentialiter alicujus rei productio; ac proinde ex proprio actionis conceptu repugnet actio, per quam non producatur aliquis terminus. 22

Unio hypoſtatica non eſt qualitas ſupernaturalis 1. quia ſic unio eſſet accidentalis 2. quia hoc repugnat, Conc. Later. ſub Marr. 1. neque eſt merus reſpectus prædicamentalis naturæ ſuperadditus; ſed eſt enti-

tas

265

tas modalis ſubſtantialis, ſupernaturalis dicens ordinem tranſcendentalem ad Verbum; recteque dicitur modus inexiſtentiæ in Verbo. 23

Unio ſumi poteſt tripliciter 1. cauſaliter pro ipſa actione unitiva. 2. formaliter pro termino immediato per unitionem producto. 3. conſecutivè pro relatione prædicamentali reſultante in extremis unitis ex formali unione tamquam ratione fundandi. 24

Terminus ad quem incarnationis, ut productio eſt, totalis & ultimus eſt Chriſtus formaliter, terminus vero ad quem formalis & immediatus, eſt ſola unio hypoſtatica. Dixi *incarnationis ut productio eſt*, quia incarnationis ut eſt aſſumptio terminus ad quem eſt ipſum Verbum. Terminus quo ſeu formaliter Incarnationis ut ſic, id eſt ut præciſa actio eſt, qua Deus fit homo eſt humanitas, & unio. 24.25

Terminus à quo velut totalis reſpondens termino totali ad quem eſt negatio Dei hominis; & terminus à quo quaſi formalis reſpondens termino formali acquiſito, eſt negatio in exiſtentiæ humanitatis in Verbo. ibid.

Unio verbi incarnati, & aſſumptio differunt 1. in eo quod unio dicat relationem, aſſumptio verò actionem vel paſſionem, 2. quod unio importetur ut aliquid in facto eſſe, aſſumptio ut in fieri, 3. quod unio denominet utrumque extremum unitum; aſſumptio vero activè denominet ſolum Verbum: paſſivè ſolam naturàm. ibid.

Unitio, aſſumptio, & Incarnatio non diſtinguuntur inter ſe materialiter & intrinſecè; ſed ſolum formaliter & connotativè, ſeu quoad modum extrema ſignificandi. Incarnatio præter actionem unitivam connotat certam conditionem naturæ quæ unitur, nempe quod ſit carò & in humanatio. Tota Trinitas dicitur unire, incarnare; ſolum Verbum aſſumere incarnari. 26

Unio hypoſtatica eſt maxima unionum quoad vim uniendi; quia unic extrema maxime à ſe invicem diſtincta: non eſt tamen maxima quoad unitatem compoſiti ex ea reſultantis: quia compoſitum naturale reſultans ex materia & forma, eſt magis unum, quam compoſitum ſupernaturale reſultans ex natura divina & humana unitis in perſonalitate Verbi. ibid.

Eſt etiam maxima unionum dignitate, & in rationi doni, cum per eam natura intellectualis creata perfectius participet eſſe divinum, quam per viſionem. 27

§. III.

§. II.

Incarnationis neceſſitas, & valor infinitus ſatisfactionum & meritorum Christi. Pag. 26.

DEcretum de reparando homine per Incarnationem fuit Deo liberrimum, id demonſtrat ratio evidens tum à priori; quia cum Deus ſit ſibi ſufficientiſſimus, non eſt undè potius neceſſitetur ad reparandum hominem quam creandum. Tum à poſteriori; quia de facto Angelos malos deſtituit omni remedio & poſt redemptionem hominum ſinit plurimos perire, potuit ergo ſimiliter permittere omnes perire. 27. 28

Cum Athan. dicit indignum eſſe Dei benignitate hominem lapſum relinquere abſque remedio loquitur oratoriè per exaggerationem. Anſel. Aliique PP. in ſpeciem contrarelati à Val. explicari poſſunt de neceſſitate ſecundum quid. 28. 29

Deus non neceſſitatur ad faciendum optimum quantum eſt ex parte operis à quo nihil perfectionis intrinſecæ accipere poteſt ut accipiunt agentia creata. Neque ad id ulla ratione neceſſario determinatur: cum talis determinatio repugnet infinitæ ejus perfectioni, qua ſibi ſufficientiſſimus eſt. 29

Facit tamen Deus, idque ex intrinſeca determinatione, ſemper quod eſt optimum tum negativè, quatenus ſemper operatur abſque omni defectu. Tum poſitivè, quantum eſt ex parte modi operandi ex ſumma ſapientia ac bonitate quoſlibet effectus ordinatiſſime ad ſuos fines referendo. Hoc ſolum volunt PP. in ſpeciem contrarii. 29. 30

Non habet Deus ex ſua bonitate infinitam inclinationem ad optima extrinſeca; ſicut ad intrinſeca; cum ad hæc habeat inclinationem tamquam ad aliquid ſibi neceſſarium: ad illa tamquam ad aliquid ſibi liberrimum, abſque ulla eorum exigentia. 30

Neceſſaria fuit unio hypoſtatica ad ſatisfactionem condignam pro mortali ut eſt offenſa Dei; quia malitia ejus ut eſt offenſa Dei ut eſt ſupremi ordinis in ratione malitiæ & ideo infinitè excedit valorem ſatisfactionis puræ Creaturæ. 30. 31

Poteſt tamen purus homo condignam exhibere ſatisfactionem pro peccato gravi gravitate philoſophica, id eſt ſpectato præcisè prout graviter repugnat naturæ rationali qua tali; tale enim peccatum non haberet malitiam ſupremi ordinis, quam Theologicam appellamus, ſitam in ratione offenſæ Dei. 31

Licet bonitas amoris adæquet malitiam odii Dei, ſi uterque actus ſpectetur Philoſophicè; eam tamen non adæquat ſi ſpectetur Theologicè. 32

Ex his ſequitur 1. ad malitiam peccati condigne compenſandam requiri ſatisfactionem infinitam. 2. Satisfactionem debere eſſe à perſona infinita. 3. Purum hominem etiam gratia infinita præditum non poſſe alte-

alteri condignè mereri rem iſſionem peccati mortalis, cum gratia puræ creaturæ etiam infinita extendi nequeat ad præmium ſuperioris ordinis. 33

Satisfactio Chriſti pro peccatis hominum fuit ex natura rei condigna; imo & ſuperabundans. Colligitur ex Apoſt. ad Rom. 5. & clarius ex PP. Chryſoſt. Anſel. & aliis apud Lugo. ibid.

Merita Chriſti ſunt infiniti valoris etiam intrinſece & in ſe ratio eſt, quod operationes; ut meritoriæ & ſatisfactoriæ, dignificantur à dignitate perſonæ a qua procedunt; quæ per illas ei ſe ſubmittit, in cujus obſequium illas exhibet; atque ita infinitam eis tribuit dignitatem. 34. 35. 36

Merita Chriſti ſunt æquè digna ſicut illa; non tamen eodem modo; hæc enim eſt talis per ſe: merita autem propter perſonam Verbi quam includunt. 36

Singula Chriſti opera tantum habuerunt valoris in actu. 1. quantum omnia collectivè; non tamen in actu 2. quia nulla in actu 3. ſeorſim moverunt ad ullum præmium. ibid.

Chriſtus ſatisfecit ut homo, ſi ly ut reduplicet principium quo: ut Deus, ſi principium quod, ſeu ſuppoſitum ſatisfactionem exhibens. 37

Dignitas Dei non infinitat valorem operationum ejus ad extra: ſicut dignitas Verbi actiones Chriſti; quia Deus ad iſtas operationes ſolum concurrit ut agens phyſicum, ejus infinita dignitate mere materialiter ſe habente, licet merita Chriſti fuerint infiniti valoris in actu 1. non haberunt tamen vim efficaciter movendi in actu 2. ad ullum præmium independenter ab acceptatione, & promiſſione Dei. 37 38

In ſatisfactione Chriſti non intervenit juſtitia ſtrictè ex parte Dei; quia cum Deus habeat ſupremum in omnia Dominium non poteſt obligari juſtitia ſtrictè dicta. 39

Neque etiam ex parte Chriſti qua hominis: quia qua talis nihil habet quod non ſit Dei antequam illud offerat Deo. ibid.

Intervenit tamen utrimque juſtitia latè ſumpta ſita in eo quod utrimque ſervata ſit perfecta æqualitas. ibid.

CAPUT II.

Motivum Incarnationis, Merita illa præcedentia, conſequentia, & merita B. Virginis, & antiquorum Patrum.

§. I.

Motivum Incarnationis, Pag. 40.

MOtivum principale Incarnationis fuit reparatio generis humani; Venit enim ex Scripturis & PP. ſalvâre quod petierat. 40

Reparatio hominis non ſolum eſt ratio cur Chriſtus venerit in carne paſſibili, ſed etiam, cur abſolute venerit, hoc enim clare docent Scripturæ & PP. dum agunt venturum non fuiſſe ſi homo non peccaſſet. 41

Prov. 8. *Cum dicitur Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum &c.* ſolum ſignificatur vel quod ſapientia ſecundum ſe, aut ſapientia increata ſit prior omnibus creatis. Vel quod ſapientia incarnata ſit in Dei prædeſtinatione prior actuali rerum creatione. Vel quod Chriſtus ſecundum humanitatem ſit via ad beatitudinem & ad eam ante omnes prædeſtinatus. 41. 42

Chiſtus Coloſ. 1. v. 14. dicitur primogenitus vel quatenus Verbum in æterna generatione: vel quatenus homo ſumendo primogenitum pro præſtantire. 42. 43

Scriptura non docet nos eſſe Chriſti, ut cauſæ finalis ſed ſolum ut Redemptoris, neque omnia eſſe propter Chriſtum ut finem, ſed propter Deum, nec Chriſtum fuiſſe prædeſtinatum ante decretum creationis Mundi; ſed ante ejus creationem. 43. 44

Gloria Chriſti accidentalis eſt finis noſtræ juſtificationis ſecundario intentus, eſſentialis nullo modo. PP. autem, qui videntur nobis contrarii, vel loquuntur de Chriſto qua Verbo, vel de Chriſto in præſentia Dei ante Mundi creationem, & hoc ſenſu intellige Cyrill. & Aug. 44. 45

Licet Chriſtus ſit prædeſtinatus ad exiſtentiam poſt Adamum eſt tamen prædeſtinatus ad gloriam; & cauſa prædeſtinationis Adami & cæterorum electorum. 45. 46

Gratiæ Adami ante lapſum non ſunt ex meritis Chriſti. 46

Incarnatio potuit revelari Adamo ante ejus peccatum, non eſt tamen ratio ſufficiens aſſerendi fuiſſe revelatam. 46. 47

Motivum principale & per ſe propter quòd Deus decrevit Incarnationem non eſt gloria Dei præciſe ſecundum ſe; ſed gloria Dei prout reſultans ex noſtra redemptione. 47

In iis, quæ liberum eſt velle & nolle, poteſt abſque Inordinatione perfectius ordinari ad minus perfectum; tanquam ad finem prius efficaciter intentum. 48

Deus abſolutè plus boni voluit Chriſto quam homini redimendo licet propter hunc illum voluerit. ibid.

Incarnatio eſt medium fini generali operum Dei propinquius digni-

tate

tate quam noſtra juſtificatio, ſed cauſalitate remotius; 49

Poteſt humanitas Chriſti gaudere de peccato Adami ſpectato præciſe ut eſt illi cauſa unionis cum Verbo. Quo ſenſu canit Eccleſia ô felix culpa quæ talem ac tantum habere meruit Redemptorem. ibid.

Licet inter actus Divinos ab invicem & eſſentia Divina indiſtinctos nulla poſſit dari prioritas ſecundum rem: poteſt tamen dari prioritas rationis ob virtualem diſtinctionem. 50

Deus decrevit producere Adamum & permiſit ejus peccatum, illudque prævidit abſolute futurum prius quam decrevit Chriſtum, cum Chriſtum decreverit ad delendum Adami peccatum: Non tamen prævidit Adæ poſteros in particulari, niſi poſt decretam ex Chriſti meritis gratiarum diſtributionem. 51.52

Chriſtus eſt primus prædeſtinatorum, & potuit ex ejus meritis B. Virgo præſervari ab Originali, ejuſque debito. 52

Chriſtus veniſſet vi præſentis decreti quamvis fuiſſet ſolum Originale, cum fuerit decretus ante præviſa ulla actualia. Etiam tamen venit ad tollenda actualia, tamquam propter motivum ſecundarium; patet ex Conc. Tolet. 6. 52.53

Chriſti merita non moverunt in actu 2. ad ullum præmium, niſi ut conſummata per mortem, non in re ſed in Chriſti acceptatione; qua ratione ſunt priora Chriſticidio Judæorum, adeoque potuerunt illud impedire. Unde potuit acceptatio mortis indeterminatè eſſe in Dei præſcientia prior determinata quam ſubiit à Judæis. 54

Chriſtus meritus eſt crucifixoribus gratias eorum peccati impeditativas in actu 1. per acceptationem mortis, & per ipſam mortem moraliter loquendo. 55

Chriſtus non veniſſet vi præſentis decreti ſi ſolum fuiſſent peccata actualia, eo enim caſu ceſſaſſet principale motivum vi præſentis decreti nempè remedium peccati originalis. 55.56

§. II.

Merita Incarnationem præcedentia. Pag. 56.

CHriſtus ut ſic non meruit ſuam unionem hypoſtaticam; conſtat ex PP. ac præcipuè ex Aug. id ut indubitatum ſupponente; quia ut ſic conſtituitur unione ac proinde hanc nulla præceſſerunt ejus merita. 55.57

Chriſto communicata eſt Divinitas propter dilectionem juſtitiæ ut cauſam finalem. Corporis glorificatio, & nominis exaltatio propter dilectionem juſtitiæ ut cauſam meritoriam. Hoc ſenſu Apoc. 5. Agnus occiſus meruit Divinitatem id eſt ejus manifeſtationem. 57

Potuit Angelus 1. inſtanti ſuæ creationis ſibi congruè mereri gratiam quæ fuit eodem inſtanti ſanctificatus, quia antecedenter fuit conſtitutus ſuo eſſe perſonali; non Chriſtus ſuam unionem ob rationem contrariam. 58

Humanitas Chriſti non meruit unionem hypoſtaticam per merita illam tempore præcedentia: quia ex definitione CC. eam nullo inſtanti præceſſit. Neque per priora ordine naturæ, quia prius eſt naturam ſubſiſtere quam operari; alioquin anima poſſet intueri ſeipſam prius

quam uniretur corpori. Potuiſſet tamen Chriſti humanitas congruè mereri unionem, ſi illam præceſſiſſet tempore aut natura cum ſubſiſtentia propria vel aliena. 58. 59. 60

Potuit humanitas Chriſti non quidem de lege ordinaria ſed de potentia abſoluta mereri unionem hypoſtaticam ſecum eodem inſtanti incipientem, nempe per operationem natura priorem unione hypoſtatica, Etſi enim humanitas connaturaliter exigat prius ſubſiſtere quam operari; hoc tamen non eſt ipſi eſſentiale; ac proinde poteſt Deus contra iſtam exigentiam ei præbere concurſum ad operationem natura priorem quavis ejus ſubſiſtentia: ſicut poteſt contra naturalem exigentiam accidentia ſervare ex tra ſubjectum, & cum iis concurrere. 60. 61

Actiones ſunt ſuppoſitorum denominativè, non elicitivè, Nec ſunt eſſentialiter poſteriores ſubſiſtentia, ſed ſolum connaturaliter. Nec plus ſupponit Aug. dum à Chriſti humanitate excludit meritum. 61. 62

Quamvis fortè repugnet operationem procedere à natura non prius ſuppoſitata, potuit tamen Chriſti humanitas congruè mereri unionem hypoſtaticam; cum potuerit decerni abſtrahendo a ſubſiſtentia in particulari, & ut ſic decreta mereri ſubſiſtere in verbo. Confirm. licet creatura eum gratiis conditionatè præviſis effectum habituris non poſſit eſſe nec operari ſine ubicatione: poteſt tamen ſine ulla determinata decerni. Decretum ponendi humanitatem abſtrahendo à ſubſiſtentia non compleretur in eſſe liberi per humanitatem; ſed per aliquid aliud Deo extrinſecum. 62. 63

Opera humanitatis ſic decreta ſibi merita fuiſſent valorem infinitum in poſteriori naturę habitum per unionem hypoſtaticam & præviſa fuiſſent eadem quoad ſubſtantiam, non quoad circumſtantias. 64

Præviſio humanitatis ſic decretæ ejuſque meritorum pertinet ad ſcientiam viſionis in alio. ibid.

Quod ſufficit ad motionem moralem per modum meriti ad hoc enim impertinenter ſe habet prævideri in ſe vel in alio. 15

§. III.

Merita Vnionis ipſam Conſequentia, & merita B. Virginis & antiquorum Patrum, reſpectu Incarnationis. **Pag. 65.**

CHriſtus decretus abſtrahendo à quavis duratione potuit condignè mereri anticipationem ſuæ unionis per merita illam conſequentia: quo caſu unio, vi decreti præciſivi extitura, eſſet principium meriti: ut anticipate conceſſa, eſſet præmium: Non tamen id potuit ut præviſus primum exiſtens ſeu exiſtere incipiens in certo & determinato inſtanti alioqui eo inſtanti cœpiſſet eſſe, & non cœpiſſet eſſe. 65. 66

Chriſtus ut præviſus in ſtatu conditionatu non potuit mereri ſuam unionem in ſtatu abſoluto, quia licet exiſtentia conditionata ſufficiat ad rationem cauſæ finalis, non tamen ad rationem cauſæ meritoriæ. 67

Meritum non rectè dividitur in remunerandum, & compenſativum, cum ſoli remunerando conveniat proprietates, & ratio meriti propriè dicti,

271

dicti, videlicet à datione præmii tollere rationem gratiæ, eſſe objectum juſtitiæ remunerativæ obligantis præmiantem, &c. ibid.

Non potuit Chriſtus mereri ſuam unionem quoad ſubſtantiam & primum eſſe per operam illam conſequentiam, ratio eſt 1. quod alioqui principium meriti caderet ſub meritum quod cenſent impoſſibile PP. & DD. cum S. Tho. docentes contra Pelagium non poſſe primam gratiam cadere ſub meritum. 2 Quia alioqui unio eſſet realiter prior ſeipſa ſecundum idem eſſe abſolutum. 3. meritum condignum mereretur ſeipſum ut condignum, quia mereretur unionem à qua habet rationem condigni. 68. 69. 70

Chriſtus ut prædeſtinatus exiſtere non potuit mereri ſibi unionem hypoſtaticam in executione, quia meritum non poteſt compenſari per ſeipſum aut aliquid ſibi inſeparabiliter annexum 1 alioqui merens non eſſet ditior cum præmio, quam ſine illo; quod repugnat rationi præmii. 70

Nec propriè illam mereri potuiſſet quamvis fuiſſet decreta duplici decreto totali, quia præmiatus non plus haberet cum præmio quam cum ſolo merito. 71

Finis poteſt eſſe cauſa & effectus ſui medii, non tamen meritum cauſa & effectus ſui præmii, quia meritum non cauſat ut ſit ſicut finis, ſed quia eſt. Unde ſi illud cauſaret ſecundum idem eſſe actuale, foret prius & poſterius exiſtentia ſui principii. 71. 72

Non poteſt Rex ſecluſa revelatione abſolutè donare militi equum & arma propter facinus per illa patrandum tamquam propter meritum, quia cum Rex neſciat utrum de facto à milite ſit patrandum facinus, non poteſt moveri ab eo ut merito eſſentialiter movente quia eſt. Poteſt tamen tamquam propter finem de ſe cauſantem ut ſit, non quia eſt. Rex verò donare poteſt equum & arma in præmium facinoris per illa patrandi, poſito quod facta ſit abſoluta revelatio facinoris abſolutè futuri independenter ab illa donatione. Sed ſi ſolum facta eſſet revelatio conditionata de facinore patrando ſi arma abſolutè donentur, poſſet dominium armorum concedi propter facinus ut finem, non ut præmium: Quia opus bonum aut malum ſolum conditionatè futurum, non poteſt ſuum ſubjectum reddere abſolutè dignum laude aut vituperio. 72. 73. 74

Meritum eſt actio honeſta habens valorem præmii. Præmium eſt id quo compenſatur valor meriti Pretium eſt id quo compenſatur valor rei ad vitæ humanæ commoda. 75

B. Virgo & antiqui PP non potuerunt mereri de condigno Incarnationem quoad ſubſtantiam: potuerunt tamen de congruo per gratias independenter à Chriſti meritis acceptas. 76. 77

Licet B. Virgo meruerit producere Chriſtum, non meruit ſubſtantiam Incarnationis; quia non meruit ut ſimpliciter Chriſtus decerneretur ad exiſtendum. ibid.

Circumſtantiæ Incarnationis aliæ ſunt intrinſecæ, aliæ extrinſecæ. Extrinſecas antiqui PP. mereri potuerunt, non de condigno, ſed de congruo, etiam per gratias ex Chriſti meritis acceptas. 77. 78

Probabile eſt illos de facto meritos eſſe aliquas circumſtantias extrinſecas, etiam antecedenter ſe habentes, ut eſſe Chriſti progenitores idque conformius eſt Scripturæ & Patribus qui tamen explicari poſſunt

vel de merito improprie accepto vel pro congruenti diſpoſitione ad iſtud beneficium ipſis gratis decretum, vel pro fœlici conſecutione iſtius gratiæ juxta illud ò *fœlix culpa*, &c. 78.79

B. V. non potuit mereri auxilium gratiæ & alia ſui meriti principia abſolutè prima etiam in Dei præviſione: potuit tamen mereri auxilium gratiæ, & rationis uſum 1. inſtanti conceptionis acceptum per merita tempore conſequentia, item Immaculatam conceptionem. Denique etiam per gratias ex Chiſti meritis ejus maternitatem ſic ut principium meriti non ceciderit ſub meritum. 80.81

Potuit enim Chriſtus etiam ut conſtans hac numero carne abſolutè decerni decreto præſcindente à qualibet matre, & productione in particulari, & ut in tali decreto præviſus meritoriè movere Deum ad decernendas B Virgini gratias, quibus mereretur eligi in ejus Matrem 81

Decretum autem iſtud præciſivum eſſet efficax exiſtentiæ Chriſti non quidem immediatè, ſed mediante decreto executivo certam ei productionem determinante. 82

Eo caſu Chriſtus cauſaret, & cauſaretur ſecundum idem eſſe: ſed ſecundum diverſum ſtatum iſtius ejuſdem eſſe, non tamen eſſet cauſa ſui ipſios ſimpliciter, ſed ſolum ſeeundum quid. ibid.

Ea hypotheſi Chriſtus meruiſſet etiam dum opera de facto poſuiſſet non quidem præmium ſtatutum meritis in ſtatu præciſionis; ſed alia poſteriora Incarnatione exercita. 83

Omne meritum B. V. fuit poſterius virtuali ejus electione in Matrem Dei non formali. ibid.

Homo in genere & indeterminatè non potuit mereri unionem hypoſtaticam humanitati determinatæ, qui ſicut actiones ita & merita ſunt ſuppoſitorum ſeu ſingularium: Unde homo in genere, & indeterminate non eſt capax operationis, ideoque nec laudis & meriti, & conſequenter nec præmii. 84

B. Virgo ſibi de facto meruit maternitatem Dei, id enim clarè ſignificant PP. Ambr. Hier. Aug. & alii qui non poſſunt commode explicari de meritò improprie dicto oppoſitum tamen eſt probabile. 85

Chriſtus B. Virgini meruit maternitatem ut cauſa prima & univerſalis meritoria. B. Virgo autem ut cauſa ſecunda & particularis. ibid.

Chriſtus progenioribus meruit gratias, quibus ipſi meruerunt eſſe ejus progenitores. 86

Chriſtus potuit orare pro donis ejus Matri & antiquis PP. collatis priuſquam eſſet productus: quia non repugnat petitionem tempore poſteriorem conceſſione doni petiti, eſſe illa priorem natura: ſicut oratio hodie à nobis facta eſt prior natura præviſione qua Deus illam ab æterno prævidit & ab æterno motus fuit ad gratias nobis decernendas, Idque etiam ut conſtans huc numero carne quam de facto ab hac Matre accepit. 86.87.88

B. V prius fuit electa ad maternitatem quam ad gloriam. 88

Quibuſdam probabile eſt maternitatem Dei ſe ſola ſanctificare. 89

CA-

272

CAPUT IV.

Modus unionis ex parte Perſonæ aſſumentis & naturæ aſſumptæ.

§. I.

Modus unionis ex parte Perſonæ aſſumentis. Pag. 89.

Perſonæ Divinæ naturaliter, & propriiſſime convenit aſſumere. 89

Perſona creata poteſt ſupernaturaliter aſſumere minus proprie non tamen propriiſſime quod ſolum vult S. Th. 89. 90

Non eſt cur repugnet Michaelem elevari à Deo ad ſibi uniendum perſonaliter naturam Patri. 90

Unio hypoſtatica ad perſonam creatam ſuperaret omnem naturæ exigentiam: non tamen eſſet ordinis Divini, adeòque ſolum eſſet ſupernaturalis ſecundum quid. 90. 91

Subſiſtentia modalis poteſt terminare naturam alienam accidentaliter; ſicut ubi, alienum ſubjectum ubicare. 91

Verbum immediatè terminat humanitatem per ſolam proprietatem relativam eſt, D. Th. & certa contra Durandum ut patet ex C. Tolet. 6. Dionyſ. Anſel. &c. 91. 92

Si eam terminaret per aliquid abſolutum etiam Pater & Spiritus Sanctus eſſent ſimpliciter incarnati; quia iſtud abſolutum eſſet commune tribus perſonis. 92

Illa proprietas relativa non terminat unionem per relationem Spiratoris; ſed vel per filiationem ut exigentem Spirationem activam, vel per generationem ut eſt illius acceptio. 93

Natura Divina ut eſt in Filio ſeu ut eſt identificata verbo mediatè terminat unionem hypoſtaticam. Non poteſt tamen ſimpliciter dici incarnata. 93. 94

Quod convenit Divinitati ſumptæ inadæquatè ſeu pro ut identificatur uni ex perſonis, non convenit omnibus perſonis, quia ſicut identitas naturæ cum una ex perſonis non convenit aliis perſonis; ita nec illa, quæ ei conveniunt ratione iſtius identitatis. 94

Licet natura Divina poſſit communicari Filio, Paternitate eidem non communicata; non poteſt tamen immediatè uniri humanitati, niſi etiam perſonæ eidem uniantur. In hac autem propoſitione *Deus creat*, *Deus* diſtribuitur non in hac *Deus aſſumit*. 95. 96

Poteſt natura Divina per ſubſiſtentiam communem, ſi detur immediate humanitatem terminare: non tamen immediatè per ſe ipſam; quia quod ex illa unione ſubſtantiali exurgeret, eſſet & non eſſet unum per ſe. 96

Non videtur repugnare naturam humanam uniri Divinæ unione accidentali non faciente unum per ſe repugnat tamen eam uniri vitæ Divinæ, ſicut per eam vivat. Item immenſitati adæquatè, non tamen inadæquatè ſecundum partem ejus virtualem, ſeu in ordine ad partialem ejus effectum formalem. Idem dic de unione cum omnipotentia. 97. 98

Poſſunt plures perſonæ Divinæ eamdem naturam aſſumere, non tamen in unitate perſonæ: quod ſolum vult Anſ. ut patet ex Divinitate naturaliter in pluribus perſonis ſubſiſtente. Eo autem caſu eſſet multiplex perſona pro multiplicitate ſubſiſtentiarum. 98. 99

Humanitas completa per ſubſiſtentiam Verbi eſt ulterius complebilis materialiter, non formaliter ut completa: Undè ulterius complementum adveniret enti completo materialiter, non formaliter. 99

Si pater aſſumeret humanitatem aſſumptam à Verbo, non propterea aſſumeret unionem; multò minus perſonam verbi. 100

Eſſet communicatio idiomatum inter hunc hominem & hunc Deum; inter hunc & duas perſonas, non inter perſonas. ibid.

Si Pater eſſet incarnatus ex B. V. eſſet Frater ſui Filii, non tamen B.V. Avia Filii, quia non eſſet Mater Patris ſecundum eam naturam, ſecundum quam eſt Pater Filii. ibid.

Si plures perſonæ Divinæ aſſumerent eamdem humanitatem eſſet tantum unus homo: Eſſent tamen tres habentes humanitatem adjectivè non ſubſtantivè; qui pluralitas attributa adjectivo appellat ſolum ſuppoſitum, attributa autem ſubſtantivo, appellat præcipuè formam. Item eſſet alius & aliud ſuppoſitum naturæ humanæ, non tamen alius & alius homo: quia alius dum præfigitur homini deſignat aleitatem etiam ipſius naturæ, non ſolius ſuppoſiti, ut dum præfigitur ſuppoſito: unde plures perſonæ eſſent unus & idem homo, ſicut tres perſonæ Divinæ ſunt unus & idem Deus. 101. 102

Si una perſona aſſumeret plures humanitates, ex illis non conſtituerentur plures homines ſe invicem negabiles, ſed unus tantum; quia tunc eſſet unicum ſuppoſitum, quod non multiplicatur pro multiplicate formarum, a quibus denominationem accipit: Homo enim duabus veſtibus indutus dici nequit duo veſtiti; deindè Chriſtus à duabus naturis viventibus non poteſt dici duo viventes de ſe invicem egnabiles. 103

Ubi eſt multitudo ibi eſt diſtinctio, & ubi eſt diſtinctio, ibi eſt negabilitas unius de altero. 104

Subſtantiva diſtinctius ſignificant formam quam ſuppoſitum: pro hoc tamen ſupponunt in recto. In ſubſtantivis ad multitudinem ſimpliciter requiritur pluralitas ſuppoſiti & formæ. Ad unitatem ſufficit unitas formæ. ibid.

Signum unitatis præfixum ſubſtantivis afficit ſolum naturam: at verò ſignum multitudinis ſecundario & ex conſequenti etiam ſuppoſitum. 105

Perſona multiplicatur multiplicata ſola perſonalitate pro qua ſupponit ut patet in Divinis. 106

Dicendi eſſent tres homines caſu quo 3. perſonæ aſſumerent eandem humanitatem, ſi homo diceretur connotative de perſona aſſumente, ut volunt nominales: quia homo ſecundum illos in iſta hypotheſi eſt perſona ſuſtentans humanitatem & conſequenter eſſet unicus homo ſi una perſona aſſumeret 3. humanitates. ibid.

§. II.

§. II.

Modus unionis ex parte naturæ aſſumptæ.

POtuit natura Angelica aſſumi à Verbo ; in eo enim nulla eſt repugnantia, idque ſupponitur ad Hæbr. 2. 106 107

Cum ſubſiſtentia Divina contineat vim terminativam cujuslibet ſubſiſtentiæ creatæ ; & quælibet natura creata habeat terminabilitatem obedientialem cujuſlibet ſubſiſtentiæ, indè fit quod à Verbo aſſumi potuerit quælibet natura tam animata quam inanimata. 107

Eo caſu lapis aſſumptus eſſet perſona tantum per communicationem idiomatum, non ſecundum ſe defectu intellectualitatis. ibid.

Licet natura irrationabilis poſſit elevari ad eſſe Divinum, non tamen elevari poteſt ad operari Divinum, quod licet minus, eſt tamen diverſi ordinis, nec in majori includitur : ſicut Angelus, licet intelligat, non poteſt ridere. 108

Deum fieri lapidem eſt indecens negative, non poſitive. ibid.

Poſſunt partes ſeorſim aſſumi. Non tamen diceretur eo caſu Deus caput, quia communicatio idiomatum eſt inter naturas completas. ibid.

Non poteſt aſſumi accidens in unitatem ſuppoſiti ; licet videatur poſſe aliquo modo uniri naturæ aut ſubſiſtentiæ divinæ ; non tamen iis inhærere ut ſubjecto informationis. 109

Quo caſu Deus non eſſet albedo nec albus, quia ad hoc requiritur informatio, ſed eſſet habens albedinem. ibid.

Certum eſt aliquem Sanguinem fuiſſe immediate aſſumptum à Deo ; idque conſtat ex ſcripturis, Conciliis & PP. Ratio eſt quod ſanguis ſit pars pertinens ad integritatem naturæ humanæ. Idque ſupponit Trident. docens poni ſanguinem ſub ſpeciebus panis vi naturalis connexionis cum corpore. 110. 111

Totus ſanguis fuit immediatè aſſumptus, cum Patres non diſtinguant inter vitalem & alimentium, & tamen doceant ſanguinem fuiſſe immediatè aſſumptum. 111

Quod verum eſt quamvis non ſit animatus, cum non ideo deſinat per ſe requiri ad conſiſtentiam corporis humani ; adeoque eſſe ejus pars actu neceſſaria ad conſervationem animæ cum corpore. 111. 112

Secundum Ariſtotelem eſt pars tantum potentia ; quia non eſt pars ſolida & permanens ut caro. 112

Sanguis effuſus in reſurrectione reſumendus, remanſit Verbo unitus, & reſumptus eſt totus moraliter non phyſicè. 112

Qui remanſit in terris deſiit eſſe unitus Verbo, eo ipſo quo deſiit eſſe pars Corporis actu, aut potentia in actum redigenda. 113

Certum eſt ſuppoſitum a natura re aut ratione aliquo modo diſtingui : quo autem modo diſtinguatur, incertum eſt. 113. 114

Videtur probabilius ſuppoſitum nihil poſitivum ſuperaddere, ſed

Digitized by Google

ſed ſolam negationem exiſtentiæ in alio, ſeu unionis cum alio ſe digniori: eo ipſo enim eſt ſubſiſtens per ſe, ſeu quid ſuum, non alterius. 114

Si ly homo importaret ſubſiſtentiam diſtinctam, ægre poſſet verificari hæc propoſitio, *Verbum eſt homo*. 115

PP. perſonam definiunt ſubſtantiam ſeparatam, diſcretam id eſt non unitam alteri ut principaliori; Ideoque docent verbum aſſumpſiſſe omnia noſtra except. peccato: ac proinde ſubſiſtentia à Verbo non aſſumpta ex eorum mente non eſt poſitiva, quibus conſentit S. Thomas. 115. 116

In noſtra ſententia hæc propoſitio Verbum aſſumpſit naturam, non perſonam, eſt æque ſeria, ac illa Concil. Lateranenſis ſub Mart. 1. *In Chriſto ſunt duæ naturæ non una tantum*. 116

Verbum conſumpſit ſeu impedivit perſonalitatem naturæ non per alicujus entitatis detractionem; ſed per additionem unionis. 117

Omne ens creatum eo ipſo quo finitum & limitatum, eſt incompletum ſaltem permiſſive, ſic ut poſſit uniri alteri digniori, cum quo componat aliquid perfectius: ſecus increatum. 118

Aſſumere naturam ex mente PP. eſt aſſumere eam per unionem phyſicam: at vero aſſumere perſonam, eſt aſſumere eam per unionem moralem. 118 119

Suppoſitum eſt natura ſubſtantialis completa non in alio ſe perfectiori perſona eſt natura intellectualis completa non exiſtens in alio. 119

Ly homo, prout de nobis dicitur, importat quod rem omnino idem quod humanitas: undè de nobis & de Verbo non dicitur omnino univoce; ſiquidem de nobis ſignificat habens humanitatem intranſitivè, de Verbo tranſitivè. ibid.

Ex dictis evidens eſt naturam creatam non poſſe in ſe ſubſiſtere, & in alio, cum implicet exiſtere in alio perfectiori, & non exiſtere in alio. 120

CA-

Digitized by Google

CAPUT V.

Sanctitas & Scientia Chriſti.

§. I.

Sanctitas & Gratia Chriſti. Pag. 120.

EST de fide Chriſtum fuiſſe ſanctum ex Luc. 1, *Sanctum vocabitur Filius Dei* . 120

Certum eſt ex ſcripturis. PP. & communi DD. ſenſu Chriſtum habuiſſe gratiam habitualem; non tamen de fide, quia ſcript. & PP. explicari poſſunt de gratia unionis: qua ſtante fuiſſet ſine gratia habituali æque ſanctus intenſivè non extenſivè. 120. 121

Chriſti humanitas fuit ſancta per unionem hypoſtaticam præcisè, & independenter a gratia habituali. Patet tum ex PP. dicentibus fuiſſe illam divinitati unitam & Deificatam &c. tum ex ipſa notione ſanctitatis, quæ eſt participatio divini eſſe, mundans ſuum ſubjectum à peccato. 121

Æque dici poteſt ſanctificata unione quam divinitate, cum utrumque dicant PP. hac tamen ut quod, illa ut quo & ut quod; & æque ſanctificatur à perſonalitate quam a divinitate, cum ab utraque ſibi unita, hac quidem mediate, illa vero immediate, accipiat eſſe divinum. 122

Immenſitas Verbi non reddit humanitatem immenſam, ſicut ſanctitas ſanctam; quia eſſe immenſum non eſt effectus moralis, ſicut eſſe ſanctum; ſed mere Phyſicus à forma phyſice intrinſeca. 122. 123

Varii ſunt modi ſanctitatis pro varietate capacitatis ſubjecti & unionis cum ſanctitate: ideo humanitas à ſanctitate verbi non eſt æque ſancta ac Verbum quod participat ſanctitatem per eſſentiam, humanitatis vero illam participat ſanctitatem per eſſentiam, humanitatis vero illam participat media unione contigenti in ſe moraliter derivatam. 123

Humanitas unita Angelo ſancto non ſanctificaretur quia non uniretur ejus ſanctitati, ſed ejus naturæ aut ſubſiſtentiæ, per quam Angelus non eſt formaliter ſanctus. 124

Poſſet Chriſtus ſine gratia habituali, immo ſine actuali elicere actus meritorios vitæ æternæ; quia poſſet elicere actus honeſtos infinitæ dignitatis & ſanctificatos a Perſona Verbi, cujus eſſent proprii ſuppoſiti actus Chriſti naturales ſunt quidem præmio ſupernaturali phyſice im. proportionati, non tamen moraliter ſeu quoad æſtimabilitatem 125

Gratia unionis præciſe ſecundum ſe fuit in Chriſto principium morale vitæ ſupernaturalis ſeu actuum meritoriorum. 126

Gratia habitualis Chriſti non eſt infinite intenſa; quia infinitum actu repugnat: nec id requiritur ad meritum infinitum: Fuit tamen di-gnitati

gnitati Chriſti proportionata, id eſt conveniens ad fines à Deo int otos, ſed non fuit illi proportionata hoc ſenſu quod fuerit adæquata. 126. 127

Non fuit Chriſto debita gratia aliqua determinate, ſed indeterminate aliqua excellens per divinam providentiam determinanda; quæ non eſt etiam infinita ſimpliciter in ratione gratiæ, ſed tantum ſecundum quid, hoc ſenſu quod ab unione infinitetur in ratione principii actuum infinite meritoriorum 127. 128

Nec obſtat quod fuerit ſufficiens ad gratificandos infinitos homines; quia talis tantum fuit per accidens nempe per unionem & non per ſe. 128

Gratia Chriſti non fuit moraliter informata dignitate perſonæ Chriſti ſicut ejus actiones meritoriæ. Unde ratione unionis fuit ſolum infinita ſecundum quid per ordinem ad principium univerſale gratificationis. 129

Nec eſt etiam ſumma abſolutè ſicut ea non poſſit dari major: nec reſpective ad ſuum ſubjectum quaſi non ſit capax majoris gratiæ. Unde ſimpliciter poteſt augeri, cum potentia productiva augmenti gratiæ in Deo, & potentia obedientialis illius reſpectiva in Chriſti anima, careant termino. Unde S. Th. Auguſt. & alii PP. qui videntur adverſari, intelligendi ſunt de potentia ordinaria. 129. 130

Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, quia cæteris ejus membris dignitate præcellit, eiſque vitam & motum influit: ſicut caput Phyſicum &c. ob quas rationes dici poteſt Caput omnium Hominum, & Angelorum; non tamen damnatorum. 131. 132

Diabolus dici poteſt Caput omnium malorum ex Job. 41. ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. 132

§. II.

Scientia Chriſti. Pag. 132.

Chriſtus qua homo nil cognovit nec cognoſcere potuit per ſcientiam increatam; quia intelligere eſt actus vitalis eſſentialiter requirens produci a ſubjecto quod informat. 132

Eſt de fide Chriſtum habuiſſe aliquam ſcientiam à divina diſtinctam. Et certum illum habuiſſe beatam, qua tamen divinitatem omni creaturæ incomprehenſibilem non comprehendit: adeoque PP. in ſpeciem contrarium ſentientes, intelligendi ſunt de ſcientia perfectiſſima non comprehenſiva. 133

Scientia ſua non cognovit actualiter omnia poſſibilia, ſic ut uno actu omnia poſſibilia ſimul repræſentet, quia hæc ſcientia impoſſibilis eſt intellectui creato. 134

Novit tamen actualiter omnia præterita, præſentia, & futura uſque ad diem Judicii: quia hæc actualis cognitio pertinet ad ſtatum Chriſti, quatenus omnium Judex & Gubernator eſt: 135

Cognoſcit etiam habitualiter cognitiones beatorum tota æternitate futuras: quia decet ipſum ſcire quid tota æternitate acturi ſint ejus ſub-

Digitized by Google

ſubditi. 134. 135

Chriſtus præter ſcientiam beatam ab initio ſuæ conceptionis habuit etiam infuſam; qua loco fidei ad eliciendos actus meritorios dirigebatur. 136

Hac ſcientia directe in ſe cognovit res creatas etiam in ſubſtantia ſupernaturales ut gratiam, lumen gloriæ, unionem hypoſtaticam. 136. 137

Eadem ſcientia quælibet contigentia præſentia in ſeipſis cognovit intuitivè: præterita vero & futura per ſpecies proprias, vel in aliquo medio v.g. relatione clarè & evidenter cognita. 137. 138

Objectum ſcientiæ per ſe infuſæ primarium eſt ens creatum ſupernaturale, ſecundarium naturale. Objectum ejus indirectum eſt Deus. 139

Chriſtus hac ſcientia etiam reſpective ad objectum creatum utebatur independenter à phantaſmatibus per ſpecies infuſas nullam habentes connexionem cum ullo ſenſu. ibid.

Unde ea non potuit uti cum propriè dicta converſione ad phantaſmata; nec cum diſcurſu formali: quia actus hujus ſcientiæ habet rationem ſimplicis intuitus rei in ſe, vel in alio ut medio cognito. 140

Fuit ſemper in aliquo uſu hujus ſcientiæ, quam per voluntatem applicare potuit ad uſum: nunquam tamen in actu adæquato, quoad futura in æternum. ibid.

Probabilius eſt Chriſtum habuiſſe ſcientiam naturalem propriis actibus acquiſitam: de hac enim, ejuſque incremento intelligunt PP. illud Luc. 2. *proficiebat ſapientia*. Damaſcenus ſolum vult Chriſtum nihil didiciſſe quod prius neſciret. 141

Virtutes naturales ei; fuerunt infuſæ ab initio; non prædicta ſcientia, quæ alioqui defectu ſpecierum fuiſſet diu otioſa. 142

Chriſtus hac ſcientia novit omnia naturaliter ſcibilia, idque abſque ullo judicio erroneo aut opinativo, cujus imperfectio ejus ſtatui diſconveniebat. ibid.

Hine nihil didicit ab hominibus, nec ab Angelis, cum per uſum ſcientiæ infuſæ potuerit omnium ſcientiam naturalem acquirere abſque omni periculo errandi. 143

CA-

CAPUT VI.

Potentia, Exiſtentia, Impeccabilitas, & Paſſiones humanitatis Chriſti; Communicatio Idiomatum; & pertinentia ad unitatem.

§. I.

Potentia & exiſtentia humanitatis Chriſti. Pag. 143.

HUmanitas Chriſti non habuit omnipotentiam ſimpliciter ſed ſecundum quid, in quantum ut inſtrumentum Verbi potuit illam applicare ad quoſvis effectus fini Incarnationis convenientes. 143

Hinc ſemper impleta eſt voluntas Chriſti abſolutè efficax; ſecus efficax ſecundum quid. 144

Humanitas Chriſti ad miracula ſolum influxit moraliter, cum in variis non potuerit al ter influere; nec plus indicent ſcrip. & PP. ibid.

Influxus moralis ad miracula nobilior eſt Phyſico per potentiam obedientialem, qui etiam inanimatis communicari poteſt. 145

Chriſtus adhibuit ſputum non propter virtutem in eo latentem, ſed ad myſterium. ibid.

PP. non docent Chriſti carnem fuiſſe vivificatricem phyſicè; ſed abſtrahendo à modo vivificandi. 146

S. Th. hic variè loquitur, & facile poteſt explicari de influxu morali. ibid.

Humanitas Chriſti non exiſtit per exiſtentiam Verbi, ſed per propriam creatæ ejus eſſentiæ identificatam, ratio eſt quod rei exiſtentia nihil aliud ſit, quam ejus entitas actualis. 147

Exiſtit igitur per ſe, id eſt per exiſtentiam ſibi identificatam; in alio tamen ut ſuppoſito idque ab initio ſuæ conceptionis, quod ſolum vult Sophronius. 148

Damaſc. & S. Th. ſolum volunt in Chriſto fuiſſe unicum eſſe ſubſtantiale completum, quod ſonat eſſe ſimpliciter. ibid.

Ens in actu completo venit in compoſitionem per ſe cum actu completo 149

Productio unionis partium aſſumptarum habet pro termino totali hominem Deum. ibid.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Impecabilitas humanitatis Chriſti.
Pag. 150.

HUmanitas unita Verbo eſt abſolute impeccabilis idque præciſe ratione unionis. Patet ex CC. & PP. humanitati aſſumptæ tribuentibus omnimodam impeccabilitatem. Et ratio eſt quod unio tribuat ſanctitatem omni peccato repugnantem. 150 151

Eſt quidem in Chriſti humanitate potentia peccandi; at remota tantum, & impedita. 151

Cum qua ſtat abſoluta impeccabilitas ab intrinſeco orta immediate à ſpeciali aſſiſtentia unioni debita. 151. 152

Confirmati in gratia quidem etiam impeccabiles, non tamen ratione alicujus intrinſeci, ut Chriſtus; ſed ſolum extrinſece vi decreti præſervativi à peccato. 152

Aſſiſtentia qua voluntas Chriſti juvatur, & dirigitur ne à recto deviet exercetur per media indifferentia ejus libertati nihil officientia. 153

Non poteſt aſſumi natura abſque dono perſeverantiæ à peccato; alioqui eſſet & non eſſet impeccabilis. ibid.

Si humanitas remanens unita verbo peccaret, etiam Verbum ſecundum ſe peccaret permittendo peccatum, quia per ſe & directe tenetur impedire peccatum naturæ ſibi hypoſtatice unitæ ad quod etiam impediendum tenentur Pater & Spiritus S. indirecte & velut per accidens, ratione perſonæ Filii, cum qua communem habent voluntatem. 154. 155

Deus reſpectu actionum naturæ aſſumptæ neceſſario habet ſe ut cauſa particularis; & ideo tenetur eam regere, ſecus reſpectu non aſſumptæ. 155

Verbum actiones humanitatis non offert alteri à ſe natura diſtincto tanquam ſuperiori; & ideo per illas non meretur ſecundum ſe. 156

Si verbum permitteret peccatum in natura aſſumpta, iſta permiſſio eſſet ſimul bona & mala; ſicut foret mendacium, ſi per impoſſibile Deus mentiretur. ibid.

Redundantia mali moralis fit per æſtimationem moralem, Phyſici, per attingentiam ſeu adhærentiam realem. 157

Hæc propoſitio: humanitas Chriſti non peccat liberè, non eſt vera hoc ſenſu quod ſit ipſi liberum non peccare. Sed tantum hoc ſenſu, *non* peccat & non peccare non eſt ipſi liberum; ita ut ly non, tam neget libertatem ad peccandum, quam ipſum peccatum. ibid.

Humanitas aſſumpta non poteſt de lege ordinaria peccare in ſenſu diviſo, ſic ut eodem inſtanti reali quo peccat, poſterius natura deſinat unio; atque ita peccatum ſit cauſa deſitionis unionis: Alioqui enim unio hypoſtatica eſſet neceſſario prior natura actu peccaminoſo, & non eſſet; vel certe eſſet ſimul cum peccato. 158

Gra-

Gratia juſtificans non eſt natura prior omni operatione juſti; ideo juſtus poteſt peccare in ſenſu diviſo abſque ullo inconvenienti. 145

Juxta Suarem & alios communius, nequidem de potentia abſoluta poteſt Chriſtus peccare in ſenſu diviſo. Hoc tamen negant Mendoza Arriaga & alii, nec improbabiliter, exiſtimantes non implicare unionem conferri humanitati, & in ea conſervari dependenter ab aliquo ejus actu, aut alicujus actus mali libera omiſſione natura priori; quo poſſet peccare in ſenſu diviſo. 159

Nec refert 1. quod Deus eo caſu elevaret humanitatem, quia non intenderet peccatum, ſed tantum permitteret. 2. humanitates adhuc eſſet magis impeccabilis, quam quilibet juſtus, quia poſſet ſolum peccare de potentia abſoluta, juſtus vero lege ordinaria. 3. Hæc ſanctitas Chriſti adhuc eſſet perfectiſſima, quia impediret omne peccatum natura poſterius; licet non natura prius; quam ipſa intelligatur exiſtere. 160

Humanitas aſſumpta poteſt peccare in ſenſu diviſo hoc ſenſu, quod Deus ceſſet unionem conſervare, natura prius quam peccatum fiat; quia tunc peccatum non fieret à ſuppoſito divino, ſeu ab humanitate ſubſiſtente in verbo; ſed incipiente ſubſiſtere per ſe. 160. 161

Verbum non potuit aſſumere naturam ullo peccato infectam, ſic ut cum unione peccatum remaneret, potuit tamen ſic ut per aſſumptionem pelleretur. Quo caſu non poſſet verè dici, *Verbum peccavit*, quia non fuiſſet ſuppoſitum humanitatis, dum humanitas peccaſſet; nec idem ſuppoſitum cum homine qui peccavit. Hic tamen homo ſc. Chriſtus idem eſt ſuppoſitum cum Deo qui creavit omnia, & ideo dici poteſt creaſſe omnia. 161

Hinc patet 1. quod ly *hic homo* ſit terminus ſingularis ratione naturæ tantum; & communis ratione ſuppoſiti. 2. Quod Verbum non eſſet Pater Caji, ſi aſſumpſiſſet naturam ejus qui genuit Cajum, quia actiones unius ſuppoſiti non poſſunt communicari alteri ſuppoſito. 3. Quod Verbum eo ſenſu dici poſſet peccaſſe, quod eſſet ſuppoſitum naturæ quæ peccaſſet aliquando. 4. Quod ſi humanitas Chriſti ſimul terminaretur ſubſiſtentia Verbi & propria, vere diceretur Verbum peccat; quia peccatet natura, quæ eſſet Verbi dum peccat. Secus in alio caſu. 162

Non potuit etiam aſſumi à Verbo natura retinens reatum pœnæ, quia hic reatus non ſtat cum unione reddente dignum carentia omnis pœnæ & mali. ibid.

§. III.

277

§. III.

Paſſiones humanitatis Chriſti & Communicatio idiomatum.

Pag. 163.

NOn fuit in Chriſto fomes peccati, nec in actu 1. nec in actu 2. Patet ex Conciliis & Patribus apud Suar. Vaſ. &c. Et ratio eſt quod hic fomes Chriſtum dedeceat, & repugnet perfectiſſimæ ejus ſanctitati. 163

Neque tantum fuit in eo ligatus ut in quibuſdam Sanctis, per protectionem extrinſecam; ſed per auxilia ipſi debita plane extinctus. ibid.

Cum ergo dicitur Chriſtus *tentatus per omnia* ad Heb. 4. intelligitur expertus fuiſſe omnes noſtras miſerias ejus ſanctitati non repugnantes. Imoprobabilius eſt non potuiſſe aſſumere naturam cum motibus inordinatis appetitus ſenſitivi. Quia iſti motus fuiſſent interpretative voluntarii ſuppoſito à quo proceſſiſſent. ibid.

In ipſo tamen fuit vera triſtitia etiam ſecundum appetitum rationalem; cui non repugnavit gaudium beatificum; quia verſabatur circa diverſum objectum ex diverſo motivo. 164

Gaudium ergo & triſtitia circa objecta diverſa non ſunt actus ſtricte contrarii, nec virtualiter contradictorii, ut ſunt aſſenſus & diſſenſus reſpectu ejuſdem. Item amor & odium ſeu volitio & nolitio efficax ejuſdem rei. 165

Hanc difficultatem de Triſtitia Chriſti aliter ſolvunt varii authores docentes gaudium beatificum miraculoſe fuiſſe ſuſpenſum toto tempore quo Chriſtus ſecundum voluntatem contriſtatus eſt quod tamen nullo modo videtur admittendum. 166

In Chriſto fuit verus timor etiam rationalis; non tamen efficax, & conſiliativus mediorum ad evaſionem; quia ad hunc timorem requiritur incertitudo mali futuri, quæ non erat in Chriſto. 166. 167

Fuit etiam in ipſo quædam admiratio circa res prius ignotas non quidem ſecundum ſcientiam infuſam; ſed ſecundum experimentalem tantum. Fuit item ira ſumpta pro indignatione, appetitus vindictæ ſecundum ordinem juſtitiæ ut docent PP. S. Th. aliique paſſim ex ſcript. 168

Chriſtus fuit viator & comprehenſor. 168

Datur in myſterio aliqua communicatio idiomatum, id eſt attributorum divinorum & humanorum mutua prædicatio; fundata in adunatione duarum naturarum in eodem ſuppoſito, pro quo concreta ſubſtantiva ſupponunt in recto. ibid.

Hujus communicationis regulæ præſertim novem aſſignantur. 1. duæ naturæ expreſſæ in concreto. 2. & eorum attributa ſimiliter expreſſa poſſunt de ſe invicem prædicari, quia ſupponunt pro eodem in recto. 3. non poſſunt tamen expreſſa in abſtracto ob contrariam rationem. 169. 170

4. Concretum unius naturæ aut attributi non poteſt prædicari de abſtracto alterius ſaltem formaliter & proprie ob diverſum ſignificandi modum. 5. Quæ conveniunt uni ſubſtantivè, non poſſunt dici adjectivè de altera. 6. Neque concreta quæ conveniunt uni naturæ expreſſæ in abſtracto dici poſſunt de altera in concreto, ut hic *Deus eſt pura creatura*. 7 neque cum particula reduplicativa ut hic *Deus qua Deus eſt homo*. 171

Digitized by Google

8. Rectè dicitur *Deus factus eſt homo* non contra. 9. Partes eſſentiales aut integrales humanitatis non poſſunt dici de Deo. ibi.

Prædictæ regulæ patiuntur aliquas exceptiones. 172

Hæc propoſitio *Deus eſt homo*, eſt omnino propria, ut docet S. Th. quia veritas propoſitionis ex eo præciſe ſumitur, quod extrema ſupponant pro eodem in concreto. ibid

Eadem propoſitio verificatur ratione ſolius verbi, quamvis ly *Deus* ſupponatur indeterminate pro quovis ſuppoſito divinitatis. Non debet tamen dici propoſitio accidentalis, ſed ſubſtantialis, ad vitandam ſuſpicionem Neſtorianiſmi. 173

Homo dicitur univoce de Deo, Petro & cæteris hominibus ſi ad univocationem ſufficiat ut prædicatum retineat omnino eandem ſignificationem ex parte ſua. 174

Chriſtus poteſt dici ſimpliciter creatura, expedit tamen addere *ſecundum humanitatem*. 174

Bono ſenſu admitti poteſt hæc propoſitio *Chriſtus incepit eſſe*. Item hæc *Chriſtus ſecundum quod homo, eſt creatura*: non vero hæc *Chriſtus ſecundum quod homo, eſt Deus*. 174. 175

§. IV.

Pertinentia ad unitatem quoad eſſe, & quoad voluntatem. Pag. 175.

CHriſtus non poteſt dici duo maſculine, quia ſignificaretur (ut volebat Neſtorius) eſſe duplex quoad ſuppoſitum: adjectiva enim maſculini generis, juxta PP. afficiunt ſuppoſitum. 175

Non poteſt etiam dici duo naturaliter; eſt communis contra Durand. Ratio eſt, quia licet Chriſtus exurgat ex duobus, iſta duo non ſunt in illo duo entia completa. 176

Patres, qui dicunt Chriſtum eſſe aliud & aliud, tantum volunt illum componi ex alio & alio; non enim Chriſtus dici poteſt abſolute aliud quam Deus. 176. 177

Sunt in Chriſto duæ voluntates Divina & humana; eſt de fide contra varios hæreticos, ex ſcript. CC. & PP. 177. 178

Humana Chriſti voluntas efficax & abſoluta fuit ſemper conformis divinæ circa objectum materiale & formale ita ut ſemper efficaciter voluerit id quod divina volebat & propter quod volebat. 178

Voluntas tamen inefficax potuit eſſe difformis in volito materiali; non ideo tamen proprie voluit contrarium ejus quod volebat Deus.

CAPUT VII.

Chriſti Libertas, Meritum, Mors pro omnibus, Servitus & Filiatio.

§. I.

Chriſti Libertas. Pag. 180.

IN Chriſto fuit liberum arbitrium etiam à neceſſitate ſimplici. 180

Eſt dogma fidei ab Auguſtino agnitum & ſæpius aperte traditum: item & a S. Th. variis locis, quem proinde immerito pro ſe allegant Janſeniani: quæ enim habet hic in ſpeciem contraria, varias & probabiles admittunt explicationes. 180 181. 182

Difficile tamen eſt hanc Chriſti libertatem circa actus præceptos conciliare cum ejus impeccabilitate & neceſſaria determinatione ab bonum orta

orta ex viſione beatifica: ſi enim fuit impeccabilis, & neceſſario determinatus ad bonum non potuit non implere præceptum, adeoque videtur illud non libere impleſſe. 183

Huic difficultati non ſatisfit ſi dicatur eum Janſenio, Chriſtum fuiſſe liberum a coactione tantum, quia libertas a ſola coactione non ſufficit ad merendum ut definitum eſt ab Innocentio X 184

Nec ſufficit ſi cum Thomiſtis dicatur potuiſſe Chriſtum actum præceptum non ponere in ſenſu diviſo, licet non in ſenſu compoſito; ut patet ex iis quæ de libertate dicuntur in Phyſica. ibid.

Neque ſatisfit dicendo cum Scotiſtis Chriſtum fuiſſe tantum extrinſece prædeterminatum ad obediendum: quia extrinſeca prædeterminatio, cum inducat neceſſitatem, videtur æque officere libertati ac intrinſeca. ibid.

Non etiam poteſt dici cum aliis Chriſtum meruiſſe per voluntatem conditionatem conditionatam patiendi mortem etiamſi non eſſet præcepta; quia ſic Chriſtus non fuiſſet meritus per actum obedientiæ. 185

Probabilior & communiſſima inter recentiores ſolutio eſt: præceptum Chriſto fuiſſe impoſitum cum indeterminatione ad varias circumſtantias actum intrinſece variantes; ita ut vi illius obligaretur quidem ad mortem acceptandam; non tamen hoc vel illo tempore ſubeundam, neque ex hoc aut illo motivo &c. Ita ut in ejus eſſet poteſtate ad multos annos mortem differre: ex hoc aut illo motivo eam acceptare: & forte etiam hoc vel illo genere ſupplicii vitam finire. 185. 186

Ita autem indifferentia ad varias circumſtantias ſufficiens fuit, ut actus, quo Chriſtus præceptum implevit, fuerit liber quoad ſubſtantiam. 186

Ita martyres libere moriuntur moriendo tali tempore potius quam alio, licet neceſſario debeant aliquando mori. ibid.

ducit neceſſitatem disjunctivam ad hunc vel illum actum, adeoque non officit libertati. 187

Scriptura vero Luc. 22. & Joan. 14. non ſignificat Chriſti mortem fuiſſe præceptam quoad omnes circumſtantias, ſed ut ſummum fuiſſe prædefinitam, & imperatam ſecluſis circumſtantiis variis. ibid.

Juxta hanc ſolutionem, actus quo Chriſtus præceptum implevit; potuit non poni; adeoque fuit liber & meritorius quoad ſubſtantiam. 188

Mors non poteſt eſſe aliter libera, quam quoad anticipationem: cum enim unuſquiſque ex intrinſecis ſuis neceſſitetur ad aliquando moriendum, nulli liberum eſt nuuquam mori. ibid.

Unde Chriſtus mortem acceptando & moriendo ex electione ſua hoc tempore potius quam alio, exercuit libertatem quoad exercitium. De qua libertate intelligendæ ſunt ſcripturæ & PP. docentes Chriſtum pro nobis libere mortuum: oblatum quia ipſe voluit, &c 188. 189. 190.

Id etiam quod eſt neceſſarium in eſſe Phyſico poteſt eſſe laudabile, ſi nempe fiat libere & honeſte in genere moris: quod patet exemplo illius qui patienter, & ex motivo virtutis tolerat morbum. 191

Probabile eſt Chriſtum non habuiſſe concurſum ſibi paratum ad actus intrinſece malos, ac proinde eorum omiſſionem non ipſi fuiſſe liberam; & conſequenter non meruiſſe præciſe ob implerionem præcepti negativi, ſaltem naturalis. 192

Alia ſolutio hujus difficultatis de libertate Chriſti, eſt eorum qui cunt probabiliter Chriſtum potuiſſe liberare ſe ab obligatione præc ti, petendo diſpenſationem: ac proinde actum quo illud implevit i ſuiſſe liberrimum. ib

Atque hæc prædicta poteſtas probari poteſt ex ſcript. ad Hæb. 10. ſ detur etiam ratione; quia præcepta ſolent fieri ſub hac tacita condit ne *niſi diſpenſavero*; & Chriſti dignitas poſtulabat ut ſi diſpenſat nem efficaciter peteret, ei non negaretur. 1

Huic concluſioni nullo modo repugnat Scriptura Matt. 26. Quia lum ſignificat præceptum Chriſto impoſitum ſuiſſe neceſſario ſervand neceſſitate conſequente; non verò fuiſſe indiſpenſabile; & quidem h diſpenſationem videtur petiiſſe Chriſtus Matth 26. non abſolutè ſed lum condionatè.

Juxta hanc explicationem fuit Chriſto ſimpliciter libera præc acceptatio, ejuſque impletio; quia ſe obtulit ad mortis præceptum ceptandum & noluit ab eo impoſito petere diſpenſationem uſque ad timum inſtans; quia etiam pro tunc obligatio fuiſſet tantum disjun va, vel ad acceptationem, vel ad petendam diſpenſationem. ib

Explicari etiam poteſt Chriſti libertas, dicendo non fuiſſe ei imp tum præceptum ſtrictum; ſed latum, non tam obligans quam dirig ut faciunt regulæ quarumdam Religionum, quæ nihilominus ſunt teria obedientiæ. Tunc enim ceſſat difficultas præcipua contra ejus bertatem ex eo petita quod non potuerit non implere præceptum ob ſ impeccabilitatem.

Scripturæ variis in locis ſignificantes Chriſtum habuiſſe præcept moriendi, explicari poſſunt de præcepto late & impropriè, cum om Dei voluntas etiam merè permiſſiva ſæpius in ſcriptura vocetur præ ptum.

Aliorum ſolutio eſt quod unio hypoſtatica non abſtulerit liberta ad actus præceptos, quia non tollebat indifferentiam intrinſecam potentiam ad oppoſitum ex parte principiorum immediatè influenti quia nihil illis ſuperaddebat intrinſecum quo immutaretur connatu lis eorum influxus in actus præceptos.

Neque illam tollebat ſpecialis Dei aſſiſtentia, quia exerce tur per auxilia de ſe indifferentia ſeu non efficacia intrinſece. I ipſum præceptum; quia tantum extrinſece movebat, & ad a Chriſti non aliter concurrebat, quam ad actus cæterorum ho num. ib

Difficilius eſt oſtendere quomodo viſio beatifica non tolleret ill indifferentiam; quia ipſa influebat in actus Chriſti, ipſumque det minabat ad implendum præceptum dici tamen poſſet ſic fuiſſe conceſſ ut fuerit natura poſterior actibus Chriſto præceptis; quo admiſſo fa le intelligitur quomodo ſtatus beatificus non officerit eorum liberta quia non potuit tollere indifferentiam voluntatis ad actus natura ſe pr res.

Quod confirmari poteſt dicendo viſionem beatificam fuiſſe et Chriſto datam propter ejus merita; adeoque fuiſſe natura po riorem Chriſti meritis. Deinde licet forte viſio non fuerit data meritis, potuit tamen ejus productio & conſervatio Chriſto vi ri ita decerni, ut eſſet natura poſterior actibus Chriſto ut viat propriis. 198. 1

Alite

279

Aliter rem hanc explicant Mol. & alii docentes voluntatem Chriſti potuiſſe ſic à Deo corroborari ut ſuperaret vim viſionis & amoris beatifici. Hæc tamen corroboratio videtur impoſſibilis, cum voluntas nequeat ita corroborari ut poſſit elicere actus virtualiter contradictorios. 199

Fuit quidem in Chriſto neceſſitas ponendi actum præceptum ex ſuppoſitione unionis nullo modo exiſtentis in poteſtate Chriſti; ac proinde ex ſuppoſitione antecedente, id eſt antecedenter exiſtente; non tamen ex ſuppoſitione antecedente id eſt antecedenter determinante Phyſice, quæ ſola officit libertati. 199. 200

Et hæc quidem neceſſitas non fuit ex ſuppoſitione unionis ſecundum ſe præciſe; ſed ex ſuppoſitione unionis ut connotantis præceptum ſibi adjunctum, qua ratione non eſt ſimpliciter antecedens, ſed conſequens impletionem præcepti in ſtatu conditionato præviſam prius ratione quam condecerneretur impoſitio præcepti. 200

Potentia proxima ſufficiens ad libertatem non ſufficit ad abſolutam peccabilitatem: unde non poteſt inde inferri Chriſtum eſſe peccabilem; cum enim Chriſtus includat perſonam Verbi & regimen divinum ſibi connaturaliter debitum; ratione quorum, illi abſolute repugnat omne peccatum, debet dici abſolute impeccabilis. 201. 202

Libertas Chriſti ſtetit illæſa & omnino expedita cum certa ejus præſcientia omnium actuum à ſe ponendorum: quia hæc Chriſti præſcientia erat natura poſterior ejus actibus cum omnibus eorum circumſtantiis: quandoquidem ideo præſcirentur à Chriſto, quia erant ſic futuri: & conſequenter non potuit immutare modum quo præviſi erant ponendi: alioqui enim iſta præſcientia deſtruxiſſet ſe ipſam deſtruendo ſuum objectum. 202

Deinde iſta præſcientia fuit Chriſto conceſſa & pro quovis inſtanti conſervata, ſic ut eſſet natura poſterior liberis ejus actibus: ita exigente Chriſti libertate, & natura iſtius præſcientiæ: ac proinde nullo modo potuit impedire ejus libertatem. ibid.

Is quidem qui ſcit aliquid certo futurum independenter à ſua libertate, & ex mera determinatione aliena, non poteſt efficaciter velle ejus oppoſitum; ſecus tamen ſi (ut Chriſtus) illud ſciat futurum ex propria & ſua libera determinatione: unde hujuſmodi præſcientia in Chriſto non pariebat hoc judicium; *Quidquid coner in oppoſitum hoc faciam, & non aliud*: ſed hoc: *conabor hoc facere & non aliud quamvis poſſim: & ideo hoc faciam, & non aliud, licet poſſim.* 203

Præſcientia fundata in cauſis aut conditionibus antecedentibus impedit deliberationem, non ea quæ fundatur tantum in futura rei exiſtentia. 203. 204

§. II.

Meritum Chriſti, Pag. 204.

Fidem certum eſt Chriſtum vere & propriè fuiſſe meritum, cum ejus actiones habuerint omnes conditiones ad meritum requiſitas, fuerunt enim honeſtæ, factæ ex motivo ſupernaturali &c. 204

Chriſtum meruiſſe 1. inſtanti ſuæ conceptionis uſque ad ultimum inſtans vitæ; patet ex Apoſtolo ad Heb. 10. Et etiam ratione; quia ab initio ſuæ conceptionis uſque ad finem vitæ, beneficio ſcientiæ infuſæ habuit rationis uſum independentem à phantaſmatibus: ergo potuit ſine ulla intermiſſione varios virtutum actus elicere. 204. 205

Digitized by Google

Non meruit poſt mortem ; quia non erat amplius in ſtatu **viatoris** c lege ordinaria requiſito ad meritum : nec per mortem in **facto eſſe**, ſe per mortem in fieri . Nec refert quod juxta Apoſt. oret **pro nobis** i cœlo, quia ſua oratione nihil de novo meretur, Nec obſtat **etiam quo** dicunt aliqui PP. ex latere Chriſti poſt mortem aperto, fluxiſſe **Sacra** menta Baptiſmi, & Euchariſtiæ, quia ſolum volunt hæc duo **Sacra** menta fluxiſſe figurative è latere Chriſti & fuiſſe tantum **meritoria deno** minative. 205. 20

Chriſtus nullo modo meruit per actum divinæ voluntatis ; neque pe amorem beatificum ſaltem ut terminatum ad Deum*, quia **iſte actus** eſ omnino neceſſarius ; ad meritum autem requiritur libertas . **Dixi** *ſaltem ut terminatum ad Deum* ; quia probabile eſt quod docent **Lugo** & alii poſſe amorem beatificum eſſe liberum ut terminatum **ad proximum** & bona Dei extrinſeca. 206

Meruit tamen per alium Dei amorem, tum naturalem, tum ſupernaturalem inferiorem beatifico a ſcientia infuſa directum. Meruit etiam per omnes actus liberos ſuæ voluntatis ; quia omnes erant honeſti & proportionati cuilibet præmio ſupernaturali. 207

Potuit Chriſtus de potentia abſoluta ſibi mereri gloriam eſſentialem, etiam ut 1. inſtanti ſuæ conceptionis habitam : licet communius doceant Theologi de facto eam non ſibi meruiſſe ; quia ratione unionis Chriſto debebatur tamquam proprietas connaturalis. ibid.

2. Affirmant tamen varii probabiliter Chriſtum de facto meritum fuiſſe viſionem beatificam per proprium motum liberi arbitrii, quibus favet S. Th. 3. p. q. 34. a. 2. & ratio etiam ſuadet ; quia quod quis poteſt mereri, melius eſt habere ex merito quam ſine merito, hoc eſt enim habenti glorioſius. 208

Chriſtus meruit gloriam ſui corporis, nominis exaltationem & alia bona extrinſeca quæ accepit poſt ſuam paſſionem ; Idque ſuadet ſcript. Joan. 17. & Apoc. 5 & ratio ; quia nobilius eſt accipere aliquid ex merito quam ſine ullo merito ; niſi aliquid obſtet, atqui nihil obſtat : ergo. ibid.

Nec refert 1. quod Chriſtus non venerit propter ſe, ſed propter nos ; quia ad hoc ſatis eſt quod propter nos principaliter venerit 2 Neque quod Conc. Epheſ. can. 10. dicit anathema aſſerentibus Chriſtum obtuliſſe ſeipſum oblationem pro ſe ; quia ibi tantum damnat illos qui dicebant Chriſtum obtuliſſe ſeipſum pro expiandis peccatis propriis. 3. non etiam quod non poſſit dici mortuus pro ſe ; quia idem etiam verum eſt, admiſſo iſto merito. 209

Probabilius eſt Chriſtum ſolum meruiſſe Angelis quaſdam illuſtrationes & gaudia, aliaque dona accidentalia ; cum gratia & gloria decreta ſit Angelis ante præviſam incarnationem. 210. 211

Varii PP. qui videntur eſſe in contraria ſententia intelligendi ſunt de Chriſto ut Deo, ut patet ex aliis illorum Verbis apud Vaſq. &c. Ad alios autem PP. qui dicunt Angelos habuiſſe fidem Chriſti venturi R. contrarium videri probabilius . Deinde hoc dato, dico illos accepiſſe gratiam per fidem Chriſti ut objecti crediti, non ut cauſæ meritoriæ gratiæ ipſis collatæ ad credendum. 211

Chriſtus hominibus meruit gratiam ſanctificantem cum omnibus ſuis effectibus formalibus ; item omnia dona juſtificationem conſequentia ut gratias actuales, bona opera &c. utrumque eſt de fide ex Trid. ſeſſ. 6. c. 16.

Digitized by Google

6. c. 16. iiſdem meruit omnes etiam remotas diſpoſitiones ad gratiam ſanctificantem, eſt communis & certa; quia Chriſtus meruit nobis reſtitutionem omnium, quæ per peccatum originale amiſeramus. 212

§. III.

Mors Chriſti pro omnibus. Pag. 213.

CHriſtus mortem ſuam voluntate ſeria, licet ſolum inefficaci, Patri obtulit pro omnium etiam reproborum ſalute æterna; hoc ſenſu quod nempe mortem ſuam pro omnibus omnino hominibus conſideratis antecedenter ad intellectam cujuſque reprobationem ita Patri obtulerit, ut omnibus quantum eſt de ſe, prodeſſe voluerit ad ſalutem æternã. 213

Eſt de fide contra Janſenium Luth. Calv. alioſque hæreticos, à quibus tamen in eo errore differt Janſenius ejuſque ſequaces, quod illi negent temporariam juſtificationem, aliaque dona ullis reprobis conferri; hi verò ultro admittant hujuſmodi beneficia multis reprobis dari ob merita mortis Chriſti. ibid.

Hæc veritas in primis manifeſte ſequitur ex eo quod Deus velit omnes ſalvos fieri 1. Tim. 2 Eadem veritas immediate traditur ab Apoſtolo variis locis aſſerente Chriſtum eſſe pro omnibus mortuum. Ut ad Hæb. 2. primo ad Tim. 2. & 4. & Rom. 8. 214

Idem evincitur ex aliis locis quibus Apoſtolus, ut interpretatur Aug. probat omnes mortuos eſſe in Adamo: atqui omnes vere mortui ſunt: ergo etiam vere pro omnibus mortuus eſt Chriſtus. 215

Chriſtus mortuus eſt pro omnibus ſufficienter non ſolum ſenſu Janſeniſtico, id eſt morte de ſe ſufficienti pro ſalute omnium: ſed etiam ſenſu Catholico, hoc eſt morte ſufficienter à Chriſto pro nobis oblata. 216

Nullo modo ſatisfit ſcript. reſponſione, qua dicunt Janſeniani ly *pro omnibus* non poſſe nec debere intelligi univerſaliter pro ſingulis generum, ſed ſolum pro generibus ſingulorum. Contra eſt enim, quod juxta Regulam Aug. ſcrip intelligenda ſit in ſenſu proprio & obvio quando nihil cogitat ad improprium recurrere. ibid.

Eadem veritas habetur definita in CC. Mogunt. quod errorem huic veritati oppoſitum damnavit in Gothoſcalco, & Cariſiaco. c. 3. item in Valent. III. & Arelat. III. quod Lucidum Presbyterum prædeſtinatianum adegit ad hanc Confeſſionem: *Damno ſenſum illum, qui dicit, quod Chriſtus & Salvator noſter mortem non pro omnium ſalute ſuſceperit.* 217. 218

His accedit Trid. eandem veritatem invictiſſime confirmans & docens Chriſtum mortuum eſſe pro omnibus, non ſolum electis, ſed etiam non electis; non tamen omnes, nempe pro quibus mortuus eſt, mortis ejus beneficium recipere. Unde mirantur, & meritò, DD. Catholici tantum de hoc Tridentini decreto Janſenii ſilentium, ad quod inepte ejus ſectatores reſpondent. 218. 219

Eadem veritas continetur in Symbolis Nicæno & Athanaſii jubentibus ut omnes & ſinguli tam electi quam non electi credant hunc articulum tamquam certum & indubitatum: *Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem &c.* ex quibus evidenter infertur Chriſtum etiam pro non electis eſſe mortuum: alioqui non electi juberentur credere aliquid falſum. 219

Deinde hæc veritas Confir. ex PP. ac nominatim ex Aug. qui comment. in Pſ. 95. ſub finem adeo clare hanc Catholicam doctrinam de morte Chriſti pro omnibus omnino hominibus tradit ut mirum ſit Janſe-

nium

nium auſum fuiſſe illum facere præcipuum ſui erroris patronum. 2

Denique eadem veritas firmatur irrefragabilibus decretis Pontificu eam diſerte definientium. 1. Innocentii X. in ſua conſtitutione an. 165 9. Iunii Romæ publicata. 2. Alexandri VII. in Bulla edita an. 165 10. Calendas Novembris; qui non ſolum definierunt non eſſe Semipe lagianum dicere Chriſtum mortum eſſe pro omnibus; ſed inſuper eſſ hæreticum dicere Chriſtum mortuum eſſe pro ſalute æterna ſoloru prædeſtinatorum. Id autem definierunt in ſenſu inter Catholicos, & Janſeniſtas controverſo, & in alio de quo non erat quæſtio; alioqu inepta & redicula fuiſſet eorum definitio, Ac plane impertinens ac controverſiam. 221. 222

Nec obſtat quod in propoſitione à Pontificibus definita involvatu quæſtio facti, & in hujuſmodi quæſtionibus Pontificum definitiones à variis dicantur non eſſe infallibiles; quia propoſitio particularis cujus veritas ex hypotheſi alicujus facti continetur in aliqua generali revelata, definiri poteſt ut fide divina credenda, quando factum eſt evidens evidentia magna morali; ut patet ex Canonizatione SS. 223. 224

Sicut potuerunt Pontifices non obſtante quæſtione facti probare doctrinam Aug. ita improbare doctrinam Janſenii & hanc ejus propoſitionem, *Chriſtus non eſt mortuus pro omnibus*, decreto infallibili ut hæreticam damnare, idque in ſenſu ab ipſomet Janſenio intento. 224

Scripturæ redemptionem reſtringentes modò ad electos modò ad oves Chriſti, modo ad eos qui ſunt in Eccleſia, illam non ita reſtringunt ad electos ut alios excludant. Illæ autem quæ ſubinde ſignificant ſolos prædeſtinatos eſſe à Chriſto redemptos intelligendæ ſunt de redemptione efficaci, quod eodem ſenſu intelligere debent Janſeniani contra Calviniſtas. 225

Scriptura quandoque ſignificat Chriſtum eſſe mortuum pro multis, ſæpius tamen expreſſe docet mortuum eſſe pro omnibus. Deinde ly multi non excludit omnes: imo ſæpe in ſcript. ponitur pro ly *omnes* ut Dan. 12. *Et multi de his qui dormiunt in terra pulvere evigilabunt*; id eſt omnes reſurgent. 225. 226

Chriſtus ſubinde oravit pro ſolis Apoſtolis & quidem excluſo Juda, ſubinde pro credituris per eorum prædicationem, inter quos non continentur ſancti veteris teſtamenti, nec ij qui ſunt aliter converſi. Subinde pro omnibus: Pro reprobis tamen ſolum oravit inefficaciter. Aug. autem expreſſe docet in cruce oraſſe etiam pro illis qui in ipſum non crediderunt. 227

Chriſtus miſſus eſt ad prædicandum ſolis Iſraelitis nempè per ſeipſum. Et ad Hæb. 9. dicitur redemptio Chriſti æterna eo quod non debeat iterari ſicut ſacrificia vetera. 227

Hieronymus ſcribens in Pſal. 43. Solum vult Chriſtum non effudiſſe ſanguinem pro omnibus ex affectu efficaci, & effectum conſecuto. Eodem ſenſu explicandus eſt Aug. epiſt. 102. & tract 48. in Joan. qui redemptionem ſumit pro ipſa applicatione meritorum Chriſti. 228, 229

Ex dictis facile explicabis Proſperum qui ſolum vult eos qui non crediderunt non eſſe redemptos proprie id eſt in actu 2. & quoad applicationem, licet omnes redempti ſint in actu 1. & quoad ſufficientiam pretii a Chriſto pro ipſis oblati. 229

Eodem ſenſu varia quæ ex Anſelmo Prudentio & aliis opponuntur, intelligenda ſunt. 230

Col.

Colliges 1. Chriſti petitionem abſolutam fuiſſe ſemper exauditam ut habetur Joan. 11. 2. mori pro aliquo non eſſe idem ac mori ne alter moriatur, ſed eſſe ex alterius amore mortem ſubire. 3. Chriſtum luiſſe pœnas pro reprobis, non abſolutè liberandis; ſed ſolum conditionatè. 230. 231

§ IV.

Chriſti ſervitus, Filiatio & Sacerdotium. Pag. 231.

CHriſtus non poteſt dici ſervus Dei, ſeu Patris ſtrictè, nequidem cum hac determinatione *qua homo eſt.* 1. quia etiam ut homo ſubſiſtens in Verbo eſt Filius Dei naturalis: ergo neque talis eſt ſtricte ſervus Dei. 2. Quia ut talis communicat etiam in bonis cum Deo Patre, hancque communicationem ex intrinſecis ſuis exigit; quod repugnat ſervituti ſtricte dictæ. 231

Poteſt tamen Chriſtus qua homo dici ſervus Dei latè pro ut ſervus non excludit communicationem honoris & bonorum cum Domino; quia ut ſic non eſt ſuus, ſed patris, cui obedit, & ſubditus eſt. Idque Colligitur ex ſcript. ac Patribus ac nominatim Aug. epiſt. 178. ubi dicit: *Criſtum non ſolum ſubditum, ſed etiam ſervum evidentiſſime confitemur.* 232. 233

Adrianus 1. & PP. Conc. Francoford. ſervitutem Chriſti hominis damnantes, intelligendi ſunt de ſervitute ſtricte dicta, non late fundata in ſola ſubjectione & dependentia à Deo. 233. 234

Unde ſecluſo ſcandalo & Arianiſmi aut Neſtorianiſmi periculo poteſt Chriſtus, etiam ſimpliciter, & ſine addito, dici ſervus Dei, non tamen verbi, aut ſui ipſius. 234

Chriſtus etiam qua homo non poteſt diei Filius Dei adoptivus, cum non ſit perſona Deo extranea. Idque probatur 1. ex ſcript. ad Rom. 8. *qui proprio Filio ſuo non perpecit* 2. ex definitione Adriani 1. & Conc. Francofor. Felicem & Ælipandum damnantium quod aſſererent eſſe adoptivum Dei Filium. 4. ex PP. ac nominatim Hilario, & Aug. l. contra Secund. c. 5. & tract. 82. in Joan. 235

Humanitas Chriſti non poteſt dici proprie adoptata: quia poſt aſſumptionem non eſt Deo extranea. 236

Iræneus l. 3. adverſus hæreſes agens de Chriſto impróprie locutus eſt (inquit Vaſq.) uſurpans adoptionem pro unione ſubſtantiali. Eodem ſenſu intelligendi ſunt alii PP. ac nominatim Hilar. cujus textus probabiliter mendoſus eſt, ita ut poſitum ſit *adoptatur* pro *adoratur*. Aug. l. 3. de prædeſt. SS. tantum vult quod aſſumptionem humanitatis nulla præceſſerint ejus merita. 236

Nec obſtat quod in Chriſto fuerit gratia habitualis, quia pro effectu ſuo formali non habet conſtituere filium adoptivum ſeipſa præciſe, ſed connotando extraneitatem. ibid.

Poteſt autem Chriſtus dici Servus Dei potius quam filius adoptivus, quia ratio creaturæ & perfectæ ſubjectionis per ſe ſequitur ad humanitatem; non verò ratio adoptionis, quæ oritur ex dono gratiæ humanitati ſuperaddito. ibid.

Chriſtus *qua homo* ſumendo ly *qua* ſpecificative eſt Filius Dei naturalis; ſecus ſi ly *qua* ſumatur reduplicative ſtricte ſic ut deſignet humanitatem tamquam rationem per ſe iſtius filiationis. 237

Chriſtus *qua homo* ſumendo ly *qua* medio quodam modo eſt Filius Dei naturalis per gratiam unionis præciſe, non per generationem aut filia-

Digitized by Google

filiationem æternam humanitati mediante unione communicatam. Quia generatio ac filiatio æterna non poteſt tribuere denominationem filii niſi termino per eam producto; cum eſſe genitum aut filium, non ſit in ſe habere generationem aut filiationem quomodocumque; ſed ſic ut illam habens ſit terminus generatione productus. 238

Unde dantur in Chriſto tres filiationes naturales: una ad Patrem tantum; altera ad Matrem tantum; tertia eaque minus propria ad Deum ut ſic. Hujus tertiæ meminerunt PP. & antiqui DD. ſolum implicite. 239

S. Thom. contrarium innuens ſolum vult Chriſtum non debere ſimpliciter dici Filium aliter, quam filiatione proprie dicta. Dum vero Auguſt. & cum eo Concil. Tolet. negant Jeſum eſſe Spiritus Sancti Filium loquuntur de filiatione ſtricta: vel ſolum volunt non eſſe conceptum de Spiritus S ut Patre; unde Chriſtus non eſt dicendus Filius Spiritus S. aut ſui ipſius niſi adhibita explicatione. 240

Chriſtum fuiſſe verè & proprie Sacerdotem conſtat ex ſcrip. & PP. deinde ſacrificare eſt proprium Sacerdotis, Chriſtus autem duplex ſacrificium obtulit ſe cruentum in cruce & incruentum in ultima cœna. 240

Non fuit ad id neceſſe ut ſeipſum immolaverit, ſed ſatis fuit quod ſeipſum libere ad mortem obtulerit: nec tamen martyres ideo poſſunt dici Deo offerre ſacrificium, cum non ſint ſpecialiter ad hoc à Deo deputati. 241

Chriſtus dicitur Sacerdos in æternum; quia ſacerdotium ejus perſeverabit uſque ad finem mundi. Bono tamen ſenſu dici etiam poteſt perſeveraturum poteſt finem mundi, atque adeo ſumendo æternum ſtricte. 241. 242

Chriſtus exiſtens in hac vita mortali verè & propriè Patrem ſuum oravit; non tantum pro aliis, ſed etiam pro ſe. 242

Et etiam nunc exiſtens in cœlo verè & propriè pro nobis orat. idque ſufficienter colligitur ex ſcript. Rom. 8. & ad Hæb. 7. & ratio ipſa illud etiam ſuadet; quia in cœlo exiſtens, eſt adhuc Pontifex mediator & Advocatus noſter. 243

§. V.

De Adoratione Chriſti ac Sanctorum eorumque Imaginum ac Reliquiarum. Pag. 243.

Adoratio eſt nota ſubmiſſionis erga alterum ob ejus excellentiam. Ad eam varii actus concurrunt; 1. æſtimatio de alterius excellentia. 2. judicium de ſubmiſſione ob eam exhibenda. 3. voluntas ſe ſubmittendi. 4. exhibitio talis ſubmiſſionis, quæ juxta Bellarm. & Suar. perfici poteſt ſolis actibus internis. 243. 244

Eſt de fide hunc hominem, demonſtrato Chriſto, adorandum eſſe latria, quia hic homo Chriſtus ſimpliciter eſt Deus: Idque definitum eſt in Conc. Epheſ. can. 4. 244 245

Ipſa etiam humanitas Chriſti ſimul cum Verbo adoranda eſt cultu latriæ, ita ut iſtam adorationem partialiter terminet; quia cum Verbo conſtituit unum & idem eſſe perſonale, ad quod indiviſibiliter adoratio dirigitur. 245

Humanitas Chriſti ſecundum ſe ſumpta & ut per intellectum præciſa a Ver-

à Verbo, poteſt adorari cultu inferiori. Concilia verò & PP dum dicunt in adoratione Chriſti non eſſe ſeparandam Humanitatem à Verbo, ſolum volunt contra Arianos in adoratione Chiſti non eſſe ſeparandum Chriſtum ut hominem à Verbo tamquam alterum ab altero. 246

Sancti qui ſunt in Cœlo adorandi ſunt, non tamen eodem cultu ac Deus. Eſt de fide eſt ex ſynodo 7. act. 7. & ex Trid. ſeſſ. 25. in decreto de invocatione Sanctorum. 247

Patres aſſerentes nec Angelos, nec Sanctos eſſe adorandos, intelligendi ſunt de cultu latriæ, qui ſoli Deo debetur. 248

Cultus debitus ſanctis eſt cultus duliæ medius inter cultum latriæ & politicum, ita ut ſit major politico & inferior latria. 249

Quamvis latria & dulia vi vocis idem ſignificent, ex uſu tamen Eccleſiæ latria attribuitur Deo; dulia ſanctis, quia verò B. Virgo ex maternitate Dei ſpecialem aliquam excellentiam contrahit, qua cæteros Sanctos tranſcendit; idcirco cultu ſpeciali adoratur, qui vocatur hyperdulia. ibid.

De fide eſt ex Scripturis, Conciliis ac PP. licitum eſſe ac pium invocare Sanctos in Cœlo regnantes ſive ſint Angeli, ſive homines. ibid.

Illud Apoſtoli 1. ad Tim. 2. *Vnus eſt mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus*; intelligendum eſt de mediatore primario, & in ordine ad genus humanum Deo reconciliandum: cum quo ſtat quod poſſint eſſe plures ſecundarii mediatores ad varia nobis bona impetranda. 250. 251

Beati cognoſcunt preces noſtras vel per ſpecies ab initio ſibi a Deo infuſas: vel per ſpecialem Dei revelationem, dum preces noſtras ad illos fundimus. 251

Deus magis paratus eſt audire Sanctos, quam nos; & varia decrevit non aliter nobis concedere quam per interceſſionem Sanctorum. ibid.

Licitum ac pium eſt exponere Sanctorum imagines illaſque venerari ut conſtat ex antiquiſſimis Conciliis, PP. ac perpetuo uſu Eccleſiæ. Idem dicendum de imaginibus Dei & Angelorum, repræſentantibus ſpeciem in qua aliquando apparuerunt aut aliquas eorum perfectiones exprimentibus. 252. 253

Non obſtat huic concluſioni illud exodi 20. *Non facies tibi ſculptile neque omnem ſimilitudinem &c.* qui a hoc præceptum tantum fuit Judæis impoſitum ob periculum idololatriæ in quam valde propendebant; quod proinde ceſſare debet in lege nova ceſſante jam iſto periculo. 254

Concilium Eliberitanum tantum vetat ne imagines pingantur in parietibus, quia cum non poſſent amoveri, fiebat ut tempore perſecutionis exponerentur ludibrio gentilium. 254. 255

Duo concilia Conſtantinopoli habita in quibus definitum eſt illicitum eſſe colere imagines, non fuerunt legitima. 255

Acta 7. Synodi ad Conc. Francofordi tranſmiſſa circa cultum imaginum fuerunt corrupte tranſlata de græco ſermone in latinum; ideoque ibi rejecta. ibid.

Patres in contrarium adducti à ſectariis tantum improbant ſacrificia more gentilium imaginibus oblata. 256

Non

Digitized by Google

Non eſt admittendum quod imagines non ſint terminus adorationis; ſed tantum ſignum quo excitamur ad Sanctorum venerationem. Dum 7. Synodus & Adrianus 1. aſſerunt imagines non eſſe adorandas ſed earum exemplaria; tantùm volunt adorationem non debere in ipſa imagine ut termino ultimato, & principali ſiſtere; ſed hunc terminum debere exemplar per imaginem repræſentatum. Nec etiam aliud vult Concilium Moguntinum. 257. 258

Neque admittendum eſt poſſe imagines ſeorſim adorari ita ut ipſæ ſint totalis terminus adorationis; quia Imagines ſolæ ſunt res inanimatæ, adeoque incapaces ſuperioritatis propriè dictæ fundantis ſubjectionem. 253

Neque aſſerendum quod docet Vaſq. imagines ſimul cum ipſo exemplari adorari poſſe, ſic tamen ut ſola ſigna externa terminentur ad imaginem: internus verò ſubmiſſionis affectus ad ſolum exemplar: cum hoc repugnet Conciliis & Patribus adorationem imaginibus ſimpliciter tribuentibus. 259

Sed dicendum imaginem ſimul cum ſuo exemplari directe adorari, ſic ut ad utrumque per modum unius tam interna quam externa adoratio terminetur; primario quidem & per ſe ad ipſum exemplar; ſecundario autem & propter prototypon ad imaginem. 260

Submiſſio quam exhibemus imagini non eſt abſoluta, ſed reſpectiva, quæ ſit tantum ex affectu teſtandæ ſubmiſſionis erga prototypon. 261

Imagines Chriſti ac Dei adorantur cultu latriæ reſpectivæ, ſanctorum autem duliæ reſpectivæ, quia adorantur propter reſpectum quem dicunt ad prototypon. ibid.

De fide eſt ſanctorum reliquias eſſe venerandas ex ſcriptura, Conciliis, & perpetua praxi Eccleſiæ. ibid.

Eodem cultu colendæ ſunt reliquiæ ſanctorum quo eorumdem imagines; ita ut eorum adoratio terminetur ad utrumque ſimul, primario ad ipſos ſanctos; ſecundario ad eorum reliquias. 262

Chriſtus reprehendit Judæos quod ſepulchra Prophetis excitarent, non quod improbaret reliquiarum eorum venerationem: ſed quia id per hypocriſim, vel malo ſine faciebant. ibid.

Concilium Eliberitanum, & Hieronymus accenſionem cereorum coram Reliquiis non reprehendunt, ſed ſuperſtitionem ei adjunctam. Ut nec Auguſinus damnat adorationem ſepulchrorum, ſed modum quo ſiebat. 263. 264

Cultus reliquiarum non exponitur falſo cultui ob diligentiam quam adhibet Eccleſia ut veræ à falſis ſecernantur. 264

Crux Chriſti & cætera paſſionis inſtrumenta à nobis adorantur ut ſigna ejus in nos amoris & triumphi de peccato ac morte. 265

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

RESTAURO [illegible] ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA

GIU. 1970

Digitized by Google